This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

JOH. HENRICI HOTTINGERI, D.

BIBLIOTHECARIUS QUADRIPARTITUS.

Tiguri.

Sumpt: Melchioris Stauffacheri.

Digitized by Google

I. Hottinger, J. H. Bibliothecarius quadripartitus.

II. " " ". Schola Tigurinorum carolina.

Digitized by Google

797 L.

JOH. HENRICI HOTTINGERI, D.

BIBLIOTHECARIUS QUADRIPARTITUS.

I. Pars, quæ Prolegomenis abſolvitur, agit de officio Bibliothecarij, Bibliothecis, &c.

II. De Theologia Biblica.

III. De Theologia Patriſtica; cum Appendice Leonis Africani hactenus ἀνεκδότῳ, de Scriptoribus Arabicis.

IV. De Theologia Topica; Symbolica, & Syſtematica; tam univerſali, quàm Particulari.

1 A 15

TIGURI,

Sumptibus Melchioris Stauffacheri,

M DC LXIV.

Wetstenl: ex Lib: Authoris Dono.

Digitized by Google

Reverendis admodùm, Clariſsimis, doctiſsimis-que Viris,

D. ABRAHAMO HEIDANO.

D. JOHANNI HORNBECKIO.

D. PHILIPPO MESTREZATIO.

D. BENEDICTO TURRETINO.

Illis, in Leidenſi; *his, in* Genevenſi; *Academijs & Ecleſijs, Doctoribus celeberrimis, Paſtoribus vigilantiſsimis: Amicis & Fautoribus honoratiſsimis,*

Bibliothecarium hunc Quadripartitum

D.D.D.
JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

Digitized by Google

Viri admodùm Reverendi & Clariſſimi, Domini, & amici honoratiſſimi.

INter eximia Helvetiæ noſtræ decora, illud meritò, viri graves, primum fermè eſſe voluerunt; quòd Ea non Martis olim; ſed & Artium, ab aliquo tempore, ſtudia, cum triumpho atque honore exceperit; exceptáque cum ſucceſſu aliquo tractârit. Non diffitemur, Eraſmi adhuc tempore *Helvetiam armis, quàm literis nobiliorem fuiſſe*: eandem tamen dulci literarum nectare ita poſtea illectam, ut (abſit aſſentario dictis) ſi non eventu, conatu ſaltem, cum alijs, paria paulatim fecerit, cur diſſimulemus? Quicquid enim aliç, remotiſſimæ etiam, regiones abſtruſioris, & reconditæ habuerunt eruditionis, Helvetia etiam noſtra, ſancta quadam æmulatione, ſtudio, cultu & amore, eſſe voluit. Hinc tot præclara de Anteceſſoribus noſtris, non amicorum tantùm; ſed Adverſariorum etiam judicia, quorũ nonnulla nuper in *Schola* noſtra *Carolina* expreſſimus. Cura, de conſcribendis *Bibliothecis* (ut de reliquis jam eorum lucubrationibus nihil dicamus) *Geſſnerum*, Virum incomparabilem, *Simlerum, Friſium*, &c. ita occupavit, ut vel hoc nomine eos de re literaria præclarè fuiſſe meritos, hactenus in dubium nemo vocârit. Quemadmodum enim præcellentiorum, in qualibet ſcientia, Authorum nomina habere in promtu, nec poſtrema laus eſt, nec minima exquiſitæ eruditionis pars; ita publicâ gratiâ digniſſimi erant, qui una quaſi mergite offerrent, quicquid per ampliſſimum literaturæ campum erat diffuſum. Vix majorem artificioſus Apelles expectare poterat laudem, cùm exigua tabella vaſtam expreſſit vel urbem, vel regionem, quàm

 ubi

ubi ingenioſus Bibliothecarum Artifex, uno comprehendit pugno, quod vix ingens caperet ſpatium. Hinc etiam factum, quod tot, paucis ab hinc annis, Viri eruditi, egregio huic præſidio literario, ſuam conſecrârint operam. Ego ingenuè fateor, me ad eandem ſuſcipiendam provinciam, ægrè acceſſiſſe; acceſſiſſe tamen, quòd viderem, eos ita velle, & ſeriò quidem urgere, quibus plura longè debebā. Quò collimârim, aut quid ſcripto hoc meo intenderim, in ipſo ſtatim primæ partis indicavi limine; utrùm verò aliquo cum ſucceſſu, id veſtro, Viri Magni, ſtabit judicio. Prodeſſe volui; ſi, quo minùs id poſſem, obſtiterunt vires, æqui conſulenda erit voluntas. Id quod tantò mihi confidentius polliceri audebo judicium, cùm Veſtrum, Viri Reverendi & Clariſſimi, acceſſerit patrocinium. Veſtris enim Nominibus ipſum Bibliothecæ meæ ingreſſum munire volui, quòd & poſſe tanta authoritate arceri livorem, & velle Vos imbellem hunc fœtum ſplendore Veſtro comitari, orbique literato commendare, extra dubitandi aleam ponerem. Neque enim alijs Veſtra minùs in Rempublicam literariam ignota poſſunt eſſe merita; quàm mihi ſingularis veſter in me affectus, per longum ſatis tempus, exploratè perſpectus eſt. De gravi præſentia Tua, Venerande D. HEIDANE, tantò mihi, ante annos, niſi fallor, propemodum novem, totique Collegio Sapientiæ Electorali effuſius fui gratulatus, quantò & prolixiùs gaudia tua, tantùm non lachrymoſa, pro reſtitutione Zionis & teſtatus fuiſti, & majori integritate benevolentiam Tuam in me tum declarâſti. Manent alta mente repoſta, quæ tum nihil vel merito tale, vel expectanti, integræ fucique puræ amicitiæ reliquiſti teſtimonia. Sed & tua, Celeberrime HORNBECKI, non privata tantùm Epiſtolarum gratiſſima monumenta; verùm etiā diffuſæ eruditionis publica documenta, quibus rem Chriſtianam feliciſſimè etiamnum juvare pergis, in Bibliothecæ meæ forulis, liberalitate hactenus Tua, extare volui, ut ne poſteritas quidem ignoraret, quantum Tibi & ego debuiſſem,

debuiſſem, & ipſi Tuis velle deberent. Veſtra verò, Clariſſimi Viri, Mestrezati, & Turretini, benevolentia, quam mihi, aliisque meo nomine, non ſemel probâſtis, publicum tandem non ingrati ac immemoris animi flagitare videbantur, & noſtro quidem ordini neque inſolitum, neque illiberale, indicium. Alia quidem ſupereſſent argumenta, quibus tamen enarrandis ſuperſedeo, ne, qui de gratæ in Vos mentis publico ſollicitus ſum ταμιείῳ, æri me potiùs graviori involvam. Satis ſit, me & hoc Vobis debuiſſe, & majorum reum manere. Accipite igitur, Viri Magni, quod candido Vobis deſtinatum eſt animo. Admittite Bibliothecarium, non ſcriptorum tantùm Theologicorum, aliorúmque, Catalogum, & ubi opus eſt, vindicem; ſed & mentis meæ, vobis devotæ & addictæ, certiſſimum indicem. Et qui hactenus haud obſcuris probare voluiſtis lucubratiunculas meas teſtimonijs; huic, obſecro, toties à magnis Viris flagitato, & tantùm non extorto opuſculo calculum veſtrum ne denegetis. Deus Ter. opt. Max. exulceratiſſimis hiſce temporibus Conſilia & ſtudia Veſtra jubeat eſſe univerſæ Eccleſiæ ſalutaria, Academiis utilia, Vobis honorifica. Valete *Venerandi Domini, amici & Fratres honoratiſſimi*, eúmque ſolito proſequi amore pergite, qui, ut ſuis hactenus, ita etiam eſſe cupit deinceps.

Tiguri d. 18 Ianuarii
1664.

Reverendi & Celeberrimi Nominis veſtri
obſervantiſſimus

Joh. Henricus Hottingerus.

Quia p. 115. mentio facta eſt nummorum quorundam Orientalium, placet, ne pagella vacet, unum adhuc atque alterum, ab amicis interea oblatum, inſerere. *Arabicum* argenteum nuper dono accepi, ab Ampliſsimo Kiburgici Comitatus Adminiſtratore, D. *Ioh Henrico Rhanio*, amico honoratiſsimo, cujus inſcriptionis altera pars ita habet לא אלאה אלא אללה מלכא לאשריכא לה *Non eſt Deus, niſi ille Deus, Rex, neque Socium habet.* Cætera ſunt pauló obſcuriora, tam Punctis decriticis, quàm vocalibus deſtituta. Reverendo D. *Spizelio*, Auguſtano Eccleſiaſtæ acceptum fero antiquiſsimum Siclum æneum, & talem quidem, in cujus explicatione hactenus eruditi multum fuerunt occupati. Meminit ejus Villalpandus, & alii, ex eo. Priorem faciem hic legit מול עת *Tempus circumciſionis*, quaſi μνημονικὸς eſſet nummus illius circumciſionis, cujus mentio *Ioſ. 5. 2.* alteram verò מעבר, quod pinguedinem terræ Canaan exprimit. Nobis prioris faciei alia placuit lectio, שמעון *Schimeon.* Eam luculentiſsimè confirmat Nummus noſter Spizelianus, ubi literæ clarè ſatis & diſtinctè vocem שמעון exprimunt. Poſterioris verò faciei literæ magnam quidem partem ſunt exeſæ, nihil tamen, omnibus diligenter expenſis, colligi aliud videtur, quàm שקל ישר הקדושה *Siclus Ieruſalem Sanctæ.* Illud evidenter conjicere poſſumus, vana eſſe & frivola, quæ de antiquiſsimo (vix enim antiquius rei nummariæ Hebraicæ monumentum extare puto) hoc nummo, *Villalpandus* & alij ſunt hariolati, quaſi ad ultima Ioſuæ tempora ille referendus eſſet, cùm gemina illa inſcriptio ad ſequiorem nos rejiciat ætatem, & eam quidem, quam in Tractat. noſt. de Num. *Oriental.* p. 131. oſtendimus. Acceſſerunt & alia ἔκτυπα Arabica, Lipſiâ, à *D. Henrico Mejero*, quindecim, (ex quibus [illegible] Ægyptiacum, non modò literatura Coptica, ſed & Iſidis imagine conſpicuum) à *D. M. Scherzero* duo, exacta ſatis; quorum nonnulla antiquiſsima ſunt, quædam mediæ, quædam etiam ultimæ ætatis. Pleraque inſcriptiones habent Alkoranicas, majores præſertim, in quibus hactenus penè omnibus, argenteis & aureis eandem ferè ἐπιγραφὴν obſervavi, qualem & Kiburgicus habet. Vnus & alter eſt, non infimæ ætatis, in cujus altero latere vel animal aliquod, vel ſoliti veterum Arabum ductus Calligraphici apparent. De quibus tamen diſtinctè, hac appendice, minus commodè ageretur. Monere interim volui, quid amicis deberem, ut conſtaret, quàm ſtudioſè à paucis annis res nummaria Arabica in noſtris oris aucta fuerit & locupletata. Poterunt, ubi Deo viſum fuerit, hæc aliquando in *Tractat.* noſtro de Nummis Orientalium pleniùs exponi.

Index Capitum.

Partis I.

De Bibliothecarijs, & Bibliothecis.

Cap. I. De officio Bibliothecariorum Veterum & modernorum. pag. 1.
II. De varijs Bibliothecis per Orbem diſperſis, in genere; earundemque differentia; pag. 7.
III. Bibliotheca Anglorum Theologica: Catalogus tam Perſonalis, quàm Realis; & hic tam univerſalis, quàm Particularis; pag. 34.
IV. Hypomnemata in colligendis Bibliothecis obſervanda, generalia; pag. 69.
V. Topotheſia libraria, ſive Methodus diſponendæ & diſtribuendæ Bibliothecæ in Locos communes, maximè Theologicos & Philologicos. pag. 79.
VI. Hypomnemata ſpecialia Bibliothecæ colligendæ. pag. 89.
VII. De ratione contexendi Catalogos Bibliothecarum. pag. 117.

Partis II.

De Theologia Biblica.

Cap. I. De Bibliorum Authenticis exemplaribus, Hebraicis Veteris, & Græcis Novi Teſtamenti; tam Mſſ. quàm impreſſis. pag. 124.
II. De Editionibus Polyglottis, pag. 133.
III. De varijs Bibliorum in Linguas Vernaculas tranſlationibus; pag. 142.
IV. De varijs in varios contextus ſacros obſervationibus. pag. 156.
V. De Critica Biblica, pag. 169.
VI. De Exegetica reali ſeu Theologica, pag. 180.

Par-

Partis III.

De Theologia Patriſtica.

Cap. I. De Antiquitate & gradibus hujus ſtudij, & Theologia Patriſtica in genere, pag 199.
II. De Scriptoribus Syriacis, pag. 222.
III. De Scriptoribus Arabicis, pag. 244.
IV. De Patribus Latinis, varijs eorum Editionibus, pag. 294.
V. De Patribus Græcis, eorúmque Editionibus & tranſlationibus, pag. 310.

Partis IV.

De Theologia Topica.

Cap. I. De ſcriptis Symbolicis, Decretis, Confeſſ. Catechiſmis, Palinodijs, Diſputationibus, Apologijs, pag. 325.
II. De Theologia Syſtematica univerſali Reformatorum, Didactica, Elenctica, Hiſtorica, Caſuiſtica, Aſcetica, Eccleſiaſtica.
III. De Theologia Syſtematica Confeſſorum Auguſtanorum, pag. 402.
IV. De Theologia Syſtematica Pontificiorum, pag.
V. De Theologia Syſtematica Novatorum Anabaptiſtarum, Socinianorum, Arminianorum, Vorſtianorum, Schvvenckfeldianorum, Huberianorum, Weigelianorum, &c. Orientalium; Fidelium, Chriſtianorum, Infidelium, Iudæorum & Muhammedanorum.
VI. Specimen Theologiæ Syſtematicæ Particularis.

BIBLIO-

Digitized by Google

BIBLIOTHECARII,

ſive

IDEÆ BIBLIOTHECAE UNIVERSALIS, PROLEGOMENA.

CAP. I.

1. De officio *Bibliothecariorum veterum & 2. modernorum, ubi ratio & Methodus Bibliothecæ tam conſcribendæ, quàm diſponendæ. 3. Vario eorum, qui de Bibliothecis ſcripſerunt inſtituto. 4. ſcopo & intentione noſtra.*

1. MAgnæ molis, laboriſque improbi & indefeſſi provinciam veteres ſuſcepiſſe Bibliothecarios, extra controverſiæ aleam poſitum eſt. *Qui Bibliothecæ præerat*, verba ſunt Onuph. Panvinii Tractatu quem de Bibliotheca Vaticana conſcripſit, *jam olim Bibliothecarius & aliquando Cancellarius vocabatur. Hujus munus erat Bibliothecam & omnia ejus volumina ſcripta, membranas, & ſimilia accuratiſſimè cuſtodire: Bullas, ſive diplomata, vel Epiſtolas Decretales Pontificum ſcribere, & , ſi opus erat, dictare. Acta Conciliorum & Synodalia exſcribere ac conſervare; tandémq; apud Romanum Pontificem ea omnia præſtare, quæ ſedis Apoſtolicæ Cancellarij noſtro tempore faciunt. Conveniens etenim viſum fuit, ut is potiſſimùm eſſet Papæ amanuenſis, ſcilicet ſcribarum Princeps, vel à ſecretis, qui etiam Pontificiam Bibliothecariam, quæ tunc erat veluti Cancellaria quædam, ſive ut nunc loquimur, ſecretaria, tractaret: noſtris verò* Officium Bibliothecariorum veterum.

temporibus hæc munia ſunt diviſa. Exemplo ferè & imitatione tum Græcorum, tum Veterum etiam Latinorum. Et apud *illos* quidem Νομοφύλακες ſatis ſunt noti: qui non ſolùm literas, ſed & facta hominum obſervabant, ad Legesque revocabant; *Romanos* verò veteres tabulis; quæ Leges, Hiſtoriam, acta publica, fœdera, ritus ſacros & veterum Legislatorum decreta, continebant; publicos, probatósque cuſtodis ordinâſſe, ne quid fraudis in re tam ardua fieret, ſcribit *Marlanus*, lib. 2. c. 6. Ipſos verò ſcribas cuſtodiæ, & curam Tabularum, ſub Cenſorum Imperio fuiſſe, author eſt *Feneſtella*, de Magiſt. Rom. 17. Tale quid in Eccleſia *Judaica* relictum videbatur curæ τῶ[ν γραμματέων], quos ſuâ Linguâ סופרים vocant; unde etiam vocabulum ספר quod *librum*, βιβλίον (à quo βιβλιοθήκη) notat. Obtinuit hæc conſuetudo, ut Hiſtorici onus *Bibliothecario* (ſive quòd uterque labor eſſet conjunctiſsimus, ſive quòd ad contexendam Hiſtoriam librorum potiſsimùm uſus requiratur, idémque liberrimus, & promiſcuus) alibi etiam in Academiis imponeretur Reformatis. Annalium Academicorum conſcriptio Bibliothecario *Heidelbergenſi* expreſſo aſſeritur ſtatuto: *§ de Bibliotheca Univerſitatis*. Ut vel hinc ſatis ſit manifeſtum, non minus oneratam, olim quàm honoratam Bibliothecariorum fuiſſe Spartam; quæ proinde inde à multis ſeculis magnis tantùm viris fuit demandata, ut ex illo patet Catalogo Bibliothecariorum, quem *Naudæus* habet, lib. de inſtituenda Bibliothecâ, pag. 159. 158.

Officium modernorum.

II. Sed mittamus, quæ, in adornandis Annalibus, Bibliothecariis olim acceſsit, manuſſam. Vel ſola librariæ ſupellectilis accurata *inſpectio & diſpoſitio* totum, eúmque non ſtupidum aut bardum: ſed agilem, excitatum, ingenio non minus, quàm judicio, memoriâ cumprimis ferrea, requirit hominem pollentem. Quæ enim in foro partes ſunt judicis, in œconomia Patris familiâs, eædem in re literaria aſsignari poſſunt Bibliothecario. Hujus enim eſt etiam componere Antiquariorum lites, fœtus genuinos à ſuppoſitiis, accuratè diſtinguere, exactè nôſſe, quid diſtent æra lupinis, & judiciosè pretioſum ſegregare à vili. Illi relinquitur cura, ſi non cum ſelectu acquirendi, ſaltem judiciosè diſponendi libros. Et ut turpe eſt, Pharmacopœum, de medicamine rogatum, hærere diu, nec ſatisfacere poſſe ægroti deſiderio, ita Bibliothecarii officium ſegniter facit, qui de materia qualicumque rogatus, indicis fideliſsimi vicem ſubire nequit. Plus profectò Bibliothecarii axioma habet in muneris receſsû, quàm literarum præ ſe fert frontiſpicium. Eidem enim, ut reliquas ejus partes relinquam intactas, incumbit cautela, ne vel ipſa librorum nomenclatura γνήσια ἀνθ' ὑποβολιμαίων obtrudat, & vice versâ. Id cumprimis det operam, ut ne Orientalium imponant monſtroſi characteres. Scio, in Bibliothecis publicis & privatis hîc proclives eſſe lapſus. Alicubi videre me memini Alkorani exemplar, cui antiquis characteribus Gothicis erat inſcriptum: *In literis Armenicis* ble-

hic deſcripta putatur materia Pſalmorum, Alchorani Sarracenorum, i. e. Lex Mahometiſtarum, Turcorum, Teucrorum, Agarenorum aut Iſmaëlitarum, &c. Arabica ſunt, non Armena: Alkoranus ὄντως, non δόξῃ. Alibi, magno obtigit viro, Mſc ex Ægypto allatum, in cujus veſtibulo ſua notavit manu: *Fragmentum hoc libri pervetuſti mirabilibus characteribus picti conſobrinus meus Alkayro AEgypti attulit; eóq; tanquam re valde rara, Muſeum meum auxit, atque unà mihi narravit, quod ibi, Memphi, in templo quodam Turcarum valde anguſto, ſexcentis columnis marmoreis ornato, etiamnum multa ſint arca talium librorum antiquorum plena, quorum characteres nemo quidem intelligat, ſed quòd vulgò credatur, nonnullos eorum jam inde à temporibus Pharaonis ibi eſſe aſſervatos: hoc ſpecimen autem ſibi à Præfecto illius Templi pro ἀντιδώρῳ non magno donatum fuiſſe. O utinam nunc aliquis horum talium nobis Interpres eſſet, quibus veriſimile eſt, præter Hiſtoriam ſanctam & antiquam, etiam veterum Sapientiam AEgyptiorum, olim præclaram, at nunc exoletam, contineri.* Sed deprehenſum, poſt accuratam indaginem, ἀποσπασμάτιον eſſe Alkorani, characteribus antiquis Cuficis exaratum. Minori tamen hîc peccatum periculo, quàm quòd non ita pridem in Hiſpania novum exſculpere voluerunt Iacobi Apoſtoli Evangelium, iiſdem Cuficorum veterum deſcriptum literis. Sed plura de ejusmodi mercibus ſuppoſititiis congeſſimus in *Anal*, p. 1. p. 332. & Diſſertat. de *Inſcriptionibus Oriental.*

III. Vt verò *Inſcriptio* & conſignatio librorum magnam in Bibliothecario requirit ἀκρίβειαν; ita & *diſpoſitio* materialis, ſive Catalogi conſtitutio exacta eſſe debet. Quemadmodum enim Medicus, niſi ſua omnia pyxidibus & capſuli habeat diſtincta pharmaca, periculosâ facilimè ægrotum fraudare poteſt morâ imò, quò major ejus, ſed abſque ordine & collocatione, eſt apparatus, eò plus, abſque ſucceſſu, habet negotii. Ita & literati, ubi domi peregrinentur, & non ſuis omnia diſpoſita habeant forulis, nullum vel exiguum ſumtuum exſpectare poterunt fructum.

IV. De Catalogo igitur Bibliothecæ quisque ſit ſolicitus, ut, quo urgente neceſſitate ſit recurrendum, non ignoret. *Quid enim fortuna juvat, ſi non conceditur uſus?* Quando verò Catalogi Methodica diſpoſitio nec proletariæ, nec contemnendæ eſt operæ (in armamentario certè arma ita diſponi debeat, ut quoties opus fuerit, ſint ad manus) noſtros etiam in diffuſa hac materia

Digitized by Google

aptaturi lacertos, paucis, quæ tutiſsima Bibliothecæ tum *recenſendæ*, tum *collocandæ*, videatur Methodus, concipiemus aphoriſmis.

A. *Catalogus Bibliothecæ vel realis eſt, vel nominalis. Ille* materias ordine pertractat; atque de ſingulis agit locis communibus Theologicis, Iuridicis, Medicis, Philologicis, Philoſophicis. *Hic* verò authorum nomina exprimit, atque oſtendit. Canones de utroque ſunt:

I. *Catalogus realis primum obtinet locum.* Ratio Canonis ſatis eſt manifeſta. Major enim uſus rerum ſive materiarum, quàm Nomenclaturæ Authorum. Faciliùs etiam inquirere poſſum in integra Authoris opera, quàm in ſingularem ejus, qui tamen utilis mihi eſſe poteſt, tractatum.

II. *Catalogus realis non ſit confuſus, ſed diſtinctus.*

Diſtinctus autem eſt, ſi, quod cumprimis in magnis & locupletibus Bibliothecis habet locum, illa in prima collocantur acie, quæ ad Bibliothecæ faciunt εἶναι, cujusmodi integri ſunt libri ſeu tractatus, impreſſi &c. & tum demum ſuccedant ea, quæ pertinent ad τὸ εὖ εἶναι, ut ſunt varia vel raritatis, vel antiquitatis monumenta, numiſmata nempe, & Manuſcripta. In Bibliothecis tamen privatis rariora etiam κειμήλια ad ſuas locorum Communium ſtatim revocari poſſunt ſedes. Ita, quæ nos poſt hac dicturi ſumus, de variis Mſc. Orientalibus, Actis Eccleſiaſticis, Virorum magnorum proſopographiis, eruditorum Epiſtolis, variis veterum Orientalium & Occidentalium Nummis, amuletis, &c. ea omnia ſedi ordinariæ, id eſt, Theologicis, Philologicis, & Philoſophicis aſsignabimus Claſsibus.

III. *Catalogus realis neque diffuſior ſit, neque contractior.* *Illud*, fit, cùm nimis ſuperſtitioſè, & præter neceſsitatem tituli Locorum communium extenduntur, ſi, quæ unâ aliquâ contineri poſſunt rubricâ, ſub diviſionibus variis involvuntur, ipſumque adeò Lectorem perturbant. *Hoc* verò accidit,

1. cùm κατὰ πλάτος ſuprema tantùm materiarum genera indicantur, & ad unam alteramve Categoriam ſcriptores referuntur, qui ſub plurium militant vexillis. Committitur hic error, cùm ſub unico librorum Theologicorum titulo exprimitur, quicquid, quocunque modo ad rem Theologicam pertinet. Quod quidem perinde eſt, ac ſi quis filio ſuo, Helvetio, Heidelbergæ commoranti literas inſcriberet: *Filio meo, degenti in Europa*, aut civem Pariſienſem mercator tibi oſtenderet in Gallia. Europa vaſtiſsima eſt, Gallia ampla; inepta proinde, ac prorſus irrita talis inſcriptio generalis.

2. Cùm integra ſive Patrum, ſive Theologorum opera ſimpliciter indicantur; quæ per accuratam ἀνατομίαν variis inſerviunt, deſtinata etiam ſunt, uſibus. Quid prodeſt in Catalogo legiſſe opera *Auguſtini, Hieronymi, Zuinglij, Chamieri, VValæi, Altingij, Maccovij &c.* niſi fortè, ut conſtet τὸ ὅτι, adeſſe præclara illa

ne-

Digitized by Google

nomina? Ordine exhibenda ſunt themata, de quibus illi ſcripſerunt, ut ad Claſſes ſuas commodè poſsint reduci, qua de re (plus enim hæc pollicetur obſervatio, quàm creditum hactenus videatur) poſtea ex profeſſo.

3. Quando in adornandis Catalogis molis & numeri major, quàm pretii habetur ratio. Et hic nævus, in iis potiſsimùm, eſt conſpicuus, qui, in recenſione Bibliothecarum, *Diſputationes* omittunt, Exercitia Academiarum & Scholarum publica: cùm tamen illis, meo judicio, multum ſit deferendum, ſive quòd publicam publicis disquiſitionibus conciliatam habeant authoritatem; ſive quòd multi, iique doctiſsimi viri nullo alio ſcribendi genere voluerint inclareſcere; ſive quòd ibi ξυμφερτὴ ἀρετὴ, & fuſi aliorum conceptus compendioſè proponantur; ſive denique, quòd jucunda varietate non parùm oblectent. Omnino ergo ad ſupellectilem pertinent librariam: neque enim quàm multa, ſed quàm bona dixerit Author, ſcire refert. Nihil proinde omittes eorum, quæ quidem Bibliotheca tua poſsidet. Quantitatis hîc nulla efficacia. Vna ſæpe pagella plus ſucci & bonæ frugis habet, quam ſpiſſum chartarum volumen. Magno hæc reipublicæ literariæ diſpendio negligi, monet etiam prolixè *Naudæus*, lib. c. p. 76. & 99.

4. Cùm in ſolà Authorum nomenclaturà Bibliothecarius acquieſcit. Id verò non ſatis eſt: Seduli quidem amanuenſis opus; ſed non dum ſuis abſolutum partibus officium. Iudicium adeſſe debet vel ſuo, vel aliorum nomine conceptum; & ſi non ubique expreſſum, ita tamen accuratè obſervatum, ut quærentibus vel hærentibus ſatisfacere poſsit Bibliothecarius. Atque hoc, ſi quid ſentio, inter primarias Bibliothecarii curas referendum. Aliis quidem ad privatum uſum ſufficit, nôſſe hunc vel illum Authorem; ſed in Bibliothecario qualitatum etiam & diſcriminis exactior requiritur διάκρισις, ad uſum publicum.

IV. Catalogus nominalis, *& indicativus* ſit perſonarum, *& judicativus* ſive diſcretivus Editionum. Ita e. g. ubi in Catalogo Patrum Auguſtini facienda mentio, non in ſolo Patris acquieſcendum nomine, Editionis addenda Epocha eſt, nomen præterea Typographi &c. Nam & elegantià, & integritate, & fide etiam, exemplaria differunt. Præmittat ergò Bibliothecarius nomen *Auguſtini*, poſtea de Editione ejus, ſive una, ſive pluribus judicet. Certum enim eſt, magnum libris bonis, ex bona Editione, accedere pretium. Ita, ex ſcriptis Hebraicis, *Plantinianæ* præferebantur Editiones & *Bombergianæ*; ex Græcis *Stephanorum*; ex Latinis *Manutiorum*, *Frobeniorum*, ex Germanicis *Froſchovverorum*, *&c.* Hodie non *Occidentalium* tantùm; ſed & *orientalium* characterum omnium typos in Europà adeò habemus politos, & affabrè compoſitos, ut nihil ad ſummum perfectionis apicem deſiderare videamur.

B. Hæc de *recenſione* librorum ſive *Catalogis*; *diſpoſitio* alia in chartis eſſe debet, alia in forulis. *Illa* uſûs ſit commodi, *hæc* ſitûs concinni. Si Bibliotheca aliqua ita fuerit locuples, ut quæ homogenea ſunt *materiâ*, etiam ὁμοειδῶς com-

compingi poſsint *figurâ*, conjunctio materialis negligi non debet. Quòd ſi verò, ob librorum paucitatem, utrumque obtineri non poſsit, rectiùs fecerit, quisquis libros ſuos in Bibliothecâ, εὐταξίας ἕνεκα, conformes conjunxerit omnes. Ne, dum materiæ quærit conjunctionem localem, formæ omnem perdat ſpeciem concinnam. Idem placuiſſe obſervo Celeb. *Conringio*, in Biblioth. Aug p. 118. *Multum ſanè elegantiæ officit, ſi, abſque diſcrimine, magnis parva miſcentur, & alia emineant, alia depreſſa ſubſideant, cumprimis ſi omnia cujuslibet formæ ob ſolam argumenti convenientiam junguntur; quod tamen à magno viro Jacobo Gothofredo factitatum, obſervo ex Bibliothecæ illius Indice.* Separationis incommodo poſſeſſor facilè medebitur, ſi, in chartis, Catalogum poſtea ita diſponet, ut homogenea uni titulo ſubjiciantur, & literarum alphabethicarum notulis indicentur. Satis eſt, ſi cujuslibet facultatis ſcripta in uno aliquo loco habeat conjuncta ad *uſum*; cætera componi & adornari poterunt ad jucundum aſpectum & *viſum*.

De vario ſcopo eorum qui Bibl. ſcribunt.

III. Hactenus librorum recenſio & diſpoſitio, breviter, in *theſi*: ad *hypotheſin* digreſſuri fatemur, hanc aliquoties jam operam à Viris magnis fuiſſe occupatam, pluresque de Bibliothecis ſcripſiſſe, ſed & diverſa à ſe invicem, ut plurimùm, & planè aliâ, à noſtrâ, Methodo. Vt hoc probemus operosè, non eſt neceſſe. Series continuata docebit, nos nec ætatis hìc habere primam rationem, quod *Bellarminus* ſuo de Eccleſiaſticis ſcriptoribus tractatû intendit; & ex noſtris *Gerhardus Mejerus*: Nec *nomenclaturam* tantùm dare alphabethicam Authorum; vel diſpoſitionem etiam materiarum ſingularium, quam operam cum laude præſtiterunt *Geſnerus* in Bibliotheca & Pandectis; *Voëtius*, &c. Nec *nationalem* ſcribere Catalogum, exemplo vel *Arabum*; vel *Schvvertii*, &c. Nec prolixiora ex Authoribus exſcribere *penſa*, quod *Photio* hinc inde placuit; Nec *diſtinctarum facultatum* dare ſcriptores, quo nomine *Voſsius* bene meritus eſt; Nec judicia tantùm colligere de ſcriptoribus, Hiſtoricis præſertim; quod non ſine applauſu nuper præſtitit *Zeilerus*; nec *Draudii*, cancellos, qui & ipſe recentiorum potiſsimùm Authorum fidelis nomenclator eſt, nobis præſtitutos; Nec *ſingularum Bibliothecarum* conſtituiſſe excutere forulos, quam operam antehac impendit Vaticanæ *Angelus Rocca*; & feliciſsimè nuper Auguſtæ *VVolfenbutelenſi*, *Hermannus Conringius*: Nec materiam de Bibliothecis ex profeſſo tractaturos, id enim à *Lipſio*, Hoſpiniano, *Middendorpio*, occupatum pridem fuit. Ordinum Bibliothecas aliis relinquimus; *Benedictinorum* Arnold. VVion: Franc. Iuanes; *Carthuſianorum* Franciſc. de Puteo, Pet. Sutori, Pet. Blomevenne: *Minorum*, Franc. Gonzagæ, Petro Rodolpho, VVaddingo: *Prædicatorum*, Ioh. Garzonio, Leandro Alberto: *Ieſuitarum* Ribadeneiræ & Phil. Alegambe, cui accuratioris laus tribuitur. *Conſilium* etiam de exſtruendis & inſtruendis Bibliothecis à *Conringio* potius & *Naudeo*, quàm à me, prolixum, expectandum.

IV. Ideam.

Digitized by Google

IV. Ideam, *Bibliothecarius* noſter pollicetur, Bibliothecæ Vniverſalis, id eſt, non *indicativam* tantùm; ſed & *Hiſtorico Criticam* rei librariæ nomenclaturam: Diſtinctis indicabo claſsibus, quæ cujuslibet materiei ſint vel neceſſaria, vel utilia, vel etiam jucunda ſubſidia; quibus ætatibus, gradibus; ordine & diſcrimine exculta quæque fuerint ſtudia. Iudicium, ubi operæ pretium erit, breve ſubjiciemus, ex ipſâ, ut plurimùm αὐτοψίας, depromtum. Et quanquam Ideam tantùm (quod propterea, ne Lector, ubi nec omnes, nec obvios ſemper heic invenerit Authores, ſuccenſeat nobis, monemus) hac vice exhibemus, de una tamen hac fidelia τοὺς φιλοβίβλους, ſtudioſos præſertim, multos dealbare poſſe parietes, non dubitamus. Habebunt enim illi bonorum Authorum *Indicem*, quos ſi comparare nec liceat, nec libeat, nôſſe tamen non nocebit. Authorum quippè accurata notitia, non poſtrema eruditionis pars eſt. Habebunt *diſpoſitionem*, quæ & tutam colligendi Locos communes oſtendet viam, & digerendæ Bibliothecæ monſtrabit Methodum. Habebunt de variis Scriptoribus, Orientalibus præſertim ſubinde *judicium*; quo potiſsimùm mihi argumento hæc opera fuit commendata. Habebunt, ſuas etiam Bibliothecas æſtimandi, *indicium*. *Deſiderium* denique accedet, ea ſuo tempore exterebrandi, quæ in apricum producta non uno ſe tantùm probare poterunt nomine. De noſtro ſcopo.

CAP. II.

DE VARIIS BIBLIOTHECIS IN GENERE.

1. Quid ſit *Bibliotheca*, & quot modis accipiatur. 2. Pro nomenclatore authorum ſumta vel eſt *univerſalis*, vel *particularis*. In univerſali vel *temporis* ratio habetur, vel *materiarum*. 3. Particularis vel eſt certorum *Climatum*, vel certorum ordinum, vel certarum *facultatum*; vel etiam Regum, Principum; *Eccleſiarum*, *Academiarum*, *Nundinarum*, *Typographorum*, *familiarum*, *&c.* 4. *Anglica* Bibliothecæ modernæ compendium.

I. NOn debet hujus capitis tractatio videri ſuperflua. Etſi enim de Bibliothecariorum præcedenti capite munere: eorum etiam, qui de Bibliothecis ſcripſerunt, diverſo aliquid à nobis actum fuerit ſcopo: neque De voce Bibliothecæ.

tamen

tamen diſtinctè ſatis hoc factum eſt, neque *κατὰ θέσιν*. *Κατ' ἄρσιν* eos breviter, quorum hac vice ſequi Methodum non placeret, attigimus. *Poſitivè* jam prooemii loco, de Bibliothecis tantum agemus, quantum noſtræ expedit intentioni. *Βιβλιοθήκη*, ut à voce faciamus initium, Græciam agnoſcit Patriam. Componitur enim à *βιβλίον, liber*, & *θήκη repoſitorium*. Vnde *Iſid.* Orig. l. 6. c. 3. *Bibliotheca à Græco nomen accepit, eò quòd ibi recondantur libri.* Vnde alibi *librorum repoſitionem* vertit. Chaldæi vocant בית ספריא *Domum, receptaculum librorum*. Eſr. c. 6. v. 1. Syri בית ארכא & Arab. בית אלכתב *Domum ſcriptorum*, ut *Iſa, bar Ali*, explicat. Præter hanc ſignificationem alia adhuc eſt, probatis authoribus recepta. Feſtus: *Bibliotheca & apud Græcos & apud Latinos tam librorum magnus per ſe numerus, quàm locus ipſe, in quo libri collocati ſunt, appellantur.* Nobis *tertiam* addere placet vocis ſignificationem, quâ Bibliothecæ nomine, non confuſus quilibet, ſed vel ſecundùm ætatem, vel locos communes, vel ordinem etiam Alphabethicum diſtinctus exprimitur Catalogus. Quo ſenſu, Bibliothecæ aliæ conſtitui poſſunt *Univerſales*, aliæ Particulares. *Illæ* vel de *univerſa* agunt Bibliotheca, i. e. omnis generis & materiei authoribus, vel de Bibliothecis *univerſaliter*. Qui de univerſa egerunt Bibliotheca, vel ordinem retinuerunt Authorum *Alphabeticum*, vel materiarum *Topicum*, vel utrumque. Agmen in *illis* ducit *Conradus Geſſnerus*, qui Bibliothecam nobis dedit duabus abſolutam partibus. *Prima*, ordine Alphabetico omnes exhibet authores, qui quacunque Lingua, ad ſua uſque tempora ſcriptis prodeſſe voluerunt. Magni judicii opus, cujus proinde continuationem, etiam poſt Ioſiam *Simlerum*, viri magni valde deſiderarunt. Sunt, qui authorem tanti faciunt, ut non facilè ſcriptori ſuperiorum ſeculorum aditum in ſuas concedant Bibliothecas, niſi in conſilium priùs adhibito Indice hoc Geſſneriano, quo cujuslibet authoris ſeculum, ſcripta, addito ſæpe judicio, recenſentur. Prodiit prima Editio. 15. poſtea cum ſupplemento *Simleri* 1570. Pars *ſecunda* Pandectarum libros habet 21. jam anno 1548. editos, ut mirum ſit, tale quid, anno demum 1570. *Martinum Cruſium* deſideraſſe. *Quia* (ſunt verba ejus ad Iohannem VVolphium, Tigurinum) *Bibliotheca τοῦ μακαρίτου Γεσνήρου recudetur; mihi bonum videretur, nec res inter excudendum laborioſa, ſi index talis quoque operi illi adderetur, in quo ponerentur illi, qui de ſingulis artibus, ſcientiis ſcripſiſſent, ſeparatim ſinguli. Exempli causâ, ſub titulo, Grammatica, omnes qui de Grammatica ſcripſiſſent &c. & ſic per omnes artes, per omnes partes Philoſophicæ & Theologiæ.* Hoc ipſum *Pandectis* ſuis Geſſnerus pridem, & ita abundè præſtitit, ut vel hoc ſolo ſcripto *vivere* apud poſteros potuiſſet. Nec,

quod

Digitized by Google

quod ſciam, alii poſthac ſecuti ſunt, qui eandem tanta felicitate impenderint operam. Unde & Celeb. *Conringius* (a) Geſſnerum noſtrum τῆς ἐμπειρίας βιβλιακῆς *ſummum artificem, ac Principem Magiſtrorum* appellavit. *Poſſevini* Bibliotheca, ex religionis divortio (iis excluſis authoribus, qui in re literaria nō ſunt poſtremi) tam abſoluta non eſt. *Draudii* quidem, ratione materiæ indefinitæ, *univerſalis* cenſeri poteſt, ſed neque authorum habet proſopographias, nec alios quàm impreſſos, & quidem noſtrâ pleroſque, Patrúmque memoriâ, ad annum 1624. editos. Ad copiam tamen, & notitiam authorum eandem materiam pertractantium, ſcriptor ille multum confert. Ad univerſalem etiam Bibliothecam referimus Bibliothecam *Voëtii*, quæ, etſi ſtudio Theologico potiſsimùm ſit conſecrata, nullum tamen genus ſcriptorum tam univerſalium, quàm particularium & ſingularium præterit. Compendioſa & portatili commendatur forma, neque authores tantùm indicat θεωρητικῶς, ſed & uſum eorundem oſtendit in Theologia πρακτικῶς. Quo etiam nomine commendari poſſunt *Gerhardi Mejeri* Bibliothecæ Theologicæ contractæ libelli duo. Annorum quidem ſeriem author obſervat, ſed ubi ad Reformationem pervenit, in locos communes ſe diffundit. *Univerſaliter* de Bibliothecis ſcripſerunt ex profeſſo *Lipſius*, eruditè, ſed, more ſuo, conciſè; *Onuphrius Panvinius*; *Fulvius Urſinus*; *Hoſpinianus* noſter in Originibus ſuis eandem prolixè pertractavit materiam, & *Iacobus Middendorpius* libro de Academiis.

II. Hæc de *univerſalibus*; *particulares* diſtingui poſſunt primò, ratione *climatum & regionum*, in *Orientales* & *Occidentales*. Orientalium hîc ampliſsimus campus eſt. Scripſerunt enim Bibliothecas ſuas *Syri*, qualis eſt Catalogus librorum ſacrorum & profanorum *Ebed Ieſu*. Notas addidit *Abrahamus Ecchellenſis*, raritate potiùs, quàm ſoliditate & accuratione commendabiles, ἰδίᾳ ὑπομνήσεσι χυδαίως διελέγξαι. *Hebraicorum* librorum Bibliothecam abſolutam dedit *Buxtorfius*. Spicilegium *Menaſſe ben Iſrael*, *Arabicas* Bibliothecas ne enarrare quidem poſſemus omnes; adeò hæc gens ab aliquot ſeculis fuit, in ſtudiis ſtis, induſtria. Habent ſuas Bibliothecas *univerſales* prolixas, & elaboratas, qualis eſt *Ibn Chalican* &c. *Particulares*; Theologorum, Iuris conſultorum, Medicorum, Philoſophorum, Poëtarum, Hiſtoricorum &c. Metaphraſtarum etiam, ſive eorum, qui ex peregrinis Linguis quosvis authores Arabicâ civitate donârunt. Specimen ſuperiori ſeculo dedit *Leo Africanus*, qui ex variis Arabum monumentis celeberrimorum Arabum, Chriſtianorum, Muhammedanorum, Iudæorum ſcriptorum collegit faſciculum, qui ἰδίᾳ χειρὶ in Medicea aſſervatur Bibliotheca. Apographum libenter hoc loco Nobiliſs. & humaniſsimo D. *Cavalcanti* ferimus acceptum. Ex noſtris Pocockio primas debemus,

Bibliothecæ particulares.

a. Biblioth. Aug. pag. 14.

mus, qui tamen σποράδην tantùm ſcribentium potius breves dedit proſopographias, quàm exactum ſcriptorum numerum. Nos *Promtuarium* nuper publicæ expoſuimus luci, ſive *Bibliothecam Orientalem*, Centurias exhibentem aliquottam Authorum, quàm librorum Hebraicorum, Syriacorum, Arabicorum, Ægyptiacorum, Æthiopicorum: Perſarum, Indorum, Chinenſium, Turcarum, Armenorum ſupellectilem breviter perſtrinximus. *Græcorum* apparatus tum ex univerſalibus Bibliothecis haberi poteſt, tum verò certiſsimè ex Bibliotheca *Photii* Patriarchæ, qui Gentis ſuæ ſcripta ita percurrit, ut de ſingulis propemodum, magno legentium uſu & compendio, reliquerit judicium. Ad hanc recurrendum, quoties in veteris Græciæ literas & literatos vel lubet inquirere, vel neceſſe eſt: facem maximè præferente indice *Hoeſcheliano* alphabethico. Præclarum certè hujus authoris apud eruditos eſt a nomen. Sed ad *Occidentales* curſum dirigimus, quorum Bibliothecæ, pro regnorum & regionum varietate, ſunt variæ: *Hiſpaniæ* Bibliotheca prodiit, authore Andrea Schotto, Patre ſocietatis, ſub nomine *Peregrini*; qui & notas adjecit Catalogo aliquot ſcriptorum Hiſpaniæ illuſtrium, Ildephonſi. *Alphonſus Garcia*, Matamorus ſcripſit de literatis Hiſpaniæ viris. *Angliæ* veteres ſcriptores magno numero collegit *Iohannes Balæus*, adjuncto præcipuarum Hiſtoriarum & eventuum ſynchroniſmo. Ab Eccleſiæ Romanæ ſcriptoribus, præſertim *Franciſco* b *SVVeertio*, & nuper *Labbæo*, c nigro theta notatus. *Iohannes Pitſeus* ſuum de ſcriptoribus Angliæ Catholicis idem oppoſuit librũ. Germanicæ ſuperioris & inferioris ſcriptores dedit *Cornelius Callidius*; vitæ virorum illuſtrium per Germaniam *Pantaleonis*, Proſopographis commodius annumerantur. *Inferioris* Germaniæ ſcriptorum Catalogos multi pertexuerunt. Nota ſunt Elogia illuſtrium Belgii ſcriptorum *Auberti Miræi*, Bruxellenſis, cujus tamen induſtriam ubique flagellat Labbæus. *Antonius Sanderus*, de Flandriæ ſcriptoribus: Gandenſibus item & Brugenſibus eruditione claris, extat. De ſcriptoribus *Friſiæ Suffridus Petrus*: De *Groninganis*, author vitarum Profeſſorum. Huc pertinent Bibliotheca Belgica *Andreæ Valerii*, Athenæ Belgicæ *Franciſci SVVeerti*, prolixæ ſatis, nec obſcuro candoris nomine, in citandis noſtris etiam ſcriptoribus, inſignes. Omnes enim eos, nullo habito religionis diſcrimine, qui Philologicas, Philoſophicas, Theologicas, Iuridicas, Medicas, & Muſicas in Belgio illuſtrârunt diſciplinas, enumerat. *Tigurinorum* Catalogum *Herologium* noſtrum, Σὺν Θεῷ, dabit, & *Origines Scholæ Tigurinæ*, à Carolo Magno deductæ. *Gallorum* elogia pandit *Scævola* Sammarthanus, *Ligurum* Vbertus Folieta: *Florentinorum*, Michael Poccianthius.

Biblio-thecæ Ordd.

III. Ordinum ſequuntur Bibliothecæ, quæ tamen rem tantùm juvant Romanam, ad ejus vel dogmata, vel ritus, vel regimen ſpectantes. Cujusmodi quidem

a Iudicia Editioni Hoeſchelianæ præfixa ſunt, tam vetera, quàm nova b *Athen Belgic.* pag. 85. c Diſſert. in Bellarm. de ſcriptor. Eccleſiaſt. hinc inde.

Digitized by Google

quidem ſunt Bibliothecæ, 1. *Auguſtinianorum*, Ioſephi Pamphili, Epiſcopi; Thomæ Gratiani, Iohannis de Nigra Valle, quorum *illius* habetur ſcriptum de ſcriptoribus Ordinis Eremitarum; *iſtius* de ſcriptoribus Ord. Eremit. S. Auguſtini, *hujus* de ſcriptoribus Ord. Canon. Regular. 2. *Benedictinorum*, Arnoldi VVion, *Lignum vitæ, ornamentum & decus Eccleſiæ &c.* Huc pertinet *Petri Diaconi*, Monachi ac Bibliothecarii Caſinenſis, de viris illuſtribus Caſinenſibus, opuſculum, ex Bibliotheca nuper Barberina depromtum, & à *Iohanne Baptiſta Maro*, Romano, luci expoſitum, notiſque illuſtratum. Ab eodem exſpectamus, ut amicus nuper ex Italia ad me ſcripſit, vitas Arabum *Leonis Africani*, de quibus ſuprà, quod, niſi brevi fiat, à nobis fortè opera illa anticipabitur. 3. *Carmelitarum*, Petri Lucij & Arnoldi Boſtii 4. *Carthuſianorum*, Theodori Petreij. 5. *Ciſtercienſium*, Auberti Miræi. 6. *Dominicanorum* ſive *Prædicatorum*; Iohannis Garſonij, Antonij Senenſis; Alfonſi Fernandez Placentini, Iohannis Alberti de vitis & ſcriptoribus ordinis Dominici. *Iohannes Mariolta*, Hiſpaniè dedit Triumphum Virorum Illuſt. ordinis ejusdem. 7. *Franciſcanorum* ſive *Minimorum*, Franciſci Gonzagæ; Petri Rodolphi, Henrici VVillot, &c. 8. *Ieſuitarum*, Petri Ribadeneiræ, & Philippi Alegambe. 9. *Servitarum*, Iacobi de Plebe &c.

IV. Quin etiam *ſcientiis*, ſive *Facultatibus* ſingulis ſuæ deſtinatæ ſunt Bibliothecæ. *Theologicas* vel *generales* dederunt, tum *Reformati*, Voetius, Mejerus; Ioh. VVilkins, in ſuo Eccleſiaſte, &c. quorum ſingulæ curſibus Academicis ſunt accommodatæ, ſtudioſis proinde commendandæ; tum *Pontificii*, ut ſunt Bibliotheca & Apparatus *Antonii Poſſevini*; Bibliotheca ſacra Sixti *Senenſis*, cæteris, calculo meo, religionis ſuæ ſociis, ob variam ſcriptorum copiam, & erectum in multis judicium, anteferenda: Bibliotheca Theologica *Molani*; vel *particulares*, eáſque vel de ſcriptoribus *Eccleſiaſticis* veteribus, qualis eſt *Hieronymi*, Stridonenſis presbyteri, *Gennadii*, Maſſilienſis presbyteri, *Iſidori*, Hiſpalenſis Epiſcopi; quibus ſucceſſerunt poſtea *Honorius*, Auguſtodunenſis presbyter, *Sigebertus*, Gemblacenſis Monachus, *Henricus à Gandavo*, de Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus: quos Scriptores ſex *Suffridus Petrus*, Leodienſis an. Chr. 1580. Coloniæ conjunctim edidit. Præclaram etiam navavit operam *Trithemius*. Secuti ex intervallo ſunt, ſuperiori & noſtro ſeculo, ex *noſtris*, Iohannes Eriſius, qui Patrum ſeriem ab anno Chr. 50. ad 1140. deduxit; ex *Pontificiis* Bellarminus, cujus librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis recenſuit nuper, & diſſertationibus Philologicis auxit *Philippus Labbeus*, ſcriptor bilioſus, qui planè Iſmaelitica temeritate optimis quibusvis, nulla religionis habita ratione, inſultat Scriptoribus. Quo verò vel ſucceſſu, vel cauſæ Pontificiæ compendio, alibi (a) diximus. Eſt, ſcriptum ejus, quod non diffiteor, ager laborioſè quidem cultus; ſed in quo ſpinæ & urticæ ita luxuriant, ut ne quidem, quod bonæ frugis eſſe videatur, aliunde depromtum, decerpi queat: *Gaultherius*, & ipſe Ieſuita, ſcriptorum tam

a. Ennead. Diſſert. Heidel. pag. 171.

profanorum, quàm Eccleſiaſticorum nomina, ad ætatem usque noſtram, ſuis tabulis inſeruit. Sed & *Commentatorum Scripturæ ſacræ* Catalogum reliquerunt ex *noſtris* Altingus, Voetius, VVilkins, Mejerus &c. ex *Pontificiis* Iacobus Pamelius, Sixtus Senenſis &c. *Theologorum, Canoniſtarum, & Scholaſticorum* Bibliotheca proſtat ſacra Belgica Guilelmi Gazæi. *Iuriſconſultorum* Bibliothecæ inſerviunt *Baptiſta* Caccialupus, de illuſtribus Iuriſconſultis; *Bernardinus Rutilius*, *Iohannes Loricbius* de vitis veterum Iuriſconſultorum; *Iohannes Fichardus* & Matthæus Gribaldus, de vitis recentiorum. *Baldus Peruſinus*, de commemorationibus famoſiſsimorum doctorum in utroque jure. *Thomas Diplovatius*, Patrit. Conſtantinopol de præſtantia Doctorum & præſtantiſsimorum Iuriſconſultorum. Sed & *Medicorum* habentur Bibliothecæ, *Paſchalis Galli*, Pictonis; Iohannis *Georgii Schenckii*. Quo referuntur Nomenclator ſcriptorum Medicorum *Iſraelis Spachii*; *Symphorianus Campegius*, de ſcriptoribus Medicinæ veteris & recentioris. *Remaclus Fuſchius* de vitis illuſtrium Medicorum, *Petrus Caſtellanus* de viris illuſtrium Medicorum, veterum & recentiorum: *Iohannis Sambuci* Icones & Ecloga clariſsimorum Medicorum. *Hiſtoricorum* Catalogos, ætatibus ſuis diſtinctos, & accurata criſi examinatos, duobus libris dedit *Voſſius*. *Philoſophiæ* ſcriptores etiam ſunt recenſiti. Et Iacobus quidem *Friſius* Bibliothecam ſcripſit Philoſophorum, Claſsicorum authorum, Chronologicam, ab initio Mundi ad ſuam ætatem. *Poetarum* Crinitus & Gyraldus; *Logicorum* Keckermannus, *Mathematicorum*, Ramus & Alſtedius, aliorum alii, de quibus commodius infra, ſuo loco, de Proſopographiis.

Bibliothecarum Catalogus Alphabeticus.

V. Pergimus igitur ad Catalogos *Bibliothecarum* vel *Publicarum*; Regum, Principum, Rerum publicarum, Eccleſiarum Academiarum; vel *privatarum*, familiarum, Bibliopoliorum, Typographeorum, Nundinarum, &c. utque ordine progrediamur, ſerie primùm Alphabethice Bibliothecarum publicarum & privatarum toto orbe celebratarum, ponemus nomina; tum demum eorum qui vel integrarum Bibliothecarum, vel certorum authorum reliquerunt *Catalogos* commendabimus operam; tandem, quibus potiſsimùm ſcriptis ſingulæ excellant, paucis monebimus. *Bibliothecarum* tam veterum, quàm recentiorum Orientalium & Occidentalium ſeries ita habet. *Ægyptiaca*, ſi non primæ, certè non ex poſtremis ſunt. *Oſymanduas*, Ægypti Rex Bibliothecam à ſe primò extructam, ψυχῆς ἰατρεῖον appellavit. *Ptolomæus* Philadelphus, Gente Macedo, *Alexandrinæ* Bibliothecæ ſtructor fuit liberaliſsimus, Demetrii Phalerii adjutus conſiliis. Quamvis alii *Lagidæ*, Patri, condendæ ejus initium tribuant. Septingenta millia librorum ibi repoſita fuiſſe, bona traditur fide; multi, Chaldaici, Ægyptii & Romani, aliique diverſarum linguarum authores, juſſu Philadelphi tranſlati, ibidem fuerunt aſſervati. Omnia tandem in bello Pompejano incendio perierunt.

Hodiernas etiam Ægyptiorum Bibliothecas, variis comprimis Math: Orien:

Orientalibus eſſe inſtructas, teſtes referunt *αὐτόπται*. Octies mille volumina, in una ſe vidiſſe Bibliotheca, *Ægidius Lochienſis* Capucinus monuit.

Alvens leviorum, familiæ nobiliſsimæ pro Bibliothecis ſtudium prolixè commendatur.

Æmilium Paulum, Bibliothecarum Romanarum veterum, initium feciſſe volunt, ut qui Perſe Macedonum Rege devicto, librorum copiam magnam advexerit Romam. *Aſinia*, vel auſpiciis Octaviani Auguſti in montis Aventini atrio Libertatis, fuit inſtituta, vel propria *Aſinii Pollionis* authoritate ordinata, qui, ſuperatis bello Dalmatis, manubias Bibliothecæ deſtinâſſe dicitur. Ita certè *Iſidorus: Primus Romæ Bibliothecas publicavit Pollio, Græcas ſimul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio. quod de manubiis magnificentiſſimum inſtruxerat.*

Antiochena. Antiochiæ Iulianum Apoſtatam Bibliothecam inſtituiſſe, in æde Trajani, author eſt *Suidas* in voce Ἰοβιανός.

Ariſtotelis. Hic, juxta *Strabonem*, primus librorum vim collegit, Speuſippi ſcripta triginta talentis emit; ſed tota Bibliotheca ejus à Ptolemæo emta, Romam poſtea avecta, & contra Regum vim ſub terram defoſſa fuit.

Athenienſium Bibliotheca à Piſiſtrato omnium, primò erecta, à Xerxe in Perſiam aſportatur: ſed curâ poſtea Regis Seleuci relata, Romam per Sullam devehitur. Alia tamen Bibliotheca Athenis ab *Hadriano* legitur extructa.

Auguſto Imperatori tres luxurioſiſsimæ tribuuntur Bibliothecæ, Pompeij Macri, & Meliſſi Grammatici operâ concinnatæ. Bibliotheca *Octavia*, ſororis Octaviæ nomini dicata, Palatina in templo Appollinis, vel ipſo Palatio: & *Aſinia*, ut volunt quidam, in Monte Aventino. Poſt Neronem iſtius tantùm nomen ſupererat, cujus, tanquam adhuc integræ, meminit *Plinius*: Reliquæ duæ Neroniano incendio conflagrarunt.

Auguſta, Principis Auguſti Ducis Brunsvicenſis & Luneburgenſis, in arce Wolfenbutelenſi aſſervata, de qua Celeberrimus *Conringius* ita nuper ſcripſit, ut dignum omnino *auguſtiſſimus* Princeps laborum ſuorum nactus ſit præconem. Mirum eſt, unius ætatis Bibliothecam ea accepiſſe incrementa, ut nata ſimul, & ad ſummam perfectionem perveniſſe videatur. Vix decem luſtrorum labor eſt, qui alios, aliquot, diſpari ſucceſſu, occupavit ſeculis. Ex veteribus aliæ triginta, aliæ ſexaginta duo, aliæ centum viginti, *Attalica* ducenta: omnium locupletiſsima *Alexandrina* vel quadringenta, vel ſexcenta librorum millia numeravit: *Auguſta* verò volumina habet quaſi viceſies octies mille. Ex quibus Codices MSS. ſunt bis mille circiter, Græci, Latini, Hebraici, Arabici, aliarumque Linguarum, & quidem optimæ notæ omnes, complures hactenus typis non excuſi. *Alexandrinam* ſuperat librorum multitudine; *Scoriacenſem* domicilii amplitudine, ſcriptorum copia, commoditate utendi; Manuſcriptorum tantùm nume-

numero inferior. *Mazariniana* quidem quondam ceſsit, ſed vix jam amplius. *Oxonienſis* locupletiſsima, Manuſcriptis eam tantùm vincit, ut & *Vaticana* (quæ Manuſcriptorum copia hodie princeps audit) librorum tamen numero vincitur. Septem admiranda in illa obſervat *Conringius*. 1. Quòd authorem habeat Principem, qui eam & collegerit que diſpoſuerit, & quia eodem ad publica *μελετήματα* ipſe fuerit uſus. 2. Quòd unus ille Princeps, nemine antehac præeunte, & inceperit eam pariter, & ad tantam magnitudinem perduxerit. 3. Ipſa comparandi ratio. Suis omnia ſumtibus comparavit Princeps ex Germania, Gallia, Hiſpania, Britannia, Belgio; facta acceſsione ex tribus locupletiſsimis Bibliothecis *Marquardi Freheri*, *Curionum*, Patris & Filii, & *Ioachimi Clutenii*, quæ demum augendarum & ad numerum perducendarum Bibliothecarum ratio eſt. 4. Ingens numerus. 5. Librorum ſelectus. 6. Accurata eorundem diſpoſitio. 7. Structura domicilii, de quibus prolixè author citatus.

Auguſtana. Ditiſsima eſt, Manuſcriptis, Græcis cumprimis, valde commendata. Catalogus Manuſcriptorum Græcorum prolixus pridem editus eſt; ab Hoeſchelio primùm, poſtea Elia *Ebingero*. Manuſcriptum inter *Muſculi* habeo miſcellanea. Sed ab eo tempore multis numeris habemus abſolutiorem; quem tamen comparatu jam difficilem eſſe, amicus nuper ad me Auguſtà ſcripſit. Vidi Bibliothecam, & magna cum admiratione obſervavi, tanta ibi extare copia Codices MSS. Græcos, ut multis aliis palmam facilè præripiat. Inſignes, habuit Bibliothecarios, Hieronymum V. Volphium, Oetingenſem, præter alios. *Atrebatenſis*. In Cathredrali B. Virginis templo, inſignem MSS. Theologicorum voluminum viſi Bibliothecam, traditur. B. *Baſileenſis*. Poſsidet Academia ſupellectilem ſede illa dignam. Non magno tantùm numero libros ibi videas, cujusvis facultatis (tum ex variis cænobiis collectos, tum ære redemtos, tum à Bibliopolis oblatos, initium liberaliter faciente Ioh: *Oporino*) impreſſos; ſed & Manuſcriptos, Græcos potiſsimùm, ex quibus Codex Evangeliorum antiquus, cui mille alii, alii octingentos aſsignant annos. Habet, in margine ſectiones, quibus Dominicæ notantur lectiones, ſive Dominicalis, Orientali Eccleſiæ jam antiquitus, exemplo Synagogæ, recepta. Ibidem Nili MSS. & *Alcorani* exemplar accuratum; una tantùm & altera pagina manuum, aliáque plura ſemel atque iterum à me obſervata. Incredibile accepit incrementum ex Bibliothecæ *Amerbachiana* acceſsione, quam Ampliſsimus Magiſtratus Academiæ hoc demum anno, imitando liberalitatis exemplo, donavit. Vt enim *Amerbachiana* Bibliotheca, inchoata quondam, ab Eraſmo & Amerbachio, librorum ampliſsimæ meſsis fuit continuatio, ita certum eſt, hoc futurum auctario, ut, librorum copia, Baſileenſis jam Bibliotheca cum multis aliis paria ſit factura.

Bernenſis. Illuſtriſsima Reſpublica Bernenſis magnum egregiæ Bibliothecæ habet apparatum, non ex acquiſitis tantùm, longo tempore, variis authoribus

bus: verùm etiam liberali dono Bibliothecæ *Bongartianæ* tam numero, quàm ſelectu & varietate librorum, Manuſcriptorum etiam, valde commendatur. Nota eſt *Bongartii* eximia eruditio, & magna cum eruditis familiaritas: unde nihil novi protulit ætas, quod non ſuum ſtatim fecerit, ſuſceptis etiam eam in rem itineribus Francofurtenſibus. Ingens ibi MSS. theſaurus, Patrum, Scholaſticorum, Hiſtoricorum, Francicorum præſertim, & eorum qui de bello ſacro, & terra ſancta ſcripſerunt; quin & Biblia MSS. priſco Gallorum idiomate. Ibidem aſſervantur varia in ſuper *Bongartij* ſcripta Theologica, Politica, Hiſtorica. Mantiſſam Hebraicorum MSS. addidit D. *Samuel Hortinus*, antiquarius inſignis, qui & Catalogum contexuit. *Bavarica*; vide *Monachium* & *Ingolſtadium*. Beſſarionis: Vid. Veneta.

Bergomenſis. Splendidam eſſe Bergomi ad Dominicanos ab Alexandro Martinengo Malpaga fundatam, & cum cæteris præclariſsimis Italiæ conferendam Bibliothecam, ex *Leandro* refert *Swert.*

Bononienſes publicæ duæ ſunt, *una* ad Salvatorem, quinquaginta pulpitis, Hebraicis, Græcis, Latiniſque libris inſtructa: *altera* ad Dominicum, major ſed non melior, in qua plurimi Iuriſconſultorum libri.

Budenſis regia erat à Matthia Corvino, Hungariæ Rege, primùm extructa, ſed cùm vix annos ſexaginta floruiſſet, avorum memoria interiit. Capta enim à Turcis urbe, ipſa quoque Bibliotheca fuit direpta, & magna MSS. pars à Duce Auguſto emta. De copia librorum, MSS. cumprimis, Latinorum, Græcorum, Hebraicorum, ſacrorum & profanorum longè maxima, *Alexander Braſsicanus*, conſuli poteſt Præfat. ad Salvianum Maſsil. & ex eo *Conring.* *Vidimus*, inquit, *inter alia, integrum Hyperidem cum locupletiſsimis ſcholijs, librum multis etiam cenſibus redimendum. Vidimus grandem librum Apoſtolicorum Canonum, opus incomparabile. Vidimus Theodoretum Cyrenſem in Pſalterium integrum. Vidimus Chryſoſtomi, Cyrilli, Nazianzeni, Baſilii Magni, Gregorii Nyſſeni, Theophani, Dorothei infinita opera. Vidimus Marcum monachum, cognomento Anachoritam. Omitto Poëtas, Oratores, Philoſophos atque Hiſtoricos, quorum hic immenſam vim inſpicere licuiſſet. Vidimus auctores Græcos innumerabiles, infinitaque in Poëtas ferè omnes commentaria, nemini doctorum, aut paucis omnino antea viſa.*

C. *Cæſareenſis.* Hanc volunt initium ſumſiſſe à Iulio Africano, Philoſopho, Hiſtorico & Theologo, quam poſtea *Pamphilus* & *Euſebius* ita locupletarunt, ut nulla tunc in univerſo terrarum orbe haberetur celebrior. Ibi *Origenis* ſcripta recondebantur; *Hieronymus* etiam in rebus difficilioribus eam conſulere con-

a De Bibl. Aug. pag. 28. 29.

conſueverat. Eam non nihil, ut videtur, collapſam reſtaurare conatus eſt *Euzoius*, Epiſcopus Cæſareenſis.

Capitolina. Domitiano tribuitur in *Capitolio* ſtructa, quæ poſtea, Imperante Commodo, fulmine tacta conflagravit. Atque hanc eandem eſſe cum illa in *Templo Pacis*, vel ex ſolis *Galeni* querelis colligere facilè fuerit.

Conſtantinopolitana. Bibliothecæ Conſtantinopolitanæ notantur & antiquiores & recentiores. Ex *illis* fuit nobilis illa, C. XX. mille librorum receptaculum. *Conſtantino* M. & *Theodoſio* primæ in ea exornanda debentur. Et *hic* quidem Patrum monumenta ſua manu deſcripſiſſe, tantóque colligendi libros ſtudio ferviſſe dicitur, ut ne *Ptolemæo* quidém cederet. Gemino incendio conſumta fuit, *altero* quidem, imperante *Baſiliſco*, altero verò *Leone* Iſauro. De hac Bibliotheca & nos (a) alibi. *Recentiores* Bibliothecæ Arabicæ potiſsimùm ſunt, adeò copioſæ, *ut ex duabus ſingula æſtimentur quatuor auri tonnis.*

Cantabrigienſis. Tot habet Cantabrigia Bibliothecas ſelectiſsimas, quot ſive *Collegia*, ſive *Aulas*: Non impreſsis tantùm Codd. ſed & MSS. celebres. Unde *Ecloga Oxonio-Cantabrigienſis, Thomæ Jameſii*, in duos diſtributa libros, quorum prior continet Catalogum confuſum librorum MSS. poſterior Catalogum eorundem diſtinctum & diſpoſitum, ſecundùm quatuor facultates, addito Indice, quid à quoquo viro ſcriptum ſit, quo tempore, & quot ejuſdem libri exemplaria quibusque in locis habeantur. Ex Bibliothecis autem iſtis Cantabrigienſibus, quælibet ſua habet κειμήλια, duæ tamen excellunt, *Publica* Academiæ, & *Collegii Benedicti*, quam anno hujus ſeculi 4. vidi penè cum ſtupore. Adeò vaſtum & capax conclave, ubi nullis niſi MSS. Codicibus hoſpitium præbetur. Qui ejus mihi tum viſendæ copiam fecerunt, conſtanter aſſeverarûnt, Bibliothecam illam, Illuſtriſsimi *Armachani* & πολυμαθεστάτου *Voſsii* ſuffragio, maximi fieri. Veteris Saxonicæ Linguæ multa ibi documenta obſervavit Celeb. *Wheloccus*, Linguæ illius peritiſsimus. Exemplar ibidem *Virgilii* oſtenditur, quod, niſi fallor, Archiepiſcopi cujuſdam manu ſcriptum tradunt: Ibidem faſciculum vidi Epiſtolarum *Calvini, Zuinglii, Oecolampadii, Carolſtadii, Melanchthonis, Buceri*, à Bucero, dubio procul, relictum. Multæ enim ad ipſum, & uxorem ejus ſcriptæ ibi ſervantur. In tota illa ſupellectili MSS. unicum tantùm Codicem Arabicum inſpicere contigit: plures in *Collegio Iohannis*, ubi primam partem, ab initio Mundi, Hiſtoriæ *Elmacini*, Syriacis exaratam literis inſpexi. Bibliotheca *publica*, quam Buckinghamiæ Dux, occaſione Bibliothecæ *Erpenianæ* diſtractæ, auxit, multos Codices poſsidet Arabicos. Ibidem antiquus Bezæ Codex *Quatuor Evangeliorum* (de quo poſtea) cum Epiſtola cuſtoditur. In *Collegii Trinitatis* Bibliotheca

a *Hiſt. Eccleſ.* Secul. v. pag. 248.

Digitized by Google

tà, eàque inſtructiſsimà, monumenta obſervari Arabica, plura impreſſa, quàm MSS. Prout in Aula *claræ* Hebraicorum major, quàm Arabicorum, deprehenditur numerus. Atque hanc perluſtrandi Bibliothecas Cantabrigienſes facilitatem & facultatem, grata adhuc acceptam fero mente, Celeb. viris. D. *VVheloco*, & D. *Du Port*; *illi* Orientalium, Arabicæ maximè & Perſicæ; *huic* Græcæ literaturæ cultori feliciſsimo. *Complutenſis.* Hæc etiam Bibliotheca in Hiſpania cum Vaticana, Medicea, Oxonienſi &c. multitudine librorum certare dicitur. Nec dubium. Iam enim, tempore Ximenii Cardinalis, magnum ibi bonorum Codicum fuiſſe apparatum, ex præfatione ejus in opus *complutenſe* patet, de quo poſtea in Bibliotheca Theologica particulari.

D. *Domitianus* Bibliothecas, igni Neroniano perditas, reparaſſe, Eum verum; ſed & novam in Capitolio ſtruxiſſe, de qua ſuprà, veriſimile eſt. Videatur *ſyntag. Lipſ.* de Biblioth. c. 7. & *Conring.* Aug. Bibl. pag. 20.

E. *Epaphroditum* Charoneum, Grammaticum, optimorum & ſelectiſsimorum authorum XXX. millia collegiſſe, author eſt *Suidas.*

F. *Farneſianam* auctoribus Græcis abundare, teſtatur *SVVeertius.* *Ferraria* quoque Bibliotheca eſt ditiſsima, antiquis præſertim libris exornata. Præparamentorum quoque novæ Bibliothecæ, idem meminit, colligendæ ex infinito veterum MSS. numero, ſtatuis marmoreis, ſignis, tabulis, ſigillis cereis; nummis aureis, argenteis, æreis, gemmatis, cælatis &c. *Feſſana.* In hac reperiri triginta duo diverſorum librorum millia, alibi diximus. *Florentinæ* Bibliothecæ numerantur ſex. Nempe.

Laurentiana, quæ & *Medicea* dicitur, auſpiciis Coſmi Medices curata, an. Chr. 1571. Hæc eſt celebrata illa Bibliotheca tum aliis nominibus, tum copia Codicum Græcorum MSS. Catalogum, affectum tamen magis, quàm perfectum, jam viginti ab hinc annis dediſſe *Henricum Ernſtium*, virum eruditum & celebrem, ipſi concedunt Florentini. Secundas propterea curas *VVilhelmi Langii, Dani*, prioribus præferunt, cui tamen Orientales duntaxat, Græcòſque recenſere libros, præteritis Latinis, & Italicis, placuit. *Antiquam Mediceam* Catharina magno pretio, quantumvis Coſino contradicente, comparatam, in Galliam tranſportandam impetravit, & per Bibliothecarium ſeorſim, quamdiu vixit, apud ſe habuit. Quam demum *Thuanus* à Creditoribus ejus, pecuniâ Regis redemtam, in Bibliothecam regiam inferendam curavit; *Thuan.* *Secunda* Florentina eſt S. *Marci*, Laurentii Medices, & Nicolai de Nicolis liberalitate ac Teſtamento extructa. *Tertia* Benedicti, cui optimi, etiam nonnulli Græci, tribuuntur libri. *Quarta* tota Latina, ſed magni æſtimata, S. Crucis à Sebaſtiano de Buccellis aucta. *Quinta* in ædibus Archiepiſcopi Florentini, ſed Latinis tantùm conſtat authoribus. *Sexta* Mariæ Novellæ, tota itidem Latina.

G. *Gallica* Gallia bonorum authorum, antiquorum etiam & veriorum, feraciſsima, multas habet Bibliothecas. Notiſsimæ ſunt 1. *Regia*, cujus initium

fecit Rex *Franciſcus* literarum & literatorum amantiſsimus, quæ magnum à Medicea accepit incrementum. Manuſcriptorum ingens ibi copia, ut etiam Auguſtam vincat. 2. *Seguieria*, quæ cum Vaticana, Florentina &c. librorum multitudine confertur. Eodem loco habetur 3. *Thuana* Bibliotheca. 4. Mazariniana, ſtudio *Gabrielis Naudæi* ſtructa & diſpoſita: acceſsione Actorum in Gallia per P. Pithæum, Puteanum, Pereſkium, ~~& alios~~ collectorum locupletata. *Naudæus*, in Querela ſua, refert, volumina illam quadragies mille amplius comprehendere. Multa in ea MSS præter cætera, 150. etiam exterarum provinciarum Civitatúmque mores, leges, conſuetudines: Leges item & fundationes omnium Religioſorum, Collegiorum, Hoſpitalium &c. ut abſolutæ Bibliothecæ Ideam exhibere brevi potuiſſet, niſi, ex Parlamenti decreto, diſtrahi & vili quidem pretio; adeóque minui paulatim, cæpiſſet. *Gemblacenſis* in Brabantia. De qua *Swert.* (a) in Athen. Belg. & *Ortel.* in Itiner. qui Bibliothecam illam *inſignem MSS librorum*, non tamen Græcorum, ſed Latinorum, Commentatorum potiſsimùm & literatorum, vocat. *Sigeberti* Chronicum, quod ibidem compoſuit, religiosè adhuc ſervant. *Gordianus* junior, teſte *Julio Capitolino*, ad cælum fuit latus, *propter Bibliothecam, in qua eſſent ſexaginta duo millia librorum*, cujus tamen ſtructæ laus Q. *Sammonico Sereno* debebatur, à cujus filio cognomine, ad Gordianum dono pervenit. Hanc unam fortè publicam tum factam quidam dabunt.

H. *Hadrianus*. Bibliothecam hic extruxit in templo Trajano; aliam item Athenis. *Illa* alias, nomine Gentilitio, *Vlpia* dicitur. *Trajana* vocata fuit à loco, templo Trajano, in quo erat extructa. Vnde *Gellius*: (b) *Sedentibus fortè nobis in Bibliotheca templi Trajani*. De Athenienſi opere, *Hieron.* in Chronic. Euſeb. (c) *Hadrianus cùm inſignes & plurimas ædes Athenis feciſſet, agonem edidit, Bibliothecámque miri operis extruxit.*

Hieroſolymitana. Iam Nehemiæ tempore initium factum Bibliothecæ, multorum eſt, quæ à vero non abludit, ſententia. Magnam, tempore ſecundæ expugnationis Hieroſolymitanæ, fuiſſe ſupellectilem ibi librariam, author libri הישר obſervat; de quo (d) alibi. Ad *Ezechielis* etiam tumulum Iudæos, Bibliothecam jactare, diximus. (e) *Hiſt. Eccleſ.* Sec. XII. Ex quo tempore inter Europæos, qui Bibliothecarum curam ubique gerunt, vivere apellæ cæperunt, Bibliothecas quoque inſtituerunt hinc inde Amſtelodami jam magnam copiam librorum Hebraicorum vidi anno 1640. hujus ſeculi.

Hilariana. Hilarius Papa, inquit Onuph. Panvin. *Primus, quod legerim, duas Bibliothecas Romæ juxta fontem Laterani ædificavit, in*

a P.53. b Lib. c. 27. c Olymp. 227. d Comp. Theol. Iud. p. 154. e p. 159.

Digitized by Google

in quibus Eccleſia Romana ſcripta, & Epiſtolas Decretales Romanorum Pontificium, Conciliorum actiones, Hæreticorum palinodias & hæreſes, ſanctorúmque Patrum libros publico uſui Chriſtianorum conſervaret: cùm eo tempore libri ob paucitatem, & librariorum raritatem, difficile admodum invenirentur.

I. Ingolſtadienſis. Hujus Bibliothecæ Catalogum, an Chr. 1599. publicavit *Chriſt. Ferg.* perpetuum, ut appellat, & Alphabeticum, omnium librorum, ſecundùm quatuor facultates in 25. Claſſes tributum. MSS. Græcis Auguſtæ etiam palmam fortè præfert; uſû tamen ejus Reformati interdicuntur.

Julia. de hac Cel. *Conring.* (a) *Julius Dux, ut animo regio hanc noſtram Juliam condiderat, ita & Bibliothecam, quæ nepotis Friderici Ulrici Ducis beneficio, ceſſit denique noſtræ huic Academiæ, ſibi ſtruere incepiſſet, eo tamen ſucceſſu, ut quod de Cæſare Julio & Auguſto in Doctorum monumentis legimus, meritò dicendum de noſtris veniat, Julium Bibliothecam deſtinâſſe, Auguſtum perfeciſſe.* Præter alia antiquiſsima, aliquot Homilias Chryſoſtomi habet, & Epiſtolas Leon. III. ad Carol. M. quas primùm imprimi curavit *Conringius.*

L. *Lateranenſis.* Sic Pontificia vocatur, à Laterano, quod Pontifices, per annos ferè 1000 incoluerunt. Tranſlata poſtea fuit Avenionem, ibique per annos fermè 120. retenta. Sublato verò ſchiſmate, Romam rediit, & in *Vaticano* collocata fuit. *Laurentiana* gemina; eſt, altera in *Italia* Medicea; altera in *Hiſpania*, de qua vid Bibl. *Scoriacenſis Leidenſis.* Et hæc tum multitudine librorum certat cum aliis, tum facem præfert MSS. Latinis, Græcis, & Orientalibus, illis per Vulcanium, *bis* vel per Scaligerum legatis, vel Celeb. Golium in Oriente comparatis. Quorum omnium locupletiſsimus extat Catalogus. Vnde & *SVVeert.* fatetur, *quòd, etſi nova, non ſit contemnenda.* Magni aliquando Heinſii beneficio ex legato Scaligeriano copiam obtinui *Chronici Samaritani*, cujus non Epitome tantùm tranſlata; ſed & compendium Theologiæ Samariticæ ex eodem deductum, à me prodiit. Ex ſupellectili verò MSS. Orientali per D. Golium conquiſita, *Pentateucho Samaritano* potiſsimùm uſus ſum, *More Hannevochim*, Arabico quidem; ſed Hebraicis literis exarato, & aliis quibusdam, quorum nomina expreſsi in (b) *Exercit. Anti. Morin.*

Londinenſes. Londini aliquot ſunt magni nominis Bibliothecæ.

I. *Regia*, quæ, à loco, *VVeſtmonaſterienſis* appellari ſolet, pari paſſu cum ampliſſimis per Europam ambulat Bibliothecis. Vidi eam, *Patritii Iunii*, Bibliothe-

a Bibl. Aug pag 96 b Poſt dedicat.

carii Regii ſingulari favore, qui & antiquum Codicem Græcum LXX. viralem; de quo poſtea; mihi oſtendit. Regum ibi, Eduardi VI. Eliſabethæ, Iacobi I varia ſunt ſcripta, ſtyli exercitia, libri uſuales. Eam à ruina nuper præſervâſſe D Duræum, ipſe alicubi monet 2. *Carmelitarum* Londinenſium in pretio aliquando erat habita. De qua *SVVeert. Bibliotheca Carmelitarum Londinenſium (tota jam prohdolor! periit) multitudine & antiquitate ſuperavit omnes, quotquot erant Londini. Tot in ea erant nobilium auctorum volumina, majuſculis Romanis ſcripta, ut circa an. Chr. 1420. ad minimum decem aureorum millibus æſtimaretur.* 3. Feciſſe etiam *Eccleſiam Belgicam* initium Bibliothecæ, cùm ibi eſſem, obſervavi. *Lovanienſis.* Lovanienſem Ieſuitarum Bibliothecam, ex Lævini Torrentii, Caroli Langii, Franciſci Crane Veldii, Iuſti Lipſi libris, MSS. Græcis & Latinis collectam, valde commendant.

M. *Manutiana.* Aldus Manutius junior, fortuna vix mediocri, paulatim tamen eam comparavit ſupellectilem, ut octoginta millia librorum Piſanæ Academiæ legarit. *Maroccana.* Bibliothecam Regis Maroccani Arabicam, conſtantem ſeptem mille & octingentis libris, in Hiſpaniam improbè avectam, & in Regis Bibliothecam translatam, ex *Erpenio* alibi (a) monuimus. Vnus vel alter in Erpenii venit manus; quos, cum Epiſtola, Regi remiſit. Adeò verò Regi Arabicæ hominis Chriſtiani deliciæ, in literis exhibitæ, placuerunt, ut Secretarium ſuum ad ſe vocatum non leviter perſtrinxerit, quòd cum homine Europæo, & qui vernaculam Linguam Arabicam non haberet, paria facere vix poſſet. Reſcripſit Rex Erpenio, & pro remiſſo libro actis gratiis, omne benevolentiæ ſtudium ei obtulit. Sed plura de hac Bibliotheca infra in *Scorlacenſi.* *Mediolanenſis*, quæ & *Ambroſiana*, Cardinalis Borromæi cura multùm, præſertim ex naufragi *Vincentii Pinelli* reliquiis, fuit aucta. Sed &, ex ipſa Græcia, Syria & Arabia, non paucos acceſſiſſe Codices MSS. certum eſt. Et Arabicorum quidem copiam, editio commendat Theſauri Arabici *Anthonii Giggei*, ex cujus præfatione quædam mutuare placet. *Hinc (ita Giggæus) admirabilis moles Bibliotheca Ambroſiana ad publicam utilitatem ab illo erecta, tanto librorum apparatu, tantòque ſplendore & cultu, ut, cùm multis aliis celeberrimis ſuperior ſit, nulli vel ampliſſima aliqua in re ſit impar. Sed cùm videret ſapientiſſimus Cardinalis Orientalium litteris colendis multum emolumenti Eccleſiæ univerſæ conferri poſſe, cùm ad fidem Catholicam propagandam, hæreſéſque Orientalium confutandas, tum ad libros Græcorum ſapientiâ inſignes, Arabum doctrinâ*

a Analect. pag. 236.

Digitized by Google

doctrinâ commendatos, Perſarum lepore gratiſſimos Latinè reddendos, nihil non egit, ut Lingua, Græca, Hebræa, Syro-chaldæa, Arabica, Perſica, Armena ſub Mediolanenſi Cælo, in Collegii Ambroſiani ſtabili domicilio, ac domeſtica, non in diverſorio eſſent. Incredibile eſt, quàm immenſi ſumptus faciendi fuerint adducendis ex ipſo Oriente linguarum præceptoribus: quot moleſtiæ perferendæ barbarorum ingeniis tractandis, quot difficultates obeundæ vel librorum ex Oriente advehendorum, vel ea comparandi, quibus hæ linguæ familiares factæ, aliorum uſibus deſervirent. Sed vicit omnia Magnus Cardinalis, ſibique ſæpius gaviſus eſt, cùm votorum compos jam nihil arcani in exterorum libris haberet; ac liberè frui poſſet lingua gentium remotiſſimarum, & ſapientia. Gratulatus eſt etiam cæteris; quibus externa hæc placerent, cum illis ſuo ære, & operâ, hæc univerſa communia facturus eſſet. Vaticanæ, Oxonienſi, VVeſtmonaſterienſi multitudine librorum par habetur. *Monachienſis.* De hac jam ſuperiori ſeculo quidam (a) ſcripſit: *Bibliothecam illam undecim circiter millium voluminibus conſtare, quorum non exigua pars diverſarum Linguarum MSS. ſint.* Et quidem, ut (b) *SVVeert.* obſervat, MSS. ibi Hebraica, Chaldaica, Arabica, Græca & Latina.

N. *Neapolitanarum* Bibliothecarum aliquot meminerunt authores. *Primaria* eſt Dominici, quæ Iohannis Ioviani Pontani non pauca poſsidet monumenta, ab Eugenia filia donata. Reliquas (ad *S. Catharinam Carmelitarum*, ad S. Mariam, ad *S. Petrum* Martyrem, ad *S. Mariam* Oliveti, ad *S. Iohannis* Carbonarii, ubi integra adhuc Cardin. Seripandi Bibliotheca eſt,) vel nominâſſe ſatis eſt. *Norimbergenſis etiam* Reſpublica inſtructam habet Bibliothecam. Vidi eam anno hujus ſeculi 57. Extant in ea MSS. Latina potiſsimùm & Græca. Ex *illis*, præter cætera, obſervavi tractatum contra VValdenſes, qui Miſſam aperti Simoniæ criminis accuſabant; ex *bis ἐκλογὰς* Evangelicas, hebdomodario curſu definitas.

O. *Oſymanduæ*; de hoc ſuprà in Biblioth. Ægyptiacis. *Oxonienſis*, de qua jam anno 1628. in Athen. (c) Belgic. pag. 51. *Quid dicam de Bibliotheca publica, quam inſtituit in Academia Oxonienſi Thomas Bodlejus, Eques Auratus? Hujus Catalogum evulgavit Thomas James, ibidem*

a. Adrianus Romanus in parvo *Theat. Urb.* b Athen. Belg. pag. 50.
c. SVVeert. pag. 52.

ibidem Bibliothecarius. Quaſi fuerit ex Conditoris præſcripto bene adminiſtrata & gubernata, omnium totius orbis Bibliothecarum luminibus facile obſtruxerit. Iam quid dicturus eſſet, ubi alterum tantum, ſi non numero, pretio ſaltem, acceſsiſſe videtur? Augmento cumprimis gemino, altero Græcorum Codicum à *Franciſci Barocii*, Veneti, hæredibus per *Arundellium*, Pembrochiæ Comitem (prout tota, quanta quanta eſt, ex donariis coaluit) redemtorum; *altero*, mille trecentorum ex omni Oriente conquiſitorum, *Guilelmi Laudi* liberalitate; operam haud ſegniter conferente Kenelmo Digbæo, Viro in omni literatura verſatiſsimo, & Orientalis amantiſsimo. Hanc quidem Orientis gazam non inſpexi modò, ſed & non pauca, quæ ab homine itinere occupato obſervari poterant, in uſum inde meum excerpſi. Mirari facilius eſt, quàm credere, in Europa tot conſpici omnium Linguarum Orientalium Codices MSS. quot vix impreſsi antehac obtineri poterant. Pembrochianam, ſuo quoque judicio non ſolùm Illuſt. *Armachanus* commendavit; ſed & Celeb *Conringius* non illibenter Auguſtam cæteroquin auguſtiſsimam, ei cedere, concedit. Hanc Bibliothecam jam inde ab an. Chr. 1450. aut præter propter, per Eduardum ſtrui cœpiſſe, ex *Richardo de Buri* monet *Goldaſtus*, quam poſtea, temporis vetuſtate collapſam, inſtituiſſe potiùs, quàm reſtituiſſe *Thomam Bodlejum*, Iameſius refert, in ſua Ecloga Oxonio-Cantabrigienſi, ubi & reliquas Collegiorum & Aularum Oxonienſium Bibliothecas MSS. enarrat: *Bodlejanam* verò, ob librorum copiam, ſeparatim exhibet.

P. *Palatina*: vulgò *Heidelbergenſis*. Huic primas libenter detulerunt, quotquot ſcripſerunt de Bibliothecis. (a) *SVVeert.* ex Lips. *Palatina Heidelberga multis MSS. Hebraicis, Græcis, Latiniſque* (adde Arabicis) *libris inſtructiſſima, dedicata primùm ab Ottone Henrico Electore, aucta verò egregiè ſub Friderico IV. Archidapifero, liberalitate Ulrici Fuggeri, adeò ut facilè MSS. & quidem potiſſima ſui parte authenticis, omnem provocet Europam.* Quæ etiam verba ſunt ipſiſsima *Iani Gruteri*, qui poſt *Paulum Meliſſum*, multis annis præfuit Bibliothecæ l. 2. Chronic. Chronicor. Palat. ſub I. *Gualtherii* nomine. Nec aliter de ea vel *Scaliger* vel *Conringius*. Et hic quidem (b) de *Bibl. Aug. Palatina Heidelberga ante ferale nuperum bellum ſumma floruit celebritate, & MSS. cùm multitudine, tum bonitate omnem antehac Europam provocavit: noſtrâ memoriâ huc illuc direpta, meliore verò ſui parte, æterno Germaniæ damno, per vim Romam avecta, curante, à Pontifice in id miſſo,*

a Athen. Belg. pag 150. b P. 26. & 72.

miſſo, Leone Allatio (nec verò ſilebimus viri nomen, cùm hinc etiam laudem captet) in Vaticanam tranſiit. Pauci quidem relicti ſunt Heidelbergæ Codices impreſſi, *Ottonis* nomine adhuc notati; ex MSſ. Arabicis, duo, quod ſciam, in Reformatorum ſuper ſunt manibus, *Elmacini* Hiſtoria Saracenica, & *Gazalis*, Medicus, quorum illius apographum habemus ἀνέκδοτον, Latinè verò translatum Hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ (a) inſeruimus, *bujus* alibi (b) meminimus. Habet tamen *Academia* Bibliothecam jam non contemnendam ex *Pareana*, *Freberiana*, *veteri* item inſtauratam; novasque non ita pridem *Sereniſſimi Electoris* liberalitate ditatam, quin & ipſe *Princeps*, Elector, ut literarum & literatorum Mæcenas eſt liberaliſsimus, ita eam augendæ rei liberariæ privatæ impendit curam, ut, quod numero Bibliothecæ jam ejus deeſſe videatur, ſelectus facilè compenſet. Habet Bibliotheca Academica MSſ. adhuc quædam, Latina quorum nonnulla citavimus in *Colleg. noſtro Sapient.*

Pariſienſis: Franciſcus I. Galliæ Rex, non minus literis quàm armis clarus, Pariſiis apud S. Victorem, & in arce Fontanablia Bibliothecas inſtituit, quas conquiſitis undique ex media Græcia & Arabia libris illuſtravit & Guil. Poſtellum ſuis ſumtibus diu eam ob rem in Oriente aluit. *Theat. Zuing.* Vol. I. lib. 4. p. 109. De utraque Regia Franciſci I. & Catharinæ Mediceæ, Bibliotheca, ſuprà quædam diximus.

Patavina: Patavium Bibliothecarum nomine celebre eſſe, ex Catalogo Codicum MSS. Bibliothecarum tam privatarum, quàm publicarum, quem anno hujus ſeculi 39. edidit Iacobus Philippus Thomaſinus, abundè patet.

Papienſis. De hac *SVVeert. Papienſis ſive Ticinenſis non contemnenda extructa à Johanne Galeatio, Vice Comite doctiſſimo, & literarum amantiſſimo, qui cujuscunque ſcientiæ Doctoribus annua ſalaria ſtatuit, obiit an. Chr. 1402. Pergamena.* Pergamena Attalicorum Regum Bibliotheca, fama olim & dignitate Alexandrinæ æmula, Authores habuit uno plures. Ad hujus collectionem violenter interdum abreptos libros, haud obſcure colligere eſt ex iis, quæ narrat *Strabo* lib. 13. de Ariſtotelis Bibliotheca, poſtquam illa per Neleum fuit Scepſin translata: ſub terram ſcil. defoſſam, ne in Regum, libros undique conquirentium, manus incideret. Nam & hæc in *Cleopatræ* gratiam, juſſu M. Antonii Triumviri, per vim Alexandriam deducta eſt: teſte Plutarcho, in vitâ illius Antonii. Habebat ducenta millia *Βιβλίων ἁπλῶν, ſingularium librorum.*

Perſica Bibliothecæ. De his conſulatur noſtra Bibl. & pag. 329. *Archaeol. Orient.* pag. 135.

Pincelli. Celeberrimæ quondam famæ & extra ferè comparationem locuples-

a Secul. XII. p. 201. b Faſcicul. Diſput. Heidelb. p. 130.

ples Bibliotheca fuit *Iohannis Vincentii Pinelli*, Patritii Genuenſis, Patavii defun-ſti, viri ad ingenium & mores Pomponii Attici nati pariter ac compoſiti, quam per annos 40. magno labore collegit. Hanc Venetijs devehendam curave-runt amici, ut inde mari Neapolim impendio minori appelleret, placuitque in tria navigia capſas conjici. Navium altera cum 33. capſarum ſarcina in Tur-cas piratas incidit, qui, prædæ inhiantes, cùm chartas & libros inveniſſent, gau-dio in iracundiam verſo inutiles ſibi merces in mare projecerunt, ſuperſtite reli-cta parte perexigua, quæ in Ambroſiana Bibliotheca, Friderici Borromæi libe-beralitate Mediolani nunc conquieſcit.

Piſiſtratus. Piſiſtrati Tyranni Bibliotheca, omnium prima in Græcia habita, à Xerxe in Perſiam avehitur: inde denuo à Seleuco Nicanore Athenas, & po-ſtea, ut veriſimile eſt, per Sullam, qui omnes Bibliothecas Athenienſes avexit, Romam fuit tranſportata.

Piſana. Vide Manutianam.

R. *Ranzoviana*. Henricus Ranzovius, Ioan F. Friderici II. Regis Daniæ conſiliarius, ampliſsimam habuit Bibliothecam tam Græcorum, quàm Lati-norum authorum.

Rhodiana. Rhodianam quoque inſignem fuiſſe Bibliothecam, ex eo patet, quòd *Athenæus* refert, Ptolomæum Philadelphum in Bibliothecam ſuam multos libros ab Athenienſibus & Rhodiis accepiſſe.

Romana. Præter *Vaticanam*, de qua poſtea, aliæ etiam celebrantur Biblio-thecæ Romanæ, Collegii Canonicorum, S. Petri in Vaticano, Cardinalis Sirleti, ſcriptis Græcis referta; quæ poſtea Bibliotheca 20000. aureorum æſtimata, Cardinali Columnæ ceſsit.

S. *Sadducæorum*, vel Karæorum potius Bibliothecas in Polonia &c. oſten-dunt ſcripta illa, alibi à nobis commemorata, pleniùs; Σ. Θ. in Bibliotheca Philologica commemoranda.

Scoriacenſis. Eſt hæc Regia Hiſpaniæ Bibliotheca, quam Philippus II. in-cepit, duo inſignia ex Græcia & Africa habuit incrementa. De *priori* Franciſcus [a] Schottus: *Regiam Bibliothecam quæ in Carpetanis eſt ad D. Lau-rentium, Didacus Hurtadus Mendoza, Cæſaris olim apud Venetos Legatus, acceptâ è media Græcia Græcorum librorum plena navi, mi-rificè ornavit.* De hac Erpenius [b] ſcribit; *Regis Maroccani Bibliothe-cam Arabicam, conſtantem ſeptem mille & octingentis libris in Hi-ſpaniam improbè avectam, & in Regis Bibliothecam translatam eſſe.* Domicilium *in ſuperiore parte præcipui introitus monaſterii eſt, cui nec Italia, nec Gallia, nec Britannia par habet quicquam; tri-*

bus

[a] Itiner. Ital. l. 2. c. 10. [b] Orat. 2. de Ling. Arab.

Digitized by Google

bus diſtinguitur conclavibus, in quorum primario omnes depictæ videntur facultates: ad pedes autem cujusvis picturæ ejus facultatis libri omnes concinno ordine collocati ſunt, omnes inaurati ejuſdemque compacturæ. Ibidem ingens etiam poſitus eſt liber totus membraneus, in quo omnis generis animantia, quæ in universo terrarum orbe uſquam conſpecta ſunt, ad vivum ſuis coloribus adumbrata conſpiciuntur. Alterum conclave meros continet manuſcriptos libros, Latinorum, Græcorum & Hebraicorum Theologorum, quibus ſingulis authorum ſuorum imagines præpoſitæ ſunt. Similiter & tertium ſolis manuſcriptis refertum eſt, variorum authorum ac facultatum: putà Hiſtoricorum, Poëtarum, artificum, variarum etiam linguarum. Quibus ſimiliter & ſui authores, quantum fieri potuit, ad vivum depicti, adjuncti. Ita *Quadus* [a] in enarrat. Geograph. MSS. Arabicorum catalogum anneximus Biblioth. noſtræ Orientali. Mediceæ & Regiæ Gallorum prælata jam fuit, antequam de ſpoliis Africanis quicquam conſtaret. *Libros ſervat Græcos præſertim MSS. præcipuæ pleroſque vetuſtatis, qui ex omnibus Europæ partibus* ad famam novi operis *magno numero confluxerunt*; ſcribit Iohannes *Mariana* Ieſuita *Serenum*. De Bibliotheca Sereni, quam Imperatori Gordiano juniori reliquit. Vide ſupra. *Thuanica*. Iacobus Thuanus, Senatus Pariſienſis Præſes 40. & amplius annorum Bibliothecam omnium diſciplinarum authoribus, tam MSS. quàm excuſis, refertiſsimam, bono publico deſtinatam reliquit, eámque diſsipari vetuit, tam filiorum, quàm exterorum etiam uſibus inſervituram.

Tigurina. Habet & Eccleſia, & Civitas quoque Tigurina ſuas Bibliothecas; & *illa* quidem cum ipſo propemodum Collegio Carolino initium ſumſit; *hæc* paucis ab hinc annis inchoata, iis crevit augmentis, ut nec ſitu loci, qui Peninſula eſt, nec librorum varietate, nec numiſmatum copia iis cedat, quæ durationis & annorum non præcedunt prærogativa. Extat in illam egregium magni *Venatoris* Carmen, quod *Lexico* noſtro *Harmonico*, Bibliothecariis dedicato, præfixi. Habet bonos aliquot ſcriptores, Hiſtoricos præſertim MSS. qui alibi non facile occurrunt; prout *Carolina* Bibliotheca Reformatorum *Zuinglii*, *Bullingeri*, *Bibliandri*, *Pellicani* &c. monumenta plurima poſsidet ſive αὐτόγραφα, ſive ἀπόγραφα, multa ἀνέκδοτα, quibus numerum voluminum reſarcit. Ex hac, P. IV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Acta Cardinalis *Andreæ*, Archiepiſcopi Craynenſis primùm vulgavi. Theſaurus comprimis auro contrà charior eſt utrumque, tum *Collegii*, Carolini, tum

[a] Lib. 7.

Eccleſiæ Cathedralis archivum. *Illud* antiquiſsimis Imperatorum, Regum, Pontificum, Cardinalium &c. privilegiis, immunitatibus; *hoc* Reformatorum, & per univerſum ferè orbem celebriorum Doctorum actis & geſtis αὐτογράφοις, Venerandi primùm *Breitingeri* noſtri curâ & induſtriâ tentatum, feliciter poſtea continuatum, copioſiſsimum.

Tunetana. Fuit in arce Tunetana Bibliotheca eximia, de qua *Paul. Jovius:* [a] *In ea arcis direptione tria incomparabilis jacturæ detrimenta Muleaſſes* (cui regnum Carolus V. reſtituit) *deploravit. Arabicorum voluminum inprimis, quæ conturbata atque directa Bibliotheca perierunt. Aſſervabantur enim antiquiſsimi codices, non diſciplinarum modò omnium præcepta, ſed ſuperiorum etiam regum res geſtas, & Muhametanæ ſuperſtitionis interpretationem continentes: quos Rex ipſe poſtea, me audiente, ſe unius urbis pretio, ſi fieri poſſit, avidè redemturum diſſerebat.* Hujus expeditionis pariter & Bibliothecæ monumentum adhuc eſt penes Generoſos à *Konigſeck*, quod Marquardus (de quo [b] *Pantal.*) ſecum attulit. Eſtque pars ſeptima *Alkorani*, uncialibus ſcripta literis. Apographum ejus in mea quoque Bibliotheca Orientali habeo. Ex Synagoga Hipponenſi etiam Mſc. eadem occaſione Lovanium pervenit, quod in Bibliotheca jam ſua Celeb. *Plempius*, ut poſtea audiemus, oſtendit.

Tungerloana in Brabantia Bibliotheca non ſolùm Belgis, ſed etiam exteris admirationi dicitur, Latinis & Græcis Codicibus dives, juxta verſus, qui ibidem viſuntur:

Sive Latina cupis, ſeu Græca revolvere, fonte
Hæc velut è largo Bibliotheca dabit.

Tiburtina. De hac in Herculis templo Tiburæ fortaſsis ab Adriano Imperatore inſtructa, Vid. *Agell.* lib. 9. Noct. Attic. c. 14. & lib. 19. c. 5.

Tiberius. Statim hic poſt Auguſtum in ipſo Palatio etiam Bibliothecam poſuit, ea parte, qua viam ſacram ſpectat.

V. *Vaticana.* Ex Laterano in Vaticanum, ut paratior eſſet ad uſus Pontificios, tranſlata, non ut *Angelus Roccha* nugatur, Petrum habuit fundatorem, ſed recentiores Pontifices: Certè nullo teſtimonio aut indicio fit probabile, Romanos Pontifices ante *Nicolaum* V. Bibliothecarum magnam geſsiſſe curam. Et quanquam alii ei augmentum tantùm tribuunt; diſertè tamen ſcribit *Volaterranus*, de [c] Nicolao V. quòd *Bibliothecam Vaticanam inſtituit, miſſis quaquaverſus doctis viris comparandorum librorum gratia. Primum*

[a] Lib. 34. [b] De Viris illuſt. P. III, pag. 322. [c] Lib. 22.

mus noſtri ſeculi literas penè extinctas excitavit, præmiis omnibus hominibus virtute præditis invitatis. Sed mox iterum ita omnia fuere confuſa, ut Sixto IV. de ordinario & perpetuo Bibliothecario circa an. Ch. 1475. cogitandum fuerit. Primus erat *Bartholomæus Platina*, bullâ plumbeâ inſtitutus. De hoc ſtudio [a] Onuphrius: *Bibliothecam Palatinam in Vaticano, toto terrarum orbe celebrem, Palatino præfecto, adductiſq; ex omni Europa libris contraxit, certóſque proventus, unde cuſtodes & librarij, Græci, Latini & Hebraici, menſtrua ſalaria, quibus ali poſſent, haberent, libríque emerentur, aſſignavit.* Multorum igitur Pontificum opus eſt, neque tamen ita abſolutum, ut vel Scaligero, vel aliis ſe librorum raritate antehac ſatis commendaret. Certum eſt, multa alibi, in Vaticana non extare, ea etiam, quæ haberi Eccleſiæ Romanæ intererat. Exempla habet [b] *Conring*. Numero tamen MSſc. excedere omnes videtur. Iam ſuo tempore *Onuphrius* retulit, *ſuperare ejus MSS. numerum ſex millium*; crevit ab inde plurimùm Bibliotheca illa tum aliunde, tum maximè ex ſpoliis Germaniæ *Palatinis*, adeò ut jam, MSS. quidem nomine, omnium fortè ſit citra controverſiam princeps. Multa ab *Holſtenio*, nupero Bibliothecario, affecta eſſe, & ex Palatinis MSS. eruta, luci exponenda, ex amicorum relatione habemus. Quid verò poſt fata ejus futurum ſit, & quid à ſucceſſore, Allatio fuerit expectandum, dies dabit. Nos nondum τὸν λέοντα ἐξ ὀνύχων. Plura de hac Bibliotheca *Conringius, Sweertius*, [c] *Franciſcus Schottus*, Antverpienſis. De ornatû, picturis, parietum inſcriptionibus Sixti V. integro opere agit *Angelus Roccha*. *Veneta.* Bibliotheca Veneta, donum eſt Beſſarionis Cardinalis; cujus hac de re ad Senatum Venetum Epiſtola reperitur in operis, quo libro multorum Principum publicatæ ſunt, l. 1. Epiſt. 2. Publica hæc eſt, ad S. Marci, in foro; ſtudio & opera Franciſci Petrarchæ inchoata, à Beſſarione poſtea dite ſuppellectile, quæ 30. aureorum millibus æſtimabatur, locupletata, cujus tamen exemplo alii etiam fuerunt provocati Cardinales, Hieronymus Aleander & Grimanus. Sed & plures magni pretii in ea viſuntur urbe Bibliothecæ publicæ, *S. Johannis & Pauli, S. Stephani, Franciſci, Servorum Mariæ, Georgii Majoris, Dominici, Anthonii.* Privatæ verò, Iacobi Contareni, quæ præclariſsima, Danielis Barbari, Iohannis Delphini, Mocenigorum, Ludovici Balbi, Auguſtini Amadæi & aliorum.

Viconienſis. Abbatia eſt, Valentinianis adjacens, in qua Eccleſia & Bibliotheca ſtupenda. Alexander *Farneſius* illam aliquando luſtrans, affirmavit, nihil in Italia ſimile à ſe viſum.

Viennenſis. Scriptorum potiſsimùm Græcorum copia excellit; magnúmque ſui apparatum debet *Iohanni Sambuco*, Medico & Hiſtorico Cæſareo.

D 2 *Vltra-*

[a] In vita Sixti IV. [b] Bibl. Aug. pag. 120. [c] In admirand. Vrb. Rom.

Vltrajectina. Hanc tum librorum copia, tum Orientalium etiam commendant Codices MSS.

Vrbinenſis. Vrbinum Bibliotheca ornat inſignis. Librorum alii panno aureo, atque ſerico villoſo obducti ſunt; olim omnes auro argentôque ornati; ſed ab Alexandro VI. omnibus ornamentis ſpoliata illa fuit atque translata. Eam poſtea Iulius II. reſtituit. Multæ in ea Græcorum auctorum ſunt translationes, quæ lucem hactenus non aſpexerunt. Plures quidem tum alibi; tum præſertim per Europam, quæ his mercibus abundat, extant, Bibliothecæ. Vix Eccleſia eſt, Academia, aut Gymnaſium, quod hîc velit relinqui. Adeò ut facilius ferè ſit eas numerare, quæ non habeant, vel aliquem ſaltem, apparatum librarium, quàm quæ habeant: Nobis tamen hac vice celebriores notâſſe ſuffecerit. Magnæ eſſet operæ pretium, ſi omnia, quæ in Europa ſunt ἔξοχα ἄλλων, Librorum domicilia, per *Indices* ſive Catalogos editos, magis eſſent nota. Cur verò fieri illud ubique non poſsit, judicioſè, ut ſolet, expoſuit [a] *Conringius.* Sunt tamen Catalogi non pauci, eruditorum ſubſidio & emolumento conſcripti, quorum alii Bibliothecas ſiſtunt *comparatas* jam, alij demum *comparandas.* Illi iterum vel *univerſales* ſunt, vel *particulares.* Ad *illorum* ordinem pertinent Catalogi Bibliothecæ. 1. *Auguſta VVolffenbutelenſis*, qui diligenter quidem eſt conſcriptus, ſed ob copiam librorum, edi ægrè poſſet. De incredibili magni Principis in pertexenda Catalogi tela, (ipſe enim ſua manu aliquot volumina conſcripſit) *Sereniſſ. Eliſabetha* [b] *Palatina*, aliquando ad me ſcripſit: Sed & ejus artificium *Conringius* mirè, & maximo quidem [c] commendat merito. 2. *Auguſtana*, cujus locupletiſsimus Catalogus aliquoties eſt impreſſus, in folio. 3. *Bongartiana* Bernenſis, abſolutum conſcripſit Catalogum D. *Hortinus*, cujus apographum habeo. 4. *Bavarica Ingolſtadienſis*, Catalogum perpetuum inter primos dedit Chriſt. Ferg. 5. *Cantabrigienſis* MSS. recenſuit & edidit *Thomas Iameſius* in ſua Ecloga. 6. In *Florentina* Medicea laborârunt *Henricus Ernſtius*, & poſt eum *Langius*, de quibus ſupra. 7. *Leidenſis* quadruplex Catalogus prodiit, Bibliothecæ publicæ, legati Scaligeriani, Vulcanii, & Golianæ Orientalis. 8. Cujusmodi fuerit Vaticanæ Bibliothecæ Catalogus, ſuperſtite adhuc Scaligero, ex ipſius, ad *Ianum Gruterum* data Epiſtola experiri lubet: *Quod in alteris literis à me Indicem Bibliotheca Vaticana exigis, ſcito, illo me ad tres horas tantum uſum: in quo ego nihil prorſus reperi, quam vulgaria omnia: præter tres aut quatuor Mathematicos, quos in Bibliotheca veſtra & Regia extare ſcio. Reliqua ejuſmodi ſunt, ut te ignorare ea præſtet, quàm unius horæ jacturam in illis legendis facere.* Græcorum MSS.

[a] Bibl. Auguſt. pag. 36. 37. [b] Anno hujus ſeculi 58. d. 24. Auguſt. [c] Biblioth. Aug. pag. 40. 41.

Digitized by Google

MSS. apparatum exhibuit *Poſſevinus*, quem etiam infra expectationem eſſe, non diffitetur [a] *Conringius*. Multis tamen conſtare Tomis Indicem Vaticanum, indicat *Leo* [b] *Allatius*. *Continuavit* (loquitur de *Alexandro Reynoldo*, quem Clemens IIX. Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtodem conſtituit) *indicem librorum Latinorum, qui calamo exarati aſſervantur in Bibliotheca Vaticana, addiditque Indici ſextum & ſeptimum Tomum, cum quinque priores confecti eſſent à Dominico ejus fratre, dicta Bibliotheca cuſtode. Confecit idem Indicem librorum Latinorum MSS. qui ex ſpoliis Electoris & Heidelberga in Vaticanam Bibliothecam anno. 1623. advecti ſunt, congeſſitque in eos varias obſervationes & notas.* 9. *Oxonienſem* veterem à *Thoma Jameſio* habemus, de nova, Orientali comprimis, nihil adhuc, poſt repetita ad amicos vota, obtinere potuimus. Titulos ab interitu antehac vindicavi ſive *Seldeni*, ſive alterius, vel etiam duorum (quod omnino exiſtimo) in ipſa Syria ſcriptorum, manu, librorum quorundam Orientalium, in Anglia aliquandiu retentorum, poſtea verò in Belgium ab Archiepiſcopo, *Laudo*, cujus incredibilis in hoc ſtudium erat amor, eo tempore, quo Leidæ fui, remiſſorum. Attexam pauca illa nomina, tum ut pateat, non cujuslibet eſſe conſcribere Catalogos Orientales, tum etiam, ut ne hæc pereat nomenclatura. 1. Aſtrologia Achmedis ben Almahdi. 2. De præſtantia Rhetorices ſive Eloquentiæ. 3. *Alchiſchaph*, ſeu Revelatio, Comment. in Alkoranum. 4. Liber *Menakib*, &c. Hiſtoricus de Gelaldin, aliisque Perſidis Principibus. 5. Syntagma Poëmatum Mahumedis Albeki. 6. Sigilla aliquot veterum, verborum & linearum ductibus ſuperſtitioſis inſignita. 7. De geſtis & dictis aliquot Muhammedis & Succeſſorum. 8. Liber *Norkad* dictus; de oculo & rebus opticis agit. 9. Aſtronomiæ compendium, Authore Ali Elracham Mahumet, ben Ahmed. 10. Sylloge Poëtarum veterum, Authore Abu Alphatech Muhamed, ben Abdalla. 12. Collectanea τῦ Pharzadiæ. 13. Arithmetices & Aſtronomiæ compendium Perſicè. 14 Tractatuli viginti Avicennæ, Muhamedis ben Abdalrachim, aliorum, de rebus Phyſicis. 15. Arithmetica Alexandri ſeu Scander, explicata per Sultanum Solimannum. 16. De rebus Aſtronomicis Perſicè, Authore Ali Phaſil. 17. Compendium de re Poëtica, Authore Marſuenſi. 18. Hiſtoria de Mahumede, & Chaliphis ſeu ſucceſſoribus ejus. 19. De orbium diſtributione, ſeu mundi ſyſtemate. 20. Medicinæ compendium, Authore Hali ben Ali Elcherem. 21. Coſmographia Omari Pharſecurienſis. 22. Opus de Aſtronomia ſimul & Muſica contextum. 23. Amur ben Muhamed ben Idin. Perſicus eſt de figuris Magicis. 24. De re Medica, Authore Ibn. Abi Alchaſen. 25. Liber *Hechajon name* dictus, Commentarius eſt Theologi-

[a] Bibl.Aug.p.38. [b] Apib.Vrban.

rcus Authore Abu Abdalla Mahumed, ben Ierached. 26. Libri *Phatucb Alſcham* Pars 1. & 2. Theologicus eſt. 27. Explicatio in Canonis Avicennæ librum primum. 28. Coſmographia Homer Aphendi, 29. *Hkbe*, tractatus de Medicina. 30. *Hadexé* Aſtrologia Arabica. 31. *Teavezi* Poëſis Arabica. 32. *Medi Mulkirbe* de Legibus Arabum & Turcarum. 33. Varii tractatus Avicennæ. 34. *Immetâl biſſaph* Arithmetica & Aſtrologia Perſica. 35. Montehalldraetz in Aſtrologia. De Orientis quibusdam ſive mineralibus, ſive ſuccis (חגר אלאסכנג *Lapidis Spongiæ*; מקל מכי *Bdellii Meccani*: ישם Iaſpidis, בזר בון *Seminis nucis Metellicæ*, manu *Cœleſtini de S. Liduina* notatis. & Celeb. Fratri, D. *Golio* miſſis, certior ſum. Sed hæc παρέργω ὁδόν. Libros pleroſque in Bibliotheca *Goliana* Arabica eſſe puto, aut Mercatoris Amſtelodamenſis Genebrardi *Ansloo*, quosdam etiam *Lovanii* in Bibliotheca D. *Plempii*. S.

Patavinarum Bibliothecarum Catalogos à *Iacobo Philippo Thomaſino* habemus. *Scoriacenſis* Laurentiana hactenus Arabica tantùm, quod ſciam, dedit. Et ut alibi non negem paratos eſſe ſingularum propemodùm Bibliothecarum Catalogos, ita dolendum eſt, hac φιλοβίβλως felicitate non mactari, ut, quod *Draudius* in Catalogis conatus eſt Francofurtenſibus, id ipſum per omnes tentent Bibliothecas reliquas, alii. Tale quid circa *Græcos* potiſsimùm authores præſtitiſſe dicitur *Labbæus* Ieſuita, *novâ ſuâ Bibliothecâ MSS. librorum additâ Coronide librariâ, ſive Bibliotheca Bibliothecarum, aut Catalogo Catalogorum*. Sed & ante ipſum *Poſſevinus*. MSS. Græcorum Theologicorum Indices Italicos, Gallicos, Hiſpanicos & Germanicos ſuo apparatui addidit: prout *Gaſſendus* ampliſsimos *Golii* theſauros, ex Oriente allatos, per Indices bono publico communicavit, antequam Celeb. *Golius* adhiberet manum: *Gallicos* promiſit *Ludovicus Iacobus*, Cabilonenſis Carmelita. *Cordeſianæ* ampliſsimæ Bibliothecæ Index, *Gabrielis Naudæi* curâ prodiit. Hi verò omnes Indices, Bibliothecarum *emtarum*, conſcripti ſunt, ut uſum ſui præbeant publicum. Alii adornantur, ut hederâ ſuſpenſâ, emtio commendetur. Quales quidem ſunt *Typographorum*, prout ſuo jam tempore Indices quosdam typographicos edidit Geſnerus, *Froſchavveri, Aldi Manutii, Sebaſtiani Gryphii, Chriſtiani VVechelii, Iohannis Gymnici, Frelloniorum, & Frobenianorum*; quos poſtea ſecuti ſunt *Batavi, Genevenſes, &c. Angli* cumprimis, qui ferè ſingulis libris excuſis, Catalogum etiam ſubjiciunt omnium à ſe editorum authorum. Secuta hinc conſuetudo conſcribendi Indices *univerſales*, eosq; vel *ſemeſtres*, quales Francofurtenſes ſunt, ubi quid quid toto prodit orbe Europæo, uno alterôve exhibetur folio; vel annuos; ut Gallorum; vel *vicennales*, cujuſmodi eſt Londinenſis ille 1657. luci expoſitus, ubi ordine alphabetico, quidquid intra viginti annos erudita protulit inſula, oſtenditur. Quem Indices ejuſmodi vel uſum habeant, vel jucunditatem ſaltem, prolixè enarrare nihil jam attinet. Sedant ſitim gratæ novitatis; juvant notitiam

authorum,

authorum, ſunt teſtes orbis vel φιλοπονοῦντος vel μισοπονοῦντος, ſpeculum luciſ-diſsimum; quo affectus per affectatos titulos clariſsimè perſpiciuntur; Indices denique, quorum calculo, per Editiones iteratas, labores vel probentur, vel rejiciantur. Sed videatur de hoc Catalogorum uſu [a] *Conringius*; nos ad alia properamus.

Ex his autem Bibliothecis omnibus, ſuis ſingulæ diſtinguuntur characteribus. [b] *Naudæus* obſervat, in Bibliothecis Romanis, Neopolitanis, Florentinis prævalere *Poſitivam*; in Mediolanenſibus, Ticinenſibus *Iurisprudentiam*; Hiſpanicis & Anglicis *Scholaſticam*; In Gallicis *Hiſtoricos & Elenchicos*. Noſtro judicio & obſervatione, varietate MSS. excellunt *Oxonienſis*, Bodleiana vel Arundelliana potiùs, & *Vaticana*; & illa, fortè etiam, tam bonitate Græco-Latinorum, quàm raritate Orienralium. *Trilinguem* Collegii Corporis Chriſti Oxonienſem *Eraſmus* aliquando ipſi Pontifici commendavit. Vixit enim ibi, ut & Ludovicus Vives, cujus ſcriptum quoddam à Lovanienſibus Cenſoribus truncatum, magni Rainoldi manu reſtitutum obſervavi. Ferre nempe nolebant verba de Henrico Rege: *Cujus maxima vis poteſtasque, præter Deum, eſt in terris*. *Græcis*, Bavarica, Auguſtana, Florentina ſuperbiunt. *Orientalibus*, Arabicis cumprimis, Laurentiana Scoriacenſis, cujus Catalogus aliquoties, à nobis [c] etiam, prodiit, & Leidenſis; Groningana quoque quoſdam poſsidet M. *Chriſtmani*, Profeſſoris Heidelbergenſis, Codices, quos Venerandi Præceptoris noſtri, D. Altingi [d] curâ, acceſsiſſe puto. Ex *privatis* Bibliothecis in Anglia & Belgio præſtant *Golii*, utriusque *Gravii*, Fratrum Oxonienſium, quorum alter, *Iohannes*, ex Oriente plures advexit Codices: Vidi aliquando Oxonii in *Iohannis Gravii* Bibliotheca, præter alia MSS. opuſculum *Arabicum* Aſtronomicum, adeò eleganter exaratum, ut vix credam, ſimile inter Chriſtianos Europæos reperiri. Bibliotheca Imperatoria dignum! Exemplar *Kamus*, ſive Oceani (Lexicon Arabicum abſolutiſsimum, ſic vocatur) ex ipſo, ni fallor, autographo depromtum. Codicem *Alkorani* tersè deſcriptum: *Geographiam* accuratam, & figuris illuſtratam, ex qua *Nubienſe Compendium* textum. *Hiſtoriam* Ægypti & Kabiræ. *Geographiam* Abulfedæ: Lexicon Perſico Turcicum, nomine נעמה אללה Aliud τρίγλωττον Perſico-Turcico-Arabicum. Pſalmos *Perſicos*, à quodam Ieſuita tranſlatos, ex Editione vulgata. Hiſtoriam Ioſephi elegantiſsimis characteribus conſcriptam כתאב אבאלוניוס פי קטע אלחטוט *Apollonium de ſectionibus conicis*. Author ex Græco in Arabicum tranſlatus, Græcè non ampliùs extat. *Canonem* Avicennæ cum punctis: Codicem antiquum. *Canones* Apoſtolorum Arabicè. Sed & alter Frater, Linguæ Arabicæ & Mathematum Profeſſor, monumenta non pauca habet Arabica, & inter

[a] De Bibl. Aug. p. 4. [b] Biblioth. pag. 69. [c] Ad calcem Biblioth. Orient. [d] Videat. Mares. Orat. in Obit. Celeb. Alting.

ter cætera, Alkoranum, qui elegantia ſcripturæ cum quolibet alio (eo tamen excepto, qui in Bibliotheca Reginæ Sueciæ ante hac fuit, ab ipſo, ut ferunt, Imperatore Turcico, Rudolpho II. oblatus) certet, cujus parti exteriori aureis erat inſcriptum literis לא ימסה אלא מטהר *Nemo tangat eum, niſi purus.* Lexica item aliquot, cujusmodi אגמאע אללעה Συλλογὴ vocum: *Kamus*, *Gieubari*, duobus tomis, &c. *Lovanii*, celeberrimus ille Medicus, *Vopiſcus Fortunatus Plempius*, aliquot etiam poſsidet Codices tam Medicos, quàm Muhamedico-Theologicos. Súntque, ut ipſe antehac, vir humaniſsimus mihi communicavit, Pars prima Canon. Avicen. Hebraicè in 4. Commentarius Abdalmelici Alchomagij in univerſalia Canon. in 4. & 8. Lib. 1. Avicen. in 4. Lib. 1. 2. 3. in magno fol. Sect. 3. tract. 2. lib. 4. Can. ad finem lib. 5. in 4. Lib. 4. & 5. Canon in 4 Pars IV. Synagogæ, referens verba factáque Apoſtoli Dei (ita Muhammedem Muſelmanni κατ᾽ ἐξοχὴν appellant) compoſita, digeſtáque ab Abiabdalla Muhammede, filio Ismaëlis Bocharenſi. in magno 4 eleganti charactere. Eum librum attulit ex Synagoga Hipponenſi Nob. & Gen. D. *Iacobus de Ligne*, Dnus. de *VVaſſenaer*, &c. anno, quo Imp. Carolus V. Tunas expugnavit. Lib. 3. Canon Avic. Hebraicè fol. Tria exemplaria Arabicè. 4. Lib. 3. tract. 1. ſect. 13. cap. 16. ad finem lib. in fol. Alkoranus accuratè ſcriptus à 500 minimùm annis. Pars Alcorani maximis characteribus. Tituli capitum exarati ſunt ſcriptura Cufenſi, contextus Algerienſi. Catalogos MSS. *Scaligerianæ*, *Erpenianæ*, *Raymundanæ* Bibliothecarum Orientalium, Promtuarii noſtri appendix exhibet à pag. 18. ad finem. Quid *Peireſcius* ad augmentum Bibliothecarum Orientalium contribuerit, ex *Gaſſendi* vita, & Epiſtolis *Salmaſii* patet. Catalogum *Gaulmini* hactenus obtinere non potuimus. *Hebraicam* ſupellectilem, ipſorum Iudæorum, non contemnendam vidi Amſtelodami. Alibi etiam, ubi celebriores habent Verpuli Synagogas, ut *Venetiis*, *Francofurti*, non ſunt ab his ſubſidiis imparati. Inter Chriſtianos una fortè Bibliotheca *Buxtorfii* noſtri privata, plures poſsidet Codices Hebræos, quàm aliquot publicæ. Trecentos in univerſum facile numerabit; ubi publicæ nonnunquam Bibliothecæ decurias vix poſsident. Fortè & nos *Hebraicos; Chaldaicos, Syriacos, Arabicos, Turcicos, Perſicos, AEgyptiacos; AEthiopicos, Samaritanos; Chinenſes, Malabaricos Gothicos, Croaticos, &c.* ſupra diſtinctos ſcriptores ducentos quinquaginta, tam impreſſos, quàm MSſ. conſignare poſſemus. *AEthiopicus* apparatus in Celeber. Ludolfi, ut *Armenus* in Nobiliſſ. Loftuſii Bibliotheca, Oxonienſi, item & Vaticana quæri debet. Quid, præter Orientales, Ambroſianam maximè commendet, verbis referam, quæ anno. 53. hujus ſeculi amicus hinc abiturus mihi reliquit. Mediolani, Bibliothecæ Ambroſianæ Director & Curator principalis, eſt vir Reverendiſsimus Dominus Franciſcus Ferrarius Doctòr Ambroſianus. In prædicta Bibliotheca Ambroſiana ſequentes libri viſu digni habentur, & ſeparatim

quaſi

quaſi pro Theſauro cuſtodiuntur. Virgilij opera in folio, cum notis Franciſci Petrarchæ, conſtat, uti ipſe Doctor affirmabat, 100, Ducatoni. Ruffini Manuſcriptum in folio, continet Flavij Ioſephi opera, editum & ſcriptum in cortice arborum, Anno 400. cum hoc titulo: Ruffini, Presbyteri Aquileienſis. *αὐτόγραφον* eſſe, habet opinio. Liber quidam in folio, in quo duæ diverſæ epiſtolæ, à Sultano Baizet Chan Turcarum Imperatore, Alexandro Papæ, miſſæ, continentur. Liber alius in folio, ubi Leonhardi Voncij Figuræ Mathematicæ laborioſiſsimæ continentur: hic liber in ſingulari quàdam arcâ reſervatur. Duo Globi, Cœleſtis & Terreſtris, qui magnæ ſunt æſtimationis. *Hæc ille. Mediæ ætatis* ſcriptores Latinos, magno numero reperias in Bibliothecis Collegiorum & Aularum *Oxonio-Cantabrigienſium*, teſte *Iameſii Ecloga*; quæ MSS numerat 2771. Appendix valde placet, ſive brevis Synopſis authorum quorundam *ἀνεκδότων*, Guilelmi de S. Amore *Thomæ Bradvvardini*, *Nicolai de Claymangiis*, *Richardi Armachani*, Rob. *Groſtheadi*, quem *malleum Romanorum* vocat *Malmesburienſis*: Prophetiæ *Abbatiſſæ Hildegardis*, & *Abbatis Ioachimi*; *VViclefi*, *AEgidii de Fano*, *Petri de Vineis*, quibus contra Primatum, Indulgentias, Mendicantes, de 50. ſignis diacriticis, quibus veri à falſis præconibus diſtinguuntur, prolixè diſputatur, &c. Memini, Cantabrigiæ cùm eſſem, Celeb. *VVhelocKum*, Linguæ veteris Saxonicæ Profeſſorem, in eruderandis antiquitatibus illis occupatum, oſtendere ſuſtinuiſſe, nihil jam propemodum, poſt Refòrmationem, tradi in noſtris Eccleſiis dogmaticè, quod in authoribus illis non eſſet demonſtraturus, nimis fortè officioſa & ſuperſtitioſa pro mortuis, in Purgatorio deſertis, curâ, exceptâ. Quoniam verò tot Anglia Bibliothecis triumphat, tot MSS reliquas ſuperat, tot Orientalium monumentis abundat, adeóque ſubſidiis, rei literariæ inſtructiſsima eſt, quid miremur, ex hac etiam Inſula tot Eruditionis Philologicæ, & Theologicæ, Practicæ cumprimis, hactenus prodiiſſe monumenta?

IV. Et quandoquidem *compendii Scriptorum Anglicorum* ſpem ſupra fecimus, fidem liberaturi, hoc Capite pauca quædam eorum, quorum, intra & extra Angliam, maximum jam eſt pretium, dabimus nomina; ſequenti vero prolixiori ſerie, tam *perſonalem*, quàm *realem* Anglorum labores, intra viginti potiſsimùm annos publicatos, enarrabimus. A *Ioh. VVilKins*, qui & ipſe Anglus; in Eccleſiaſt. præ aliis in Theologicis commendantur, *Andreas* Epiſc. Atterſol, Ball, Bifeild, Bilſon *Epiſc.* Bolton, Burrough, Caryl, Cœper *Epiſc.* Cotton, Dod, Downham, *Epiſc.* David, & Ierem. Dyke, D. *Featly*, GatatKer, Thom. Godwyn, D. Gouge, Greenham, Hall, Epiſc. *Harris*, Hieron. HoecKer, D Iackſon, LacKe *Epiſ.* Mayer, Morton, *Epiſc.* Pemble, PerKins, D. Preſton, D. Reinolds, Rogers, D. Saanderſon, D. Sibbs, Smith, D. Tayloor, Vſcher, *Archiep.* VVhateloy. Cùm ex erudito & Theologiæ Anglicanæ ſtudioſiſsimo pariter ac peritiſsimo Viro, Theologo Veterano, quærerem, quos ille, ſuo judicio, in hac palæſtra agnoſceret

Compend. Biblioth. Anglic.

E exer.

Digitized by Google

exercitatiſsimos, eosdem ferè notavit ſua manu, niſi quòd, uno tantùm & altero omiſſo, addiderit *Baxterum*, *Clauerum*, *Mantonum*, & omnes quidem de *bona* commendàrit nota, de *optima* tamen Baxterum, Cottonum, Dykium, Godwinum, *Preſtonum*, *Sibſium*; de *meliori* Carylum, Downhamum, Gougium, Mantonum, Rainoldum. Quod judicium de Theologia intelligi debet præcisè. Aliàs, non malè *Vſſerium* & *Seldenum*, quoad πολυμάθειαν, etiam exteris nationibus dubiam feciſſe palmam, jam ab aliis [a] obſervatum eſt. Atque hæc quidem hactenus de Bibliothecis præcipuis; omnes enim quis enarret? Reliquis, quæ obviæ ubique ſunt per Germaniam, Galliam, Italiam, quarum etiam nos plures vidimus, *Geneve*, *Aureliis*, Toloſæ in Dominicanorum, & *Turnonij* in Ieſuitarum Collegijs, *Groningæ*, *Argentorati*, quæque authorum MSS.; prout in Argentinenſi me obſervare memini quædam Græca Theophylacti, & Hebraica, librum præſertim *Nizzachon* ab edito noſtro alium; ſatis ſe commendant raritate; noſtro ſilentio nihil derogatum volumus.

CAP. III.

BIBLIOTHECA ANGLORUM CONTRACTA.

1. Cauſæ hujus digreſſionis. 2. Cur Anglorum ſcripta tam ſolicitè quærantur. 3. Catalogus *Perſonalis*. 4. *Realis* tam *univerſalis*, quàm *particularis*.

1 Contractam hanc voco Bibliothecam, quia recentiorum, qui intra decurſum viginti potiſsimùm annorum ſcripſerunt, rationem maximè conſtitui habere; Neque omnium, ſed illorum, quos vel optimos, Praxique accommodatiſsimos, vel fama etiam cenſemus notiſsimos. Hanc autem inſtituere placuit digreſsionem, tum ut multorum ſatisfaceremus laude non indignæ curioſitati, tum etiam quantum vel uni Genti ſtudioſi Practicæ deberent, grata mente agnoſcerent. Scio, eſſe non nullos, qui adeò æquum de Praxi Anglicana non ferant judicium; nonnullos etiam Scriptores, vitio ſuæ novitatis, ſca-

[a] Lud. Molin. Apol. ad Renat. Verid. pag. 5. *Tantum abeſt, ut me noſtrorum* φιλαυτία *ceperit, ut facile conceſſerim, imò ultro agnoverim, Galliam noſtram vix haberet Seldeno in ſuo genere eruditionis ſuperiorem; at Vſſerio Archiepiſcopo Armachano ne parem quidem.*

Digitized by Google

ſcabie λέξεως ἀθεολόγȣ, alijsque periculoſiſsimis & planè heterodoxis characteribus illud non mereri; ſed ut *hoc* non ad imitandum, ſed refutandum potiùs, vel declinandum ſaltem, proponimus, ita cum illis non facimus. Inter rem ipſam tamen, & minus commodam aliorum μίμησιν diſtinguendum. Neque enim Simioli quilibet, & qui Hercules non ſunt, cothurnos ſibi iſtos vel poſſunt, vel debent aptare. Quod ideo moneo, quia non quiſquis Anglorum miratur Scripta, Methodum ſtatim eorum imitatur aut aſſequitur. Vt non propterea merula, vel graculus, quòd unam & alteram exprimere poſsit voculam, orator eſt; Ita nec illi protinus, qui unum alterûmve ex practicis Anglorum libris edidicerunt ſimile, ad Anglorum accedunt δεινότητα. Ex quo quidem vel abuſu, vel non ſatis percepto uſu, contemtus quorundam oritur ſuperciliosus. Monet alicubi judicioſiſsimus *Verulamius*: *Si optima hincinde verò ſparſa obſervationes practica in Concionibus Anglicanis (omiſsis prolixis digreſsionibus & applicationibus) colligerentur in ordinem, dubio procul, opus futurum, quo, poſt Apoſtolorum tempora, nullum prodiiſſet in Theologicis melius.* Non abnuo, nec diffiteri videntur, qui per univerſam Europam Anglorum ferè arare ſolent vitulâ. Et cur μελετήματα illorum practica non noſtrum quoque mereantur ſuffragium? Conſtat utique 1. Theologos illos materiam, quam tractandam ſuſcipiunt, ita ὀρθοτομεῖν & intimis ſuis receſsibus explorare, ut nihil facilè relinquant intactum. 2. Methodum eorum non ita jejunam & crudam eſſe, ut diſcurſibus tantùm & ratiociniis domi natis vel longè petitis lectori afferant tædium, ſed varietate jucunda ſe ubique inſinuent. Alibi textûs originalis Emphaſin, alibi elegantiſsimorum ſimilium συναθροισμὸν; alibi hiſtorias vel ſacras, vel Eccleſiaſticas, vel etiam profanas ſenſu accommodatitio ita dextrè proponunt, ut vel invitas aures ad attentionem rapiant. 3. Sive hortentur, ſive dehortentur preſsius inſiſtunt, ſuáque ita conglomerant argumenta, ut nec delectatio, nec etiam pondus argumentis deſit. 4. Accedunt eximia illa rei librariæ ſubſidia, quibus ſive in Exegetica verſentur Theologia, ſive Topica, poſſunt eminere, gratiamque ſcriptis ſuis conciliare dum ea in lucem ſæpe proferunt, de quibus aliis, per librorum inopiam, cogitare non licet. 5. Subtilitatem in inveniendo, Methodum in diſponendo, dexteritatem in exponendo, ſoliditatem in refutando, gratiam in explanando, tempus & otium in meditando, curam in ſeligendo, felicitatem & ſingularem ἀκρίβειαν in applicando majorem, οἱ κρείττονες ἄλλων, habent quàm quæ in controverſiam debeat vocari. Sed quorſum hæc hedera? Locum potiùs ubi tam generoſum vendatur vinum, oſtenſuri, Catalogum ſubjiciamus recentiorum Theologorum Anglicorum, geminum, *Perſonalem* & *Realem*. Perſonalis, ordine Alphabethico, ita habet:

A.

Abbatus de Gubernatione familiæ. Commonefactio ad juventutem. Contra Brovvniſtas. Manus ſocietatis. Quatuor ſermones. Lac puerorum: Paraphraſis in Iobum & Pſalmos. Vindiciæ Sabbathi. In Ionam. Volumina duo contra Epiſcopos.

Adamus. In Epiſt. Petri. Sermones. Ira Divina. De Arbore Sterili.

Ainſvvorth, Henricus. Medulla Bibliorum. In Pentateuchum, Pſalmos & Canticum. De Communione Sanctorum. Sagitta contra Idololatriam. Contra Anabaptiſtas.

Dr. *Airay*. In Epiſtolam ad Philippenſes.

Ailesbury. De æterno Divini beneplaciti circa Creaturas intellectuales decreto, ubi Patrum conſulta, Scholaſticorum ſcita, & modernorum placita ad S. Scripturæ amuſsim & Orthodoxæ Eccleſiæ tribunal deferuntur.

Albertus. De adhærentia Dei.

Alefordus. Eccleſia Triumphans. Diſpenſatio animarum.

Alingtonus. Sermones.

Ambroſius Iſaacus. Prima, media, ultima. Oculus ad Ieſum.

Andreas Lancelotus, Epiſcopus Vintonienſis. Conciones Feſtales. In Decalogum. Manuale pro ægrotis. Devotiones privatæ. De precibus. De decimis: de Epiſcopatu. Doctrina Catechetica.

Angierus. Media acquirendi cor melius.

Arrovvſmith. Tacticorum Sacrorum libri 4. Catena Principiorum Theologicorum.

Archerus, de perſonali Chriſti regno.

Aſkrell. In Symbolum.

Atterſol, In Numeros, Ionam, Epiſtolam ad Philemonem. De Sacramentis. Catechiſmus.

B.

Babingthonus Epiſcop. Opera.

Baine, In Epiſtolam ad Epheſios & ad Coloſſenſes. Directiones ad vitam piam. Epiſtolæ. Armatura Spiritualis.

Bakers. Inſtauratio gratiæ & gloriæ.

Baker. In orationem Dominicam: In Symbolum. Medidationes in pſalmum primum: In ſeptem pſalmos conſolatorios: In ſeptem pſalmos pœnitentiales.

Ball Iohannes, De Fide: De fœdere, contra Schiſmata: De efficacia veræ pietatis annexis varijs tractatibus, de affectibus, de certamine ſpirituali, de Linguæ regimine, de precibus, &c. Catechiſmi duo, ſermones ſex.

Balg. Contra errores. Elenchus errorum Catcheticorum.

Bartletus. Balſamum.

Barlo-

Digitized by Google

Bartonus. Pſalmi.
Barkerus. Pſalmi.
Barlovv. In Epiſt. ad Timotheum. De ſpirituali conſtantia.
Baxterus. Richardus. De requie ſanctorum: Directiones ad pacem faciendam cum Deo: Concordiam Eccleſiarum: de Die judicij, de Contemptu Evangelij: de ἀπιςία: de vero Chriſtianiſmo: Paſtor Reformatus: de Baptiſmo fidei: de Converſione: προσφώνησις ad non converſos: de Iuſtificatione: de perſeverantia ſanctorum: de ſui abnegatione, de falſa religione contra Pontificios: Religio Grotiana detecta: Crucifixio mundi per crucem Chriſti: Clavis pro Catholicis referans Ieſuitarum præſtigias vanitatem Papiſmi &c. Reſpublica ſancta, ſeu, Aphoriſmi Politici, vera aperientes Reipublicæ principia: de malis ortis ex ignoratione ſui ipſius, deque utilitate orta ex cognitione ſui ipſius: de fide ſalvifica: Tractatus de morte: De Vnitate Catholica, ſeu via unica, qua omnes ad amplexandam unam tantùm religionem adduci poſsimus.
Beard. Theatrum Indiciorum Divinorum.
Bedfordus. De Sacramentis.
Bembridge. Contra uſuram.
Benthamus. Conflictus Chriſtianorum. Societas, communio Sanctorum.
Bernhardi Concordantiæ. Via ad opera bona: De Sabbatho: De Conſcientia: Paſtor fidelis: Inſula hominis.
Bilſonus. De Regimine. In paſsiones Chriſti.
Birckbeck. Evidentia Proteſtantium: quatuor ultima: Confirmationes cordis.
Biſcovius. Myſteria glorioſa.
Blake. De Fœdere gratiæ: de Baptiſmo: de ſigillis fœderis.
Bodius. In Epiſtolam ad Epheſios.
Bohemus. Deliciæ Chriſtianorum, cum appendice de promiſcua acceptione Sacramenti.
Bogans. Comminationes ſcripturæ. Gaudium ſive Amœnitas.
Boltonus. Robertus. Directiones ad ambulandum cum Deo: Diſſertatio in Pſalmum primum: Inſtructio pro afflicta conſcientia: de quatuor noviſsimis: Profeſſor Carnalis: Media ad humiliationem: De uſura.
Boltonus. Samuel. Confutatio errorum. Limites Chriſtianæ libertatis. Veſtis Nuptialis. Navis fluctuans. De peccato & dominio fidei.
Bourroughs, Ieremias. De pretioſa αὐταρκείας margaritâ: De Evangelico Dei cultu: de Vera converſatione, Irenicum, Dominus exercituum ſpiritus gratioſus, Moſis abnegatio ſui ipſius, Moſis ſelectio, ſemen Iacobi, Theſaurus ſanctorum, de Fide & ſpe, contra Mileterium, hæreditas ſanctorum,

Digitized by Google

rum, mundanorúmque hominum portio. 41. Conciones in μακαρισμοὺς Tres tractatus 1. De Natura Dei. 2. De Excellentia Chriſti 3. De excellentia immortalis animæ humanæ: De humaniſsima Chriſti invitatione: De ejuſdem manſuetudine & ira: Chriſtus, Doctor humilis, via facilis ad cœlum.

Bovven. Computus (æſtimium) Eccleſiæ Catholicæ.

Bovvels. Paſtor Evangelicus.

Dr. *Boys.* Poſtilla.

Bradſchavv. In Epiſt. ad Theſſalonicenſes, De Iuſtificatione, de peccato in ſpiritum ſanctum, de Sacramentis.

Breerevvood. Da Sabbatho, ſcrutinia religionis & Linguarum.

Bridge, Guilielmus. Opera ejus, quæ diverſos continent tractatus, de Vtilitate officij Chriſti Sacerdotalis, de poteſtate Sathanæ in tentationibus, dèque Chriſti erga ſuos in tentationibus amore, de gratitudine erga Deum in quacunque conditione. χάρις ἀντὶ χάριτος: de actibus fidei ſpiritualibus, reſipiſcentia Evangelica, vita ſpirituali, muliere Cananæa, de ira Dei, Babylonis ruina.

Brightmann. In Apocalypſin; Canticum, Danielem, ſermones.

Brinſleus. De officio mediatorio, Communione ſanctorum, ſerpente æneo, ſelecti ſermones, ſiſte gradum, antidotum contra ſchiſma, lachrymæ Chriſti ſuper Ieruſalem; Contra Anabaptiſtas, ſermo de ordinatione.

Brovvnrigus. Sex ſermones de precibus.

Broxbolmius. In Catecheſin Perkinſi, explicans per ſermones ſex principia.

Brooks. Remedia: de ſecuritate. Divitiæ Chriſti.

Bulkleus de Fœdere.

Bucklerus. Deus omnia in omnibus.

Burgeſius, Antonius. De lege, de Iuſtificatione partes duæ. In Caput. 17. Iohannis ſermones 145. De αὐτοκρισίᾳ ante ſacram ſynaxin, i de peccato Originali: In Caput III. Epiſtolæ prioris ad Corinthios: De Cupiditate hominis verè Chriſtiani comparatà cum cupiditate hominis naturalis: In pſalmi IV. Verſus 6 7 8 de Ceremonijs.

Burgeſius, Cornelius: Regeneratio per baptiſmum: de zelo: ſermones aliquot.

Burtonus, Henricus: In Capp. 9 10. 11. Apocalypſeos: De ſexta & ſeptima tuba: Triumphus Veritatis de Tridento: Iejunium Iſraelis.

Byfield, Nicolaus: In Epiſtolam ad Coloſſenſes: Epiſtolas Petri: De Oraculis Dei: de principijs Theologicis: de promiſsionibus Dei: de characteribus viri pij, directiones variæ ad vitam & viam ſalutis. In ſymbolum. Exploratio ſecuritatis,

Digitized by Google

C.

calamaeus Edmundus: Arca viri pij, tempore affiictionum: ſermones varij coram Parlamento habiti.

calvertus Thomas. Mel Cœli: Medulla Evangelij, ſive practica expoſitio in Ieſajæ caput 55.

Dr. *chapellus*: In Pſalmum. 105. methodus concionandi.

capel: de Tentationibus.

carolus Rex: Prima defenſio Epiſcopatûs.

carletonus Epiſcop. Reminiſcentia diei quinti Novembris, Anno. 1605. ne unquam ejus ſubrepat oblivio.

carpentarius: Achitophel: de Conſcientia.

carterus VVilhelmus: de Baptiſmo:

cartvvrightus: de fide: In Geneſin. Catechiſmus: In Rhemenſium Teſtamentum. Electa Targumico-Rabbinica, ſive Annotationes in Exodum. Commentarius Practicus & Polemicus in Pſalmum XV. Harmonia Evangelica.

carterus: Lapis Sepulchralis.

caryl: Commentarius in Iobum, ſeptem voluminibus comprehenſus.

caſeus. Incitamenta: Diverſi ſermones: de Correctione & Inſtructione.

caſaubonus de Enthuſiaſmo.

cavvdry. ſuperſtitio ſuperſtes: de Sabbatho: de poteſtate clavium: Contra Independentiſmum: de Reformatione familiarum: Similia.

chaſius de Sabbatho.

chetvvindus. Porta anguſta.

cheynelius. Noviſsima: docta vindicatio S.S. Trinitatis: contra Socinianos cum ſermonibus aliis.

chomleius. Defenſio Epiſcopi Halli.

churcheus Henricus: Miſcellanea: Epiſtolæ: Theſaurus.

churcheus Nathanael: ſocius inficiens.

chuteus de Baptiſmo.

clarke Samuel: Martyrologium, pars 1. & 2. ſpeculum: de Vitis Patrum primitivæ Eccleſiæ, modernorumque Theologorum eorumque perſequutoribus: Vitæ virorum eminentium inter Chriſtianos: Exempla judiciorum DEI in diverſos delinquentes: Vita Tamerlanis: Narratio de conſpiratione pulveraria: Oleum ſanctum in torculari: thus ſacrum: De officio miniſtrorum Eccleſiæ, & populi erga eos: medulla Theologiæ: mala aurea: Suffitus ſanctus: Faſciculus ſeu Olfactorium Sanctorum.

cobbetus: de Baptiſmo: de Magiſtratu. De precibus ejaculatorijs, publicis & privatis.

Cokus. Ars Logica.
Colvillus Scotus; de plenitudine Chriſti, quoad Iuſtificationem & ſanctificationem.
Coleus de ſecuritate.
Colletus; Devotiones.
Collinſus; Sponſa; Corroborativum. Lectiones. Fides & experientia. Vindicatio Sacri Miniſterij: officium Sanctorum: contra M. Fiſcherum.
Cookius. De Baptiſmo Infantum.
Cooperus Guilielmus Epiſcopus Glaſcovienſis. Opera. In Caput VIII. ad Romanos, in Pſalmum 51: & 119. In Apocalypſin, de filio prodigo, de Pœnitentiâ; de S. Cœna, &c.
Cottonus Iohannes. In Canticum Canticorum. Via vitæ. Miſericordia Dei. Claves regni. Phialæ Apocalypticæ, forma Eccleſiarum in nova Anglia, de Cantatione Pſalmorum, de Sanctitate membrorum Eccleſiæ, fœdus gratiæ, promiſsiones Dei. In Apocalypſin. In primam Epiſtolam Iohannis, de Eccleſiaſte, Converſio Evangelica. Concordantiæ. De Magiſtratu & regimine.
Cradockus. Sanctitas Evangelica. Libertas Evangelica. Guttæ Divinæ.
Crandonus contra aphoriſmos Baxteri.
Craſchawius. Meditationes.
Crakenthorpius contra Baronium.
Crofius. Paradiſus terreſtris.
Croftonus. Reſponſum ad Iohannem Royerum, de Zelo, de Catechiſatione.
Crookus. Vita, ὁδηγὸς ad Beatitudinem. Somnolentus Vigilans, mors devicta. Adapertio cordis. Agricultura Miniſterialis.
Cromptonus, Principia.
Crumius, de Corroboratione.
Cudworthus, de vera cognitione Cœnæ Dominicæ.
Culverwellus. Lumen naturæ cum decem ſermonibus. Candidi lapilli ſoli. Tractatus de ſecuritate. Tempus bene diſpenſatum, de fide. Parata via ad Scripturæ Sacræ recordationem.

D.

Daleſius, Analyſis in Epiſtolas.
Davenantius Epiſcopus Sariſburienſis, de morte Chriſti, de pace. Prælectiones. Determinationes. In Epiſtolam ad Coloſſenſes, contra Hoardum.
Davenportus de Meſsia. Cognitio Chriſti.
Dawſonus. Sermones octodecim, ſumma moralis.
Dayus de Reſurrectione, in Ieſajam.
Deezingius. Diſcurſus de proprijs Sacrificiis.
Delamarſchius in Apocalypſin.

Bentius. In Apocalypſin : via ad Cœlum : de Reſipiſcentia.

Deniſonus : Triplex reſolutio : In Epiſtolam Petri poſter.

Deſpagnens : In ſymbolum : de manducatione Corporis Chriſti : In Orationem Dominicam : Errores populares.

Digbeus. Kenelmus : De Immortalitate animarum. In Geneſ. Cap prim.

Dike, Daniel. Noſce te ipſum : De Reſipiſcentia : Conflictus Michaelis cum Dracone : Hiſtoriæ Evangelicæ : Schola Afflictionum : In Philemonem : in pſalmum 124.

Dike, Ieremias : Conciones ſelectæ : De Conſcientia : De ſcandalis : S. Cœna, cum appendice, de vera Chriſti receptione : Archippus : Nomen Domini fortiſsima turris.

Dikſonus, David : Expoſitio in omnes pſalmos, in omnes Pauli Epiſtolas : In Matthæum : Epiſtolas Iacobi, Petri, Iohannis, & Iudæ, cum analyſi Capitum, & verſuum, textúſque illuſtratione : Therapeutica ſacra, ſeu de curandis caſibus conſcientiæ libri tres.

Dinglem : Vox Cœli, ſive, obſervationes Philoſophicæ, Hiſtoricæ & Theologicæ de Tonitru &c.

Dod, Iohannes : In Decalogum : de Sacramentis : de regimine familiæ ; paraphraſis in Proverbia : Conciones in Proverbia.

Donus Iohannes : Opera : Devotiones : ſermo funebris : de αὐτοχειρίᾳ.

Doughtejus, Ioh : Analecta ſacra, ſive excurſus Philologici, ſuper diverſis Scripturæ locis.

Downhamus Ioh : Militia Chriſtiana in fol. ὁδηγός ad pietatem : In pſal. XXV. Epitome in Decalogum : de Libertate : De Sacramentis : de Antichriſto.

Downhamus, Georgius, Epiſcopus : De Iuſtificatione : ſumma Theologiæ : de precibus : de mendacio : de fœdere.

Doron de fide.

Dubartus ; opera ſacra Poetica.

Dugardus : Oculis Cœcus.

Duport Ioh. Iiobus carmine Heroico Græco redditus : Proverbia, Eccleſiaſtes, & Canticum carmine Græco & Latino.

Durrantus : Sorbilla dulcedinis : Corroboratio & conſilium : Amor Chriſti : ſalus ſanctorum : preces nautarum.

E.

Edwardus, Thomas : Gangræna : contra Tolerantiam : Antipologia.

Egertonus. Corroborationes.

Eltonus In Decalogum. In Epiſtolam ad Coloſſenſes, in ſeptimum, octavum & nonum Capp. ad Romanos.

Eſtwicus contra Biddleum.

Euſebius. Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Eureus, de Iuſtificatione.

F.

Fauklandia, de Infallibilitate, vita.

Fotherbæus, contra Atheiſmum fol.

Featlæus Daniel, Conciones. Ancilla devotionis, fons lacrymarum. Vertumnus Romanus. Featlæi πελιγ/ενσία: magnum Eccleſiæ Romanæ Sacrilegium, contra Fiſcherum, ſermones.

Fennerus Guilielmus, de Affectionibus, de Conſcientia; de Impœnitentia. Theologia practica. Ipſius opera. Manna abſconditum. Divitiæ gratiæ. Legatio Divina.

Fiſcherus de Sacramentis. Signa amoris.

Firminus de Separatione, de Baptiſmo Infantum.

Fletcherus in Pſalmum primum.

Forbeſius, de Iuſtificatione. In Apocalypſin. Inſtructiones Theologicæ. Irenicum.

Ford. Cauſa magna regnorum. Ambitio Sacra, de uſu practico pædobaptiſmi; de Spiritu Servitutis & Adoptionis.

Fullerus Thomas. Terra Sancta. Bellum Sacrum. Status Sacer. Meditationes in temporibus tum proſperis tum adverſis, in tentationes. In Baptiſmum, in Rhut. Reconciliator. Fama optima. In Epiſtolam ad Corinthios. Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Dr. *Fulk* Teſtamentum Rhemenſium.

Fullvvordus. Vindicatio Miniſterij, contra errores.

G.

Garbutus, de Reſurrectione.

Gatakerus Thomas. Conciones de ſorte, de Transſubſtantiatione, de Iuſtificatione, contra Saltmarſchium. Vindiciæ Annotationum contra Lillæum, duobus tomis. Contra Pſochenium. Cinnus de nomine Iehovah, Cura hominis Chriſtiani, lucrum pietatis. Viri juſti gaudium cum characteribus ſinceritatis, memoria anniverſaria Angliæ liberatæ. Oratio Eleazari, bona uxor donum Dei, officia matrimonij, utilitas mortis, utilitas bonæ famæ, Abrahami obitus. Conſtantia Chriſtiana à Chriſto coronata. Lazari obitus. Divi Stephani Legatum. Oculus Domini ſuper Iſraëlem, in Numer, 23. v. 21. Annotationes in Ieſajam, Ieremiam, &c. Vindiciæ annotationum ejus in Ieremiam XII. 2. Antitheſis partim Ameſij, partim Voëtij, de ſorte theſibus, repoſita. Adverſaria Miſcellanea. fol. De Baptiſmatis infantilis vi & efficacia. De nomine Tetragrammato, ejuſdem vindicatio adverſus Ludovicum Capellum. Animadverſiones in Piſcatoris & Lucij ſcripta. Adverſaria de Cauſa meri-

Digitized by Google

meritoria Iuſtificationis. Stricturæ in VVegelini SantGallenſis de Obedientià Chriſti diſputationem Theologicam.

Gaudenus. Apologia pro Miniſterio. Sermones, de matrimonio.

Gadius. Diſtractiones. Contemplationes, de Veneficis, contra Aſtrologiam.

Gayus. Sermones.

Gee de precibus. Gradus aſcenſionis.

Geere Ioh. de Baptiſmo, de poculis Sanitatis. Character puritanorum Anglorum. Violentia vincens Iuſtitiam. Iudæ gaudium ſuper feſtuca ſeu macula, de equo ruſo,

Gill In Symbolum.

Gilceſpéus. Virga Aharonis, Miſcellanea.

GoodVVin Philippus. In Sacramenta, de Communicante Evangelico in Sacramento Cœnæ. Sabbathum reviviſcens. Myſtericum ſomniorum. Reformatio familiarum.

GoodVVin Thomas. Filius lucis. Reſponſum ad preces, aggravatio peccati. Incrementum gratiæ. Triumphus fidei, *εἰρηνοποΐα*: Antiquitates Romanæ, Iudaicæ, Græcæ, Atticæ.

Goadus. Sermones.

Gouge. Officia Oeconomica & domeſtica. In Orationem Dominicam. Armatura Spiritualis, in Pſalmum 116. de Sabbatho. Tres ſagittæ. In Epiſtolam ad Hebræos fol. in Canticum.

GoVéus. Favus.

Gregorius. Notæ Poſthumæ.

GreenVVardus, Opera.

Greenhamus Richardus. Opera fol. in quibus comprehenduntur, Conſilia Theologica trecenta, forma Catecheſeos breviſsima. Conſolatio pro anima afflicta. Character viri juſti, certa electionis ſigna. Tractatus de contractibus matrimonialibus ante ſponſalia, de Sabbatho. Notæ Salvationis cum notis ſinceri cordis, directorium ad legendam Scripturam Sacram. Tractatus de Reſurrectione. Tractatus de examine ante Sacram Synaxin, de timore Domini, de hypocriſi, de ira, de beatitudine, de jejuniis, de miſsione Spiritûs Sancti, de precibus in verba Ioëlis cap. 2.23. Conciones ſeptendecim variæ. Meditationes in Pſalmum CXIX. In Proverb. 14.5.6.7 8. De admonitione Chriſtiana. De adulterio, affectibúsque juvenilibus, de afflictione, de Ira. de Angelis, de Baptiſmo, de Avaritia, de Vocatione noſtra generali & ſpeciali. de Regimine Linguæ, de Eccleſia, de Remiſsione peccatorum, de Conſcientiâ, de Cenſura & correctione. de Ceremoniis & adiaphoris mutationéque Chriſtianæ libertatis in licentiam minimè Chriſtianam. Meditationes piæ de Chriſti poteſtate contra Sathanam, amore erga fideles, de morte & judi-

judicio, de brevitate vitæ noſtræ, de regimine oculorum, de libera Dei gratia, juſtitia & miſericordia, de auditione Verbi Divini, de humilitate & ſuperbia, de hypocriſi & obduratione cordis, de judicijs Dei, quámque juſtus ſit in judiciis ſuis, de gaudio & triſtitia, de cognitione & ſcientiâ, deque Sathanæ Sophiſmatis, de miraculis, de Magiſtratu, de Miniſterio, de parentibus, educatione liberorum, gubernatione juventutis, cura paternitatis, &c.

Grandus. Prærogativa naturæ humanæ.

Greenhill. In Ezechielem volum, quatuor.

Greijs, perfectio Chriſtianorum.

Grimſtonus. Strena.

Grailéus, de fœdere Gratiæ contra Egréum.

Groſſæus. Perſuaſiones animæ. Felicitas, ſeu beatitudo in acquiſitione Chriſti. Columna ignea. Germina Gratiæ.

Guild. Moſes revelatus. Liber ſigillatus apertus, in Apocalypſin. Explicatio & applicatio Cantici Canticorum.

Gurnallius de amore Spirituali.

Gunæus in quatuor præcepta.

H.

HacKvvellus. Apologia pro potentia & Providentia Dei.

Haineus contra Chiliaſtas.

Hallus, Ioſephus, Epiſcopus Norvicenſis. Contemplationes in Vetus Teſtamentum. Contemplationes in Novum Teſtamentum, paraphraſis in Biblia, conta Smectymnum, contra profanationes, de moderatione, vetus religio. Conciones. Balſamum Gilead, meditationes occaſionales latinè & Anglicè, meditationes & vota, tela ignita Sathanæ. Ecſtaſes Sacræ. Soliloquia Sacra, de Αὐταρκείας. Caſus conſcientiæ, contra Chiliaſtas, ordo Sanctus, anima devota, εἰρηνοποιός: cogitationes ſelectæ, myſterium pietatis, opera ejus poſthuma.

Hallus, de Sanctitate in Deo. Suggeſtus munitus.

Hamptonus, ſermones.

Hardeius. Sermones, in primam Epiſtolam Iohannis.

Harflectus. Explicatio blanditiarum.

Harriſius Robertus, in μακαρισμοὺς, de triplici hominis ſtatu, ſupplementum. Conciones diverſæ. Petri liberatio è carcere.

Harvejus, de Sabbatho: Sacra poëmata.

Hattonus: Pſalmi.

Hauſtéedus, decem Sermones.

Digitized by Google

Hayvvardus. Lacrymæ Davidis: Sanctuarium animæ perturbatæ, Auxiliator fortis.

Herebertus, de Veritate, prout diſtinguitur à revelatione, de Cauſis Errorum, poëmata ſacra.

Herleus, contra Independentiſmum, de Politia & Prudentia, de Sapientia, Contemplationes.

Heyvvodus, de Angelis.

Hieronus, Opera in fol.

Hildersbamus, Arthur. In pſalmum 51. In quartum Caput Evang. Iohannis, de jejunio.

Hillus: Semita ad pietatem: Sermones.

Hodgeſius. Apologia pro uſu Orationis Dominicæ.

Holdſchvvortus. Sermones.

Hollandus, in Apocalypſin: Perſpicillum.

Homeſius. Regnum Chriſti perſonale, contra Aſtrologiam: Muſica Evangelica, ſive Vindicatio Pſalmodiæ, contra Tombum.

Hookerus. Præparatio animæ, exaltatio animæ, præparatio infidelis: Humiliatio animæ: Vocatio, implantatio animæ, abnegatio ſui ipſius, officium & dignitas Sanctorum, de Oratione Dominica, diſciplina Eccleſiaſtica, quatuor tractatus, poſſeſsio animæ: Chriſtianus dubitans: Sanctorum ὁδηγός: Politia Eccleſiaſtica.

Homeſius. Tres ſermones, in pſalmum nonum, fœmina fidelis, de Infantum Baptiſmo contra Tombum & Rendalum.

Horoſonus: Sermones.

Hovvus: Ineptus præco ad ſilentium redactus, in reſponſo ad Ioh. Goodwinum.

Hudſonus de Eccleſia Viſibili.

Hugheſius. Labor & Lucrum afflictionum: Sermo funebris: Sermo coram Parlamento.

Huitus in Danielem.

Hutcheſonus Georgius: In duodecim Prophetas minores, in Evangelicum Iohannis.

I.

Iackſonus: Opera in fol. & in quarto, μαραναθα, id eſt, Commentarius in Symbolum Apoſtolicum: In Pentateuchum. Quinque libri poëtici.

Iacobus Rex. Pſalmi.

Ieanſus, de Sacramentis, de apparentia mali. Partes duæ, Theologiæ Practicæ & Scholaſticæ.

Ieniſonus. Compunctio propter peccata. Veſtis Chriſti.

Ienkynus. In Epiſtolam Iudæ, quatuor Sermones. Reſponſum ad Iohannem Good-

Goodwinum, Sermo funebris in funere Doctoris Gouge, Sermo coram Parlamento An. 1656.

Ierminus, in Proverbia & Eccleſiaſten.

Ioneſius, in Epiſtolam ad Hebræos.

Iohnſonus, in parabolas. Aſtrologia judiciaria damnata, Inſtitutiones piæ.

Iordanus, Vita.

Iſackſonus, Chronologia in fol. Duellum Spirituale, de pacificatione. Contemplationes Theologicæ: Subſtantia Religionis. Imitatio Chriſti. Diarium hominis Chriſtiani.

K.

Karolus Rex. Opera.

Kelletus, Miſcellanea, Sermones.

Kendall, De univerſali Redemptione contra Iohannem Goodwinum, Sancti Sanciti, ſeu, de perſeverantia Sanctorum.

Knightus. Concordantiæ.

Knoxus: Hiſtoria Eccleſiæ Scoticæ, Fol.

King Epiſcopus. In Ionam.

King Dr. In Orationem Dominicam, clavis Davidis, Nuptiæ agni. Via ad Sionem.

L.

Lakeus Epiſcopus. Opera in folio.

Larkhamus Thomas, Attributa Dei.

Latimerus Epiſcopus Conciones.

Laurentius, de Angelis, de Ordinatione, de fide.

Lavvſonus, de Sabbatho, Spicilegia.

Leigh Edwardus. Critica Sacra in Vetus & Novum Teſtamentum. Commentarius in Novum Teſtamentum, in promiſſiones Divinas libris quinque Exſtimulatio Sanctorum in temporibus malis. Corpus Theologiæ, in Libros Sacræ Scripturæ Poëticos. Felix Conſortium, ſive apta conjunctio Religionis & Literaturæ, Volumen integrum, comprehendens libros ſex, quorum primus agit de Religione in genere, de Religione vera & falſa, cum diverſis quæſtionibus ejuſdem argumenti, diſcuſſis. Secundus de Literatura, ejúsque, præſtantia & utilitate, de Artibus Liberalibus, præcipuis Linguis, Academiis, Gymnaſiis, & Scholis publicis diverſarum Nationum. Tertius, quartus, quintus & ſextus liber agit in ſpecie de viris in Religione & Literatura eminentibus tum Eccleſiaſticis tum Politicis, inter Iudæos & Chriſtianos, antiquos & modernos, Proteſtantes & Pontificios, & identidem χαρακτηρίζει eorum perſonas, additque ἐπικρίσιν in eorum opera, ordine Alphabetico,

Digitized by Google

eo, per Edoardum Leigh M.A. Socium Aulæ Magdalenæ Oxonienſis.

Leyus, de Sabbatho, contra Saltmarſchium; de Liturgia, de Mortalitate, de Iuramento & Legibus ſeu Canonibus.

Lifordus Catechiſmus plenior, de Miniſterio, contra errores, Legatum.

Lightfootus, Ioh. Harmonia Veteris & Novi Teſtamenti, ſtricturæ in Exodum. In Novum Teſtamentum. In Acta, Cultus Dei externus in Templis, Conciones: Horæ Hebraicæ.

Linde Humphredus, Vita tuta. Via devia.

LocKierus. Communio Chriſti, ſive Eccleſiæ militantis, ſinceritatis revelatio. Angliæ vulnera, Balſamum pro Anglia & Hibernia ſanguinem reddente.

Lovius Chriſtophorus, de differentibus Gratiæ gradibus. Chriſtianus zelo ardens, Dei via & miſericordia, Gloria Cœli, terrores inferni, vocatio Efficax & Electio, Certamen inter Carnem & Spiritum, Directorium Chriſtianum, mortificatio, caſus hominis naturalis, Remiſsio peccatorum, officium Chriſtianum, cura animæ dejectæ, Catechiſmus, λειτουργία Anglorum. Omnipræſentia Dei, Peccatorum Legatum poſteris aſsignatum.

Luptonus. Meditationes, Vita Chriſti.

LynacKerus. Conſolationes.

M.

Mantonus, in Epiſtolam Iacobi & Iudæ.

Matonus. Redemptio Iſraëlis. Redemptio redemta.

Marburius in Obadiam & Habacucum.

Maſonus, de Miniſterio, de conſcientia, de jejunio, de ἀκροάσει & πράξει, de æquivocatione, de mendacio, de αὐταρκείᾳ, remedium curarum.

Maxeius: Sermones.

Magnus. De falſis Prophetis, de Vnitate.

Mayerus, In Pentateuchum, in libros Scripturæ Sacræ Hiſtoricos, poëticos; Prophetas Majores & Minores. In Novum Teſtamentum: in Iacobum: In loco difficiliora: Catechiſmum: Antidotum.

Mede Ioſephus: In Apocalypſin: Apoſtaſia ultimorum temporum: Diatriba quatuor voluminibus in 4. Triga, in 2. Epiſtolam Petri.

Milbournus. Manuale mercatorum. Meditationes & preces: Meditationes & Contemplationes, media liberalis ſuſtentationis miniſtrorum. Speculum Martyrum.

MocKetus. Officium & Dignitas.

Montacutius. Vita Chriſti, de Originibus Eccleſiaſticis.

Moreſius. Cabala, contra Atheiſmum. Medulla modernæ Theologiæ, Vindicatio Feſti Metropolitani.

Morgunus. Chriſtianus diurnus.
Mortonus, Epiſcopus, in Miſſam: Magna Impoſtura: De Providentia.
Mortonus: Triplex ſtatus hominis, limes converſionis.
Moſſumus: Proſpectus Sionis.

N.

Napierus: In Apocalypſin.
Nasbeſius: Via quadruplex, ad vitam beatam.
Negus: de Fide.
Nevilus: Converſio.
Newmannus: Concordantiæ.
Newtonus, Georgius: Expoſitio cum Notis in Caput 17. Iohannis.
Nortonus Iohannes: Apologia pro Nova Anglia: Diſcuſsio inſignis in Theologia Articuli, ſive de paſsione Chriſti, & quæſtione, circa Activam & paſſivam ejus juſtitiam, ventilata: Evangelicus Orthodoxus, ſive Confutatio Errorum: Catechiſmus: Contra Apollonium: Narratio de Eccleſia in Nova Anglia: Nemo præter Chriſtum: Tractatus brevis & doctrina Trementium (ſive Quaxers)

O.

Oateſius: In Epiſtolam Iudæ: Opinio Theologorum de Religione: officium parentum Chriſtianorum, obſervationes in Hiſtoriam Nabalis, & Abigaëlis: Origo animæ: Ornamentum mulierum.
Owenus, Iohannes: Contra Redemptionem univerſalem, contra Arminianiſmum, officium Paſtoris, perſeverantia Sanctorum, Eſcol: de Morte Chriſti, Conciones, de Iuſtitia Divina, contra Biddleum, de mortificatione peccati, &c. de Schiſmate: Status animæ piæ poſt ſeparationem à corpore. Tractatus de Communione cum Deo Patre, Filio & Spiritu Sancto, Perſonis diſtinctè conſideratis. De Divina authoritate, lumine lucidiſsimo, & Virtute efficaciſsima S. Scripturæ, cum reſponſione ad hanc quæſtionem, qua ratione dignoſcere poſsimus, Sacras Scripturas eſſe Verbum Dei, cum vindicatione puritatis & Integritatis Textûs Hebræi in Veteri, & Græci in N. Teſtamento, in conſiderationibus quibusdam in Prolegomena & Appendicem Bibliorum Polyglottorum, Tractatus de Tentationibus.

P.

Pagetius Guilielmus, Hæreſiographia, Chriſtianographia, de Regimine Eccleſiæ, Hiſtoria Bibliorum, Exemplar Imperfectionum humanarum. Lis præconis, Lis ſenectutis.
Palmerus: Monumenta pietatis, Libertas Chriſtiana, contra Humphredum. Anima

Digitized by Google

ma tempeſtuoſa tranquillata. Sectarij detractâ larvâ confutati. Defenſio Miſſæ Chriſtianæ.

Parrus. In Epiſt. ad Romanos. Abba Pater. Fundamenta.

Parkerus, de Cruce.

Peitreus, contra Malonum de Chiliaſtis.

Pelbanus, in Iohannem.

Peckas: Damna minorum peccatorum.

Pembertonus, Conciones.

Pembelius Guilielmus, opera in folio, in Iohannem, præſertim de Prædeſtinatione & Iuſtificatione.

Perkinſus, opera in 3. Volum.

Petroſius. Vox Spiritûs.

Philippus, de Inferno.

Photius. Epiſtolæ Græcæ & Latinæ, fol.

Pierſonus. In Pſalmos. Cura ſeu medela curarum.

Pinchonus, de Vniverſali Redemptione. Forma adorationis Iudaica, de Paſsionibus Chriſti.

Pinkus, Probatio.

Pinſchionus, de Sabbatho.

Playferus. Conciones. Praxis Tranquillitatis.

Pocokius, Edwardus. Epiſtolæ quædã Catholicæ Syriacæ cum translatione & Nôtis. Specimen Arabicum. Porta Moſis, cum notis. Grotius de veritate relig. Chriſt. Arabicè. Translatio Eutychii Alexandrini Patriarchæ. Carmen Tograi cum verſione & notis. Quædam in append. oper. VValton.

Poolus, de Deitate Spiritûs Sancti.

Pooleus. Vindicatio Ordinationis. Expoſitio effuſionis Phialæ quartæ.

Popeſius. Vulnus mortale.

Potterus. Petri querela & Magdalenæ lacrymæ In Numerum Apocalypticum 666. Theſes, defectus charitatis, de Sabbatho.

Povvelus. De promiſsionibus. Experientiæ. Denuntiationes pro pejerantibus.

Preſtonus, Iohannes, de Fœdere, de Fide & Charitate, de qualitate Sanctorum, Sceptrum aureum, de Attributis Dei, de Mortificatione, βίος ἄβιος, vita ſine vita, quatuor tractatus, conciones coram Rege habitæ, de precibus, de Infirmitatibus Sanctorum. Amor Chriſti. Reliquiæ ejus operum. Libertas Chriſtiana plenitudo Chriſti. Mons Ebal. Theſes, de Sacramentis, opera ejus præcipua in epitomen redacta per lemmatum.

Priceus, Vector animarum.

Prideauxius, Iohannes. Lectiones & Conciones, item Orationes Theologicæ. Faſciculus Controverſiarum, de precibus. Conciones de Sabbatho.

Primiroſius, de Sabbatho, de Sacramentis. Paraphraſis in Iobum. Praxis pietatis,

G de

Digitized by Google

de homine fideli, de Chriſtianiſmo, Pacificatio inter Lutheranos & Reformatos.

Prinnius, de perpetuitate hominis regenerati, contra potationes in Sanitatem aliorum factas, contra cincinnos in amorem aliorum geſtatos. Hiſtriomaſtix, ſeu, contra ludos Comicos, de inchoatione Sabbathi, de decimis, de Sacramentis, de Magiſtratu.

Priſonerus. Precationes.

Q.

Quarleſius. Iudicium & Miſericordia. Emblemata. Boanerges. Poëmata. Affectiones ſeu Inclinationes.

R.

Ramsdenus. Spicilegia.

Randalus. In Epiſtolam ad Romanos, de Communione cum Deo, de Sacramentis, de Eccleſia.

Readingus, ὁδηγός. De Baptiſmo. Soliloquia Davidis.

Reeveſius. Divinitas, (Theologia) via ad unitatem Chriſtianam.

Reynoldus Edwardus. Tres tractatus, in pſalmum CX. de Sacramento Cœnæ, de facultatibus animæ; in Hoſeam, in Zachariam, in Haggæum, Abnegatio ſui ipſius; clypei terræ, pax Eccleſiæ. Animalis homo, verum lucrum; de Epiſcopatu.

Richardſonus Epiſcopus. Sacræ conſolationes. Annotationes à Geneſi usque ad Ezechielem, fol. Eſt ſupplementum annotationum.

Robertus. Clavis Bibliorum; de Sacramentis, evidentia credentium, cor contritum.

Robinſonus Ralph. Chriſtus omnia in omnibus. Alluſiones ad Chriſtum, armatura Spiritualis, Conciones, Specimina; Conciones de vita Chriſti.

Robothamus. In Canticum. Pretioſitas Chriſti.

Robourougbius, de Iuſtificatione.

Rogerius Richardus. In librum Iudicum. Hiſtoria Naamanis. Honos matrimonialis. Samuelis colloquium. Reformatio Legum Eccleſiaſticarum. Exiſtentia Eccleſiæ Proteſtantium.

Rogerius Dedhamenſis. In I. Epiſtolam Petri, de Fide, de charitate, In Parabolas, de Filio prodigo, de ove amiſſa, de obolo amiſſo, de Cive pœnitente. Vinea Paleſtinæ. Bonus Samaritanus. Arbor ſterilis, ſeptem tractatus. In 39 articulos. Catechiſmus practicus, de Sacramentis. Nova cœleſtia. Amicus in ſinu (cordialis). Evidentia hominum piorum ad Cœlum.

Roſſius. Votum religioſum.

Rouſeus. Charitas Chatholica. Mella Patrum. Matrimonium Muſicum. Antiquitates Græcæ. Ars felicitatis.

Rutherfortius Samuel. Triumphus fidei : de fœdere Gratiæ : de Tolerantia. Chriſtus moriens : volumina quædam de Regimine Eccleſiaſtico.

S.

Saltmarſchius. Libera Gratia. Scintillæ ſive ſtricturæ gloriæ.
Sandeſius. Europæ ſpeculum. Paraphraſis in Pſalmos.
Sanderſonus Robertus, nunc Epiſcopus Lincolnienſis : Caſus conſcientiæ diverſi, diſcuſſi in Schola Theologica, Oxonij, decem lectionibus ; latinè & Anglicè : de obligatione juramenti promiſſorij : Sermones.
Sambrookus : Tres ſermones.
Sarſonus. Analyſis in Timotheum.
Scultetus de Epiſcopatu.
Scudderus. Ambulatio diurna. Oratio Dominica.
Sedgevicius Obadias. Chriſtianus dubitans, quomodo confirmetur : de natura & gratia. Conſilium Sardicenſi Eccleſiæ datum : peccator humilis ſolatio demulſus. Deus miracula edens : de fide : de divitiis gratiæ : de Fœdere : Fons reſeratus : Expoſitio cum Notis in Pſalmum 23. In parabolam de Filio prodigo Conciones : Anatomia peccatorum ſecretorum, præſumptionis, dominantium, & in Spiritum Sanctum.
Seldenus, Iohannes. Eutychii Patriarchæ Alexandrini Annales. Notæ in Hiſtoriam Eadmeri. Marmora Arundeliana. de Mari clauſo libri duo. Vindiciæ maris clauſi. De Synedriis Hebræorum tomi tres. Metamorphoſis Anglorum. De Dijs Syris. De anno Civili Hebræorum. Vxor Hebræa.
Senaultus. Homo Chriſtianus : Homo lapſus & reus.
Scheeringus. Felicitas cordis. Vita Chriſti. Ruina navis falſarum Eccleſiarum contra Chamberlainum.
Sheffieldus. De Conſcientia. Exortus Solis Iuſtitiæ.
Shepheardus Thomas. Homo ſincerè converſus, homo ſanè credens, de Sabbatho. Caſus conſcientiæ ſelect ores, de vero Libertatis uſu. In parabolam 10. Virginum, contra Ballum.
Shuteſius. Sermones de Hagare. In Exodum.
Sibbs. Corroborativa. In Caput primum 2. ad Corinth. Revertens apoſtata. (relapſus) Radij lucis. Lux, è cœlo. Sacrificia Evangelica, ad Philippenſes. Feſtum glorioſum. Finis Chriſtiani. Viſcera aperta. Miraculum miraculorum. Conflictus animæ. Felicitas Sanctorum. Calamus contritus. Meta hominum Spiritualium. Meta hominis Chriſtiani. Excellentia Evangelij, Exaltatio Evangelij. Precioſæ promiſsiones. Anhelatio ad Deum. Meditationes Theologicæ. Sponſa deſiderans ſecundum adventum Sponſi. Fons obſignatus cum ſermonibus duobus. Tranſitus Cœli. Sponſæ ſerium deſiderium. Chriſti potentia Reſurrectionis

Digitized by Google

ctionis Chriſti. Divitiæ gratiæ. Cœleſtis collatio inter Chriſtum & Mariam poſt reſurrectionem ſuam.

Skipponus, de promiſsionibus, Vota, offendiculum Sacramentale remotum. Sanctorum Zelus adverſus altaria peccatorum.

Slatterus. In Epiſtolam ad Theſſalonicenſes, in quatuor priora Capita ad Romanos, in Malachiam, Catechiſmus, in Pſalmos, de Sacramentis, in Iudicum cap. 5. v. 31.

Smith, Henricus, Epiſcopus; Sermones in Symbolum. Factum Eſſexiæ. Reſipiſcentia Davidis: Davidis Vir beatus. Conſeſſus magnus, ſeu judicium magnum. Admirabiliter converſus homo Eunuchus Æthiops. Sermones, Fulcrum fidelium, Ruina Eccleſiarum falſarum.

Southvvelus: Opera.

Spareus. Horæ meditationum. Elemoſyna Spiritualis, Sanctorum ſolatium.

Spencerus. Ars Logica. Origen. Cont. Cels.

Spelmannus. Ius Divinum. De non temerandis Eccleſijs. Pſalterium Davidis Saxonicum, Synopſis Patrum.

Spotsvvodus. Hiſtoria Eccleſiæ Scoticæ.

Sprintus, de Sabbatho.

Spurſtovvus, de promiſsionibus, Tres ſermones.

Squireus. In Epiſtolam ad Theſſalonicenſes. Sermones in certis occaſionibus, Dulce Sanctorum ſertum.

Staffordus. Dies Salvationis.

Stalbamus, contra Oateſij expoſitionem Matth. 13. 44. Potentia ex Infirmitate, relatio de Converſione Indorum.

Stockius, in Malachiam, de Attributis.

Stoughtonus. Sermones varij, Definitio Theologiæ, Sacrificium Chriſtianum. Felicitas ultima Seculi, Cœleſtis converſatio.

Strodeſius. Anatomia mortalitatis.

Strutherus, Obſervatio Chriſtiana. Schola cordis. Salvatio peccatorum. Legatum ſanctorum.

Suttonus. In Epiſtolam ad Romanos. Vita & mors, de Sacramentis. Falſitas Eccleſiæ Romanæ, Angliæ citationes.

Svvanus. Redde debitum. Speculum mundi. Calamus menſurans.

Svviftus. Ruina & reparatio Regni.

Sydenhamus. De Baptiſmo. Myſterium Divinitatis, de hypocriſi.

Symus. De Latrone.

Symondus Edoardus. Scripturæ Vindiciæ. Tres tractatus, oculus fixus. Viſio & Fides. Caſus & Curatio.

Sympſonius. Dictionarium Sacrum. In ſecundam Epiſtolam Petri, de Iuſtificatione. In pſalmos.

Digitized by Google

Symſonus Edoardus, de Eccleſia. Chronicon Catholicum,
Syngéus, contra Malonum Ieſuitam.

T.

Taffinus Ioh, ſigna filiorum Dei.
Taylor, Ieremias, nunc Epiſcopus. Caſus Conſcientiæ fol.
Taylor, Thomas. In Pſalmum 32. in Titum, in Acta, in Caput XII. Apocalypſeos, in Tentationes, in Typos. Sanctorum progreſſus. Parabola ſatoris, de *αὐταρκεία*: de Reſipiſcentia, de nova Creatura. Circumſpecta ambulatio. Regula Vitæ contra Antinomianos. Exercitia Catechetica. Cuſtos carceris converſus. Fames Verbi Dei. Iudæ pænitentia; Petri Pœnitentia; Oracula Evangelii; Arbor viridis & arida; modulus pacis. Nicolaitarum doctrina, moderatio in rebus terrenis; excuſatio boni Chriſtiani, contrarietas duorum Dominorum; Domus Dei; Character boni Chriſtiani; Votum Iephthæ, nova mappa Romæ; Labor fruſtraneus, de ſequela multitudinis ad malum, principia praxeos; Chriſti certamen cum Dracone, de electione. Regis balneum; Margarita Evangelij cum ſpeculo fœminarum nobilium. Caſus de fuga tempore peſtis.
Teatus. Mappa Scripturæ.
Tezerus. Directiones ad vitam piam. Sapientia Chriſtiana.
Tichburnius. Botrus Canaanis.
Tillinghaſtus. Opus de Generatione. Cognitio temporis.
Timpſonus. Vindicatio Humphredi.
Tombus, de Scandalo. Contra Baxterum, de peccato gloriationis in homine.
Tompſonus. Antichriſtus confutatus. Limes Veritatis,
Topus in Pſalmos.
Thorndikus. Ius Eccleſiæ. Conventus Religioſus, Lexicon.
Torſchelius, de hypocriſi. Gloria mulierum. Quæſtiones duæ. Caſus Conſcientiæ. Harmonia Bibliorum.
Trappus. In Pentateuchum. In Proverbia, in partem Bibliorum Hiſtoricam, in Prophetas minores, in Evangeliſtas, in Epiſtolas, verus theſaurus. Signa amoris.
Tucknaus. Sermo funebris. Balſamum Gilead. Nemo extra Chriſtum, cum quæſtione, quid de Ethnicis & idiotis, quoad Salutem eorum ſtatuendum ſit, itinera Patriarcharum.
Turnerus, de Iure Eccleſiæ.
Twiſſus Guilielmus, contra Hoardum, de Sabbatho, Vindiciæ Gratiæ, Conſcientia dubitans. Vindicatio Eccleſiæ Anglicanæ, Scripturæ ſufficientia ad determinandas omnes fidei materias, contra Pontificios.

V.

Valdeſſon, Conſiderationes Theologicæ.
Vaughanus, de Eccleſia militante pœma.
Venningius. Orthodoxa paradoxa, novum mandatum, myſteria & revelationes. Lac & mel, pars prima & ſecunda. Dehortatio ad inconſtantes: Semita ad veram beatitudinem: Semita ad Cœlum: Memoriale miſericordiæ.
Vdalus, in Lamentationes.
Vineſius, Richardus: Tractatus de Inſtitutione, vera adminiſtratione & receptione Cœnæ Dominicæ.
Virelus, Rationes: (axiomata, fundamenta) Viſibilitas veræ Eccleſiæ.
Vſſerius Iacobus, Archiepiſcopus Armachanus: Corpus Theologiæ. fol. Chronologia V. T. volum. duo: Reſponſum ad Ieſuitæ provocationem: De dogmatibus Gotteſchalci, de primordijs: Epiſtolæ Hibernicæ: Methodus meditationum: Principia: Antiquitates Eccleſiarum Hibernicarum: Variæ Conciones: Iudicium de Extenſione mortis Chriſti: de Sabbatho: de Græca LXX. Interpretum Verſione ſyntagma: Chronologia Sacra Patriarcharum, Iudicum & Regum &c. de ſucceſsione Eccleſiarum Chriſtianarum in partibus Occidentis, à temporibus Apoſtolorum ad noſtra usque tempora: Hiſtoria Pelagiana.

W.

Walkerus, de Creatione: Clavis Scientiæ, contra Socinianiſmum.
Wallerus: Meditationes Theologicæ.
Wallus: Nemo præter Chriſtum.
Walliſius, contra Hobbæum.
Wardus Samuel Dr. & Profeſſor, Collegij Sidnei Præfectus: Opera Theologica: Sanctus uſus lapidis oneroſi, Sermones: contra Hobbæum: in Matthæum.
Wardnerus: Lucri amiſsio.
Warmiſtrius: ὁδηγὸς cœcus: Meditationes: ſal candidus.
Warrenus: Parſimonia ſpiritualis.
Warwicus: Meditationes.
Watſonus: Character Chriſtiani: Anatomia cordis: pia αὐτάρκεια.
Waltonus, Brianus, Epiſcopus 1. *Introductio* ad lectionem Linguarum Orientalium Heb. Chald. Samarit. Syriac. Arab. Perſic. Armen. Coptic 2. *Conſilium* de earum ſtudio feliciter inſtituendo, & de libris quos in hunc finem ſibi comparare debeant ſtudioſi 3. *Præfatio* de ijsdem Linguis, & de Textuum & verſionum, quæ in Biblijs Polyglottis habentur, antiquitate, authoritate & uſu. 4. Biblia Polyglotta, de quibus poſtea.

Wha-

VVhatelius: Prototypi: Regeneratio: Redemptio temporis: Advocatus hominis pauperis: Oleum lætitiæ: Veſtis curarum: Cautela pro avaris: Agricultura.
VVeakus. Fidelis animoſus.
VVebſterus. Deſtructio Academiarum; cui, ab alio reſponſum.
VVemſeus: opera.
VVellus: Proſpectus æternitatis: Anchora ſpei.
VVeſtfieldus: ſermones.
VVennellius: de Baptiſmo Infantum vi fœderis.
VVheterelus: ſermones quinque.
VVhetfieldus: contra Antinomianos: de Converſione Indorum.
VVhiteus, Franciſcus: Contra Fiſcherum: Directorium ad perfectionem: in Matthæum.
VVhiteus, Iohannes: Orthodoxa Eccleſia: in tria priora capita Geneſeos.
VVhilleſius. Paradiſus cœleſtis.
VVilcoxus: ſex ſermones.
VVilkinſonus. Tres decades Concionum.
VVilkins. Eccleſiaſtes: Elaboratum opuſculum ejusdem generis, ſed methodo diverſa, de precibus: pulchritudo Providentiæ.
VVilletus, Andreas: In Geneſin, Exodum, Leviticum; libros Samuëlis, Danielem, Epiſtolam ad Romanos: Synopſis Papiſmi: Tetraſtylon Papiſmi: de Gratia. *Exegetica ejus ſcripta eruditis valde placent.*
VVilliamus. Optima Religio: de Eccleſia: ſex ſermones.
VVilliſius. Meditationes Theologicæ.
VVilmerus: de Sacramentis.
VVilſonus. In Epiſtolam ad Romanos: Dictionarium ſacrum: Media ad fidem Sancti, per Vocationem: Zacheus converſus: Diſciplina liberorum.
VVingus. Profectus Sanctorum.
VVitherus. Pſalmi.
VVoodvvardus. Patrimonium liberorum.
VVoodbrigdu: de Iuſtificatione.
VVorſchippus. Tres ſermones.
VVootonus. Fuga à Roma.
VVrightus Abrahamus: Paſſiones animi: Commentarius Practicus in librum Pſalmorum.

Y.

Yarrovveſius: Corroborativa.
Yateſius: Imago mundi: Honoordonus Dei: Methodus Theologiæ.
Young, Robertus: de Sabbatho: contra ebrietatem: remedium contra contemtum.

Digitized by Google

tum: Victoria patientiæ: contra pejerationes: remedium præjudicij: præparatio ad Converſionem, Angliæ venenum.

Catalogus Realis.

Ita habet Catalogus *Perſonalis*; *Realis* ſequitur, qui ratione τρόπȣ μεθόδȣς vel eſt *Exegeticus*, vel *Scholaſticus*, iſque *Didacticus*, *Elencticus*, *Caſuiſticus*, *Hiſtoricus*. Ab *Exegeſi* exordimur, cui Anglorum ſubſervit induſtria vel *generaliter*, vel *ſpecialiter*. Ad *illam* claſſem pertinent ſcripta, quæ in univerſum elaborata ſunt contextum Sacrum, cujusmodi ſunt, 1. Annotationes Anglicorum Theologorum. 2. Roberti Clavis Bibliorum. 3. Commentaria Iohannis Tropp in Biblia. Duo tamen opera præ cæteris, haberi poſſunt Catholica. *Primò*, Biblia VValtoni Polyglotta; & quia non à quovis ad manus poſſunt haberi, gemminum hoc loco Operis inſeremus indicem; *ille* ordine Tomos, Tomorúmque materias ſuccinctè exhibebit; *hic* verò uſum, quem vel *generaliter* ad Sc. S. confert intelligentiam, vel, *ſpecialiter*, certos reſpicit textus & verſiones enarrabit. *Prioris* ergo hæc ſit anatomia, ut Apparatus præcedat, Textus ſequantur, Appendix denique agmen claudat. In *Apparatu* ſunt 1. *Chronlogia Sacra* à mundo condito ad Templi ſecundi & urbis Hieroſolymitanæ everſionem per Romanos. 2. Tractatus varij de antiquis *Nummis*, *Ponderibus* & *Menſuris* Hebræorum, Græcorum & Latinorum. 3. De *Idiotiſmis* ſive proprietatibus præcipuis Scripturæ S. 4. *Deſcriptio terræ Sanctæ*, cum ipſius tabula chorographica, & Virorum doctorum animadverſionibus in Tabulas Adrichomij. 5. Triſagion, ſive triplex *Templi delineatio*, una ex Scriptura juxta *Villalpandi* deſcriptionem, cum Templi Solomonis fabrica, & partibus ære inciſis, tribus tabulis comprehenſa; altera ex *Ioſephi* mente & diſcriptione; tertia ex Iudæorum *Talmudicorum* deſcriptione, quæ unica tabula exprimuntur. 6. *Hieroſolymæ* Veteris deſcriptio juxta Villalpandum 7. Prolegomena ſpecialia ad Biblia polyglotta ſpectantia, cujusmodi ſunt *a.* de *Linguarum Natura*, Origine, diviſione, numero, mutationibus & uſu. *b.* De *Literis*, ſive Characteribus, ipſorum uſu mirabili, origine & inventione prima, & diverſitate in Linguis præcipuis. *c.* De Lingua *Hebraica*, ejus antiquitate, conſervatione, mutatione, præſtantia & uſu, Characteribus antiquis, punctiſve vocalibus & accentibus. *d.* De *Bibliorum editionibus* præcipuis. *e.* De Bibliorum *Verſionibus*. *f.* De Variantibus Scripturæ *Lectionibus*. *g.* De textuum Originalium *Integritate* & authoritate. *h.* De *Maſora*, Ceri & Cetib, varijs lectionibus Orientalium & Occidentalium, Ben Aſcher & Ben Nephthali, & Cabbala. *i.* De Verſione *Græca* LXXII. Interpret, aliiſque Græcis Verſionibus. *k.* De Verſione *Vulgata Latina*. *l.* De Pentateucho *Samaritano* ejúsque Verſionibus. *m.* De Lingua *Chaldaica* & Verſionibus Chaldaicis. *n.* De Lingua *Syriaca* & Verſionibus Syriacis. *o.* De Lingua *Arabica* & Verſionibus Arabicis. *p.* De Lingua *Æthiopica* & Verſionibus Æthiopicis. *q.* De Lingua *Perſica* & Verſionibus Perſicis. Ad Textum pertinet, *Tomus primus*, ubi *Pentateuchus Hebraicus* cum Verſione Pagnini, *Chaldaicus* cum Verſione, *Samaritano. Hebræus* & *Samaritano*,

Digitized by Google

uno. *Chaldaicus* cum verſionibus & notatis differentijs; *Syriacus*, *Arabicus*, *Græcus*, cum Verſionibus, *Latinus* Vulgatus.

Tomus II. ubi libri, *Ioſuæ*, Iudicum, Ruth, Samuelis II. Regum II. Paralipomenon, Eſræ, Nehemiæ, Eſther; *Hebraicè*, cum *Verſione*, *Græcè* cum Verſione, *Chaldaicè*, cum Verſione (exceptis libris Paralipomenon, Nehemiæ & Eſræ) *Syriacè*, cum Verſione, *Arabicè*, cum Verſione, *Latinè*, Vulgat.

Tomus III. ubi, libri *Iobi*, Pſalmorum, Proverbiorum, Eccleſiaſtæ, Cantici Canticorum, Eſajæ. Ieremiæ, Ezechielis, Danielis, Hoſeæ, Ioëlis, Amoſi, Obadiæ, Ionæ, Micheæ, Nahumi, Habacuci, Zephaniæ, Haggæi, Zachariæ, Malachiæ, omnes *Hebraicè*, *Chaldaicè*, *Syriacè*, *Arabicè*. *Græcè*, cum Verſione, excepto Daniele, qui nullam habet Paraphraſin Chaldaicam: Pſalterium & Canticum etiam *Æthiopicè* ſunt verſa.

Tomus IV. ubi Libri tum *Apocryphi*, Oratio Manaſsis *Latinè* & *Græcè*: Eſræ tertius, *Latinè*, *Græcè*, *Syriacè*: Eſræ quartus *Latinè*: Tobiæ, *Latinè*, *Græcè*, *Hebraicè*, ex Fagij & Munſteri Editione; *Syriacè*: Iudith, *Latinè*, *Græcè*, *Syriacè* cum Verſione: Eſther *Græcè*, *Latinè*: Sapientia, *Græcè*, *Latinè*, *Syriacè*, *Arabicè*: Eccleſiaſticus *Latine*, *Græce*, *Syriace*, *Arabice*: Epiſtola 1. & 2. Baruchi, *Latine*, *Græce*, *Syriace*, *Arabice*: Danielis fragmenta *Latine*, *Græce*, *Syriace*, *Arabice*: Machabæorum primus, *Latine*, *Græce*, *Syriace*: ſecundus totidem verſionibus, accedit tamen *Arabica*: Tertius, totidem extra Arabicam; tum Canonici, ut Pentateuchus *Chaldaicus* Ionathanis Ben Vziel, Hieroſolymitanus; *Perſicus* Tauſij, uterque cum Verſione.

Tomus V. ubi libri Novi Teſtamenti, *Græce*, *Latine*, *Syriace*, *Æthiopice*, totius cum Verſionibus Latinis. *Perſice*, quatuor Evangelia.

Appendice exhibentur I. Tractatus de Codicum *Hebræorum varijs lectionibus*, quæ Keri & Ketib dicuntur, earum origine & numero &c Item de variantibus lectionibus Orientalium & Occidentalium, Ben Aſcher & Ben Nephthali, cum ſingularum Catalogis, *Paraſcharum* item & *Haphtharum* Tabulis. II. *Chaldaicæ* Paraphraſeos Editionis Anglic. cum illa in Biblijs Regijs, collatio, ubi diſcrepantiæ annotantur, cum annotationibus & obſervationibus doctiſsimis. III. *Syriacæ* Verſionis V. T. cum alijs Vetuſtis Codicibus Syriacis, MSS. Vſſerianis, Pocockianis & Cantabrigienſi collatio, cum Notis & obſervationibus ad loca variantia. IV. Pentateuchus *Samaritanus*, cum textu Hebraico collatus, diſcrepantiæ omnes collectæ, loca etiam, in quibus Textus Samaritanus cum Verſione Græca τῶν ό convenit, uterque verò ab Hebræo differt. V. Annotationes & obſervationes doctiſsimæ in *Pſalmos*, *Canticum Canticorum* & *Novum Teſtamentum* Verſionis *Æthiopicæ*. VI. *Annotationes* & Obſervationes doctiſsimæ ad Textum & Verſionem *Samaritanam* ſpectantes. VII. Annotationes in *Pentateuchum*, *Perſicum*, & in 4. Evangelia Perſica. VIII. *Arabica* Verſio Pentateuchi, cum R. Saadiæ Verſione, tam quæ in Codicibus MSS. quàm quæ in Biblijs Conſtantinopolitanis extat, collata. IV. *Flam. Nobilij* notæ in *Græcam*.

LXXII. Editionem Romanam,in quibus ex Antiquis Eccleſiæ Scriptoribus,& libris tam MSS.quàm impreſsis *Hebraicis,Græcis,Samaritanis, Latinis,Syriacis,Chaldaicis*,&c. Textus explicatur, vel confirmatur, quibus varia à Nobilio prætermiſſa ex Scholijs Romanis, *Iohanne Druſio*, & alijs,vel Latinè tantùm ab ipſo ex Græcis ſcriptoribus eruta,ipſorum ſcriptorum verbis adductis, ſunt adjecta. X. *Editio Romana* LXXII. cum aliis Editionibus hodiernis,*Veneta,Complutenſi*,ex quibus reliquæ profluxerunt, & cum quibuſdam MSS.exemplaribus collata, omniáque loca variantia collecta. XI Ejuſdem collatio cum alijs MSS. vetuſtiſsimis, *Cottoniano* per Geneſin, *Cantabrigienſi* per libros Chronicorum, *Rupifucaldiano* per Eſajam, *Cardinalis Barbarini* per minores Prophetas. XII. Andreæ *Maſij* notæ in Ioſuam cum Aſteriſcis,obelis,Lemniſcis,Hypolemniſcis,&c. ex vetuſtiſsimo exemplari Syriaco,ante mille annos exarato, collato. XIII. *Lovanienſium* Theologorum collationes Vulg. Lat. V.T. cum alijs exemplaribus, item cum textu Hebraico, Græco, Syriaco, & Latinis Eccleſiæ Patribus. XIV. *Patricij Iunij* annotationes quas paraverat ad Mſc. Alexandrini Editionem,in quibus Codicem illum antiquiſsimum, cum textu Hebraico & Veteribus Eccleſiæ ſcriptoribus, aliiſque Græcis Editionibus confert XV. Ex Viri ſummi, *Hugonis Grotij* annotatis in *univerſam Scripturam* Sacram excerpta de locis variantibus, cum ejudem. de ſingulis judicio. XVI. *Variæ lectiones Græcæ* N.T. tam quas collegerat *Rob. Stephanus* ex XVI. Codicibus MSS.quàm ex plurimis alijs vetuſtiſsimis exemplaribus collectæ, & in unum corpus digeſtæ. XVII. *Lucæ Brugenſis* libelli duo de Græcis & Latinis varietatibus Evangeliorum,& *Lovanienſium Theologorum* collationes Vulg.Lat.N.T. cum Græco,Syriaco contextu & Latinis ſcriptoribus. XVIII. In *Syriacam Verſionem* N.T.notæ *Martini Troſtij*,ex varijs Codicibus collectæ,cum alijs quibuſdam à VValt. nuper adjectis. XIX. *Propriorum nominum* Hebraicorum,Chaldaicorum, Græcorum, explicatio. XX. *Rerum & Verborum* per totam Scripturam Index ſecundùm libros,Capita & Verſus.

Alter *Index*,& textus nobis ſingulos ordine ſiſtit,& ſubſidia ſive Claſſes eoſdem referendi ſubminiſtrat. Textus autem in opere hoc occurrunt, I. *Hebraicus*. A. in totius veteris Teſtamenti libros Canonicos.

B. Ex Apocryphis Hebraicè extat bis Tobias. Ad hunc *textum ejusque explicationem* ex Apparatu pertinent,quæ dicuntur N.VII.S.4 5.6.7.8. Append. verò n.1. II. *Chaldaicus*, ubi habemus 1. In *Pentateuchum*, Thargum Onkeloſi,Ionathanis,Hieroſolym. 2. In *Prophetas*, Vzielidis. 3. In *Hagiographa* (exceptis Paraleipomenis,Eſdra, Nehemia, Daniele) Ioſephi Cæci. Huc pertinent in Apparatu N.VII.S.12. Append.N.2. III. *Samaritano-Hebræus & Chaldæus*. In *Pentateuchum* quem ſolum agnoſcunt. Huc facit, ex Appar. N.VII. S.11. Append. N 4.& 5. IV. *Syriacus* 1. In *Vetus* Teſtamentum Canonicum. 2. In *Novum* Teſtamentum Vniverſum. 3. In libros *Apocryphos*, exceptis Oratione Manaſ-

ſis

ſis, quarto Eſræ, Fragmentis Estheræ; Ex Appar huc refer. N. VII. S. 13. Append. N. 3. V. *Arabicus.* In *Vetus* & *Novum* Teſtamentum, exceptis libris quibusdam Apocryphis, Oratione Manaſsis, Eſræ tertio & quarto, Iudith, Fragmentis Estheræ, primo & tertio Macchab. Apparat. N. VII. S. 14. Append. N. VIII. VI. *Perſicus.* 1. In *Pentateuchum.* 2. In *Evangelia* quatuor. Appar. N. VII. S. 16. Append. N. VII. VII. *Æthiopicus.* 1. In *Pſalterium.* 2. In *Canticum Canticorum.* 3. Totum *Novum Teſtamentum.* Apparat. N. VII. S. 15. Append. N. VI. VIII. *Graecus.* In *Vetus* & *Novum* Teſtamentum, libros Canonicos & Apocryphos, excepto libro Eſræ quarto. Appar. N 7. S 9. Append. N. 9. 10 11. 12. 14. IX. *Latinus* 1. *Pagnini* interlinearis 2. *Vulgatus.* 3. quilibet textus ferè ſuam habet verſionem. Apparat. N. 7. S. 5. 10. de Vulgata Latina Append. N 13. Porrò notæ cæteræ inſerviunt vel utrique Teſtamento, ut in *Apparat.* Num. a. de *Linguis*, b. *Literis* Append. N. 5. c. de *Verſionibus* n. 7. de *Originalium textuum Integritate* 10. De *Verſione Vulgata* 12. *Chaldaica* 13. *Syriaca* 14. *Arabica* 15. *Æthiopica* 16. *Perſica, &c.* Append. N 15. Et Hugonis Grotij; N. 15. Vel *Veteri* tantùm, in Apparat. n. 3. de *Lingua* Heb. 4 de *Editionibus*: N. 6, de *variantibus lectionibus*. N. 8 de *Maſora*, Keri & Ketibh. N. 9. de Verſionibus *Græcis*. N. II. Pentateucho *Samaritano* Append. N. I. de codicum variorum varijs lectionibus &c. Vel *Novo* tantùm, Append. N. 16. Variæ lectiones Græcæ N. 17. Lucæ Brugenſis varietates Evangeliorum &c. N. 18. In Syriacam Verſionem notæ Troſtij, annotationes in quatuor Evangelia Perſica. &c. *Præparatoriæ* & *Iſagogicæ* in Vniverſum contextum Notæ concernunt A Hiſtoriam ſacram, *Appar.* N. 1. 5. B. Nummos, pondera, &c. N. 2. C. Idiotiſmos ſc. S. 3. D. Deſcriptionem terræ ſanctæ, N. 4. E. Triſagion; N. 5. F. Hieroſolymæ Veteris deſcriptionem; N. 6. G. Explicationem Nominum Propriorum Append. N. 19. H. Indicem rerum & verborum Scripturæ; N. 20 Quibus accedit Lexicon. Alterum opus Theologiæ Exegeticæ Catholicum eſt Critica ſacra novem magnis in folio conſtans voluminibus Londini, ſex Typographorum opera conjuncta, impreſſum. Qui collatis aliquot annorum laboribus illud accurârunt Authores, ſunt Iohannes & Richardus Pearſon, Antonius Scattergoud & Franciſcus Goiddman. Textus quidem Biblicus non recenſetur; Singulorum tamen capitum & verſiculorum numerus ex ordine notatur, & ſingulis accurata ſerie Criticæ annotationes ſubjiciuntur, ex ſequentibus, quos ordine Alphabethico dabimus diſtinctos, Scriptoribus concinnatæ. *Ader*, Guilhel. *Allatius*, Leo, *Amama*, Sixtinus. *Badvellus*, *Bayne*, Rodolphus; *Bertramus* Cornelius, *Brerevvood*, Edu. *Burgenſis*, Lucas, *Buter*, Ioh. *Caninius*, Angelus, *Camero*, *Capelli*, Ludovicus & Iacobus, *Clarius*, Iſidor. *Caſtalio*, *Cloppenburgius*, *Codurcus*, Philipp. *Cunæus*, Pet. *Druſius*, Iohannes, *Eraſmus*. *Faber* Nicolaus, *Fagius* Paulus, *Forerius* Franciſcus, *Freberus*, *Fullerus* Nicolaus, *Gentilis*, Albericus, Gothofredus, Iacobus, *Grotius*, Hugo, *Gualtperius*, Otto, *Gregorius*, Iohannes, *Hæſchelius*, David; *Helvicus*, Chriſtoph. *Hoſtus*, Matth. *Van der Linden*, An- *Critica ſacra.*

ton. *Livelæus*, Edoard. *Klebitius*, Guilhel. *Maſius* Andreas, *Moncæus*, Franciſcus *Munſterus*, Sebaſtianus, *Montanus*, Arias. De Muis, Simeon. *Nebriſſenſis*, Antonius. *Pithæus* Petrus, *Priœus* Iohannes, *Petitus*, Samuel *Rittersbuſius*, Greg. *Rothardus* Michaël, *Revius* Iacob. in Vallam. *Scaliger*, Ioſephus, *Scultetus* Araham; *Stephanus*. Henricus; *Schickhardus*, *Stunica*, Iac. Lopides. *Vatablus*, Franciſcus, *Varrerius*, Caſpar, Villalpandus; *Vſſerius*; *VVrenn*, Matthæus. *Zegerus*, Nicolaus; *VVaſerus*, Caſperus.

Specialis Catalogus eos enarrat authores, qui in ſingulos diſtinctè Sacræ Scripturæ libros Canonicos ſcripſerunt Commentaria, quales ſunt,

In *Pentateuchum* Henricus Ainsworth. Arthur Jackſonus. Ep. Babingtonus.

In *Geneſin*. Andreas VVilletus. D. Shutt. D. VVheatlæus.

In *Exodum*. VVilletus. Arthur Lake, in cap. XIX.

In *Leviticum*. VVilletus.

In *Numer*. Guilielmus Atterſol.

In *Ioſuam*. Arthur Jackſon. Iohann. Mayerus.

In *Iudicum*. Ioh. Mayer. Richardus Rogerius.

In *Ruth*. Ioh Mayer, Thomas Fullerus. D. Topſelius.

In *libros Samuelis*. Ioh. Mayer. Andreas VVilletus.

In *lib. Reg. chron. & Eſram*. Ioh. Mayer.

In *Nehemiam*, Ioh. Mayer. D. Pilkington.

In *Eſther*. Iohan. Mayer.

In *Iobum*. Ioſephus Caryl, 12. conſtat voluminibus, in quarto.

In *pſalmos*, Henricus Ainsworth. Dikſonus. VVilioxus. Ioh. Poord. Robertus Rothocus. Ab. VVright.

In *Proverbia*. Robertus Baynus. Thomas Cartwrightus. Ioh. Dod, Robertus Holcot. D. Iermin. VVyliox. Fr. Taylour, D. Mayer.

In *Eccleſiaſten*. Hugo Broughtonus. Thomas Grangerus, Guilielmus Pemble, Ioh. Cottonus. D. Iermin.

In *canticum*. Henricus Ainsworth. Thom. Brightmannus. Ioh. Cottonus. Paulus Scherlogus. D. Robothamus. D. VVilliam Guild. D. Richardus Sibbſius.

In *Ieſajam*. D. Day; in folio.

In *Threnos Ieremiæ*. Iohannes Vdal. Hugo Broughtonus.

In *Ezechielem*. Guil. Greenhill, continuatur hodie, jam conſtat 4. voluminibus in quarto, ad caput uſque trigeſimum.

In *Danielem*. Hugo Broughton, Andreas VVillet, D. Parkerus. D. Huettus.

In *Prophet. minores*. D. Ioh. Mayer. Iohannes Hutchinſonius, Scotus.

In *Hoſeam*. Richardus Sibbſius. Ieremias Bourroughs.

In *Ioëlem*. D. Topſelius.

In *Obadiam*. D. Edwardus Marbury.

In *Ionam*. Epiſcopus King. Epiſcopus Abbotus.

In

In *Habakuk*. Guil. Atterſol. D. Marbury. M. Strong.
In *Haggæum*. Ioh. Rainoldus.
In *Zachariam*. Guil. Pemble, Edwardus Reinolds, nunc Epiſcopus Norwicenſis.
In *Malachiam*. Richardus Stock. Guilielmus Slaterus.
In 4. *Evangelia*. Thomas Cartvvrightus. Ioh. Mayer. Ioh. Trap. D. Ligthfoot.
In *Evangel. Matthæi*. D. VVard, David Dixonus.
In *Evangel. Ioh*. Iohannes Hutchinſonus.
In *Acta*, Ioh. Mayer. Ioh. Trap.
Ad *Roman*. Stapletonus D. Edioth. D. Parr. D. VVilſon. Andreas VVilletus. Edvvardus Eltonus.
Ad *Corinth*. Dr. Day. Guilielmus Slaterus. Thom. Stapletonus, Dr. Richardus Sibbſius, M. Clements.
Ad *Galatas*. Guil. Perkinſus. Robert. Rollocus.
Ad *Epheſ*. Paulus Baineſius. Robert Rollocus. Rob. Bodius.
Ad *Philipp*. Henricus Airay.
Ad *Coloſſ*. Nic. Byfield. Thom. Cartvvrightus. Ioh. Davenantius. Edvvardus Eltonus, Robertus Rollocus, Paulus Baineſius.
Ad *Theſſalon*. Dr. Guil. Slaterus, Ioh. Iaellus, Robertus Rollocus, Petrus Stevartius. Mr. Bradſhavv.
Ad *Timotheum*. Dr. Berlovv.
Ad *Titum*. Thomas Vaylour.
Ad *Philem*. Guil. Atterſol. Daniel Dyke.
Ad *Hebræos*. David Dixon. D. Luſhingtonus, D. Gouge. Epiſcopus Iones, D. Bourroughs.
In *Iacob*. Ioh. Mayer. Thomas Mantonus.
In 1. *Petri*. D. Rogerius Dedhamenſis, Nicolaus Byfield, Iohann VVinkelmannus.
In 2. *Petri*. Thomas Adami. D. Sympſonius.
In 1. *Iohannis*. Iohannes Cottonus. D. Hardie.
In *Epiſt. Iudæ*. Guil. Perkinſus, Andreas VVilletus. Thomas Mantonus, Guilielmus Ienkinſus. Samuel Oats.
In *Apocalypſin*. D. Alabaſter. Thom. Brightmannus, Guil. Covvperus. D. Dennius, D. Forbeſius, Ioſephus Mede. Guil. Perkinſus in 3. priora cap. D. Stevens. D. Napierus, Scotus.

Scholaſtici, qui Methodo Scholaſtica, id eſt, artificiali ſcripſerunt, ſunt vel *Topici*, qui locos communes ordine pertractant, ſive omnes, ſive quoſdam; (de quibus poſtea) vel *Catechetici*, ut ſunt Catechiſmus Iohannis Ball, Pauli Bailij, Thomæ Cartvvrighti, Guil Fenneri, Guil. Atterſol, Richardi Baxteri, Samuelis Crekij. Epiſcopi Andreæ, Archiepiſcopi Vſſerij. *Elenchtici* alij 1. *Pontificios* op- 2. *Scholaſtici*.

pugnârunt,ut Ameſius, Perkinſus, Prideauxius, Raynoldus, Vſſerius. VVhitakerus: quo pertinent Colloquia & Diſputationes Abboti & Epiſcopij; Chillingvvorthi & Knotti: Iuvelli & Hardingi: Raynoldi & Harti: VVhitij & Fiſcheri: Humfredi & Duræi, VVhitakeri & Campiani,&c. Alij 2. *Socinianos*. Cheynellus in Hiſtoria Socinianorum, & de Trinitate. Alij 3. *Remonſtrantes*, ſive *Arminianos*, Abbotus, Ameſius contra Grevench. Bayleus Antidot contra Arminianos. Davenantius Epiſcopus animadverſ. in Hoardum, D.Featlæus in Pelagio redivivo. Huttonus Epiſcopus. Twiſſus in Vindicijs. Alij 4. *Anabaptiſtas*, Ainſvvorth, Baxter, Baylæus, Blackius, Brinsléus, Cockius, Cottonus, Featlæus, Geréus, Huſſeus, Marſchall Alij 5. *Antinomos*, Geréus contra Criſpum, & Hiſtoria Antinomorum: Burgeſius, Gatakerus, Thomas Bedford, VVithel. Hindus, de uſu legis Moralis, D. Taylor, Sedgvvickus &c. Alij 6. *Epiſcopos*, & regimen Epiſcopale, Paulus Bayn, Cathervvod in altari Damaſceno, Thomas Cartvvricht, Parckerus, Smectymnus. Alij 7. *defenderunt Epiſcopos*, Bancroft, Bilſon, Dovvnham, VVhitgift, Hallus Epiſcopi; Burgeſius, Maſon, Haylin, Taylour, Doctores. Alij 8. *Presbyterianos*: jus Divinum regiminis Eccleſiaſtici Miniſtrorum Londinenſium, Vindiciæ Bailij, Reſponſum ad D. Bramhill, Bagetti defenſio regiminis Eccleſiaſtici, Aſſertio Gilliſpy regiminis Scotici. Alij 9. *Contrà*; onus Iſachar: Declaratio de regimine Eccleſiaſtico Presbyteriali: Bramhill contra regimen Scoticum: Matth. Sutlivius de Presbyterio. Alij 10. contra *Independentes*, Ballus, Eduvvarti argumenta & Apologiæ, Baylius, Stevvardus, Hudſonus, Hearleus, Rathbandus. Alij 11. *pro Independentibus* ſcripſerunt, Ainsvvorth, Cam, Robinſonus, Cotton. clavis Eccleſiæ: Ioh. Goodvvyn reſponſum ad Antapologiam: Matheri & Thomſoni reſponſum ad Hearlæum, VVelli reſponſum ad Rathbardum. Ioh. Beverley contra Hornbeckium Alij 12. pro *Tremulis*, ut Ameſij & Foxijs quædam ab agyrtis maleferiatis hinc inde ſparſa; Foxij oratio ad Regem Carolum II. Alij 13. contra, ut Iohannes Timſonus,&c.

3. *Caſuiſticus*. *Caſuiſtici* plures ſunt. Præter Guilielmum Ameſium, Guilielmum Perkinſum, Henricum Hammondum, varios in ſcriptis & Commentarijs ſuis Caſus pertractârunt Theologi ſequentes: Lancelotus Andreas, Epiſcopus VVintonienſis,&c. Epiſcopus Babingtonus, Paulus Baineſius, Dentius, Iohannes Dod, Robertus Cleaverus: D.Greenvvood: Henricus King: Iohannes Mayerus: Thomas Adami: Nicolaus Bifield; Arthur Iackſonus: Edoardus Eltonus: D.Robertus Vineſius: Guilielmus Atterſol. Thomas Hall: D. Gougius: Dr. Hookerus: D. Hayvvood: Dr. Gill: Ieremias Dyke: Guilielmus Pemble: Dr. Bradſchavv: Epiſcopus Ioſephus Hall: Mr. Scharrock: Cartvvrightus: Epiſcopus Ieremias Taylour &c. Et quia caſús ad quatuor capita Catechetica referri commodè poſſunt, extant in 1. Orationem Dominicam, Andreas Epiſcopus, Babingtonus Epiſcopus, Baineſius, Dentius, Dodus, Dr. Gou-

Dr. Goughius, Groenhout, Henricus King, Ioh. Mayer; Perkinſus. In 2. Symbolum: Thomas Adami: Babingtonus: Bifeild: Iackſonus: Mayerus, Perkinſus. In 3. Decalogum. Lancellotus Andreas, Babingtonus, Dod, Eltonus, Mayerus, Perkinſus. In 4 doctrinam de Sacramentis, VVilhelmus Atterſol &c. de his poſtea in Indice Alphabetico.

A. *Alphabethicus Index materiarum; addi poteſt, & cur.*

Hiſtorici celeberrimi ſunt Vſſerius, Edoard. Simſonius. *Alphabeticus* etiam rerum ſive Materiarum adornari poteſt Index, qui in Theologia, Practica præcipuè, propterea negligi non debet, ut ad manum ſtatim haberi poſsint authorum, qui de themate noſtris uſibus ſervituro, ſcripſerunt, nomina, quòsque non Angli modò ipſi, ſed & exteri Theologi cæteris præferunt. Ita, verbi gratia de 1. *Abnegatione ſui ipſius*, Reynoldus Dr. in Matth. 16. v. 24. Hookerus: Ieremias Bourroughs, Abnegatio ſui, Moſis electio: Dr. Preſtonus, abnegatio ſui: Suſceptio crucis; Dr. Hammondus. De 2. *Æquitate*: Perkinſius; de æquitate Chriſtiana: Dr. Sanderſonus, conciones ad Magiſtratum: Dr. Donnus in Roman. 13. v. 7. De 3. *Affectibus*: Reynoldus; Tractatus de Paſsionibus ſeu affectibus: Guilielmus Fennerus, de affectibus: Thomas VVrightus, de paſsionibus animi. De 4. *Amicitia*, Dr Donnus in Rom. 12.20. De 5. *Animæ immortalitate*, Kenelmus Digbæus, Ioh. Iackſonus defenſio immortalitatis animæ. De 6. *Apoſtaſia*: Guilielmus Pembléus: Thomas Goodvvynus, Apoſtaſiæ periculum; Dr. Featlæus in Ezechiel. 18.24. Medus, de Apoſtaſia ultimorum temporum. De 7. *Arbitrio*, Perkinſius, de libera Dei gratia, & libero hominis arbitrio, Iohannes Bradfordus, Colloquium inter Prædeſtinationem & liberum Arbitrium: Iohannes Veronus, Tractatu de Libero Arbitrio. De 8. *Atheiſmo* Smithæus, Sagittæ, Martinus Fotherbæus. Atheo-maſtix Iohannes VVeemuſt de Atheo. De 9. *Avaritia*, Dr. Preſtonus, Remedia contra avaritiam: Dr. Stoughtonus Baruci lacrymæ apertæ: Robertus Harriſius, Remedia contra Avaritiam, Ieremias Dyke, Antidotum contra Avaritiam. De 10. *Αὐθαδείᾳ*: Rogerius, Hiſtoria Naamanis, Dyke, de Corde, Epiſcopus Hallus de magno Impoſtore, in Ierem. 17.9. Dovvnhamus, Spiritualis ſtatio. De 11. *Αὐταρκείᾳ*, Dr. Taylour, Epiſcopus Hallus, Henricus Maſonus, Burroughus.

B.

De 1. *Baptiſmo*, Rogerius, Dr. Burgeſius, de Regeneratione Baptiſmi, Iohannes Dovvn, de fide infantum, Samuel Hieronus, de baptiſmo Eunuchi Actor 8.36.37. De 2. *Bono ſummo*, Reynoldus tractatus tres, Dr. Stoughtonus, Beatitudo hominis. Ius juſtificatorũ ad beatitudinem; Robertus Boltonus, tractatus de vera felicitate. Iohannes Dovvnhamus, de varietate rerum mundanarum.

C.

De 1. *Cælibatu*, Smithæus; Iohannes Dovvnhamus. De 2. *Certitudine ſalutis*, Coleſius, Certitudo piorum, Greenhamus, Signa hominis juſtificati, Certa electionis ſigna, Perkinſius; Tractatus declarans ſitne homo in ſtatu gratiæ, nec ne, Tractatus alius, ſolvens caſum, unde homo ſcire poſsit, ſe ex fi-

lijs

Digitized by Google

lijs Dei eſſe: Samuel Hieronus, Demonſtratio adoptionis in 1. Ioh. 3. 1. Adoptio Spiritualis 1 Ioh. 3. 1. In 1. Theſſ. 5. v. 19. Byfieldus, Signa hominis pij & impij, Certitudo amoris Divini & Salutis humanæ, Timotheus Rogerius, Ius juſtificatorum ad cœlum, Robbertus, de Iure Fidelium, VVilhelmus VVhateléus, de Agno Dei. De 3. *charitate*, Dr. Preſtonus, de Charitate, Guilielmus Pembléus, Charitas Chriſtiani, Dr. Sanderſonus in 1. Timoth. 4 4. Pincxius, probatio Charitatis Chriſtianæ, Dr. Donnus in 1. Cor. 16. 22. De 4. *chriſto*. Vſſerius Archiepiſ. de Incarnatione Chriſti, Caſaubonus, de eadem, Dr. Iackſonus, de Humiliatione Filij Dei, Thomas Godvvynus, De Chriſti morte, reſurrectione & aſcenſione, Andreas Epiſcopus, Laxéus Epiſcopus, Dr. Donnus, Sermones Natales & Paſsionales, Bilſonus Epiſcopus, de Paſsione Chriſti, Henricus Iacobus, de Paſsione Chriſti. De 5. *cœna Domini*. Ieremias Dyke, dignus communicans, Rogerius, Dodus, Dr. Preſtonus, Samuel Boltonus, Guil. Pembleus, Introductio ad Sacramentum, Guilielmus Bradſchavv, præparatio ad communicationem corporis & ſanguinis Chriſti: Thomas Mortonus, de Cœna Domini, Dr Goughius, de eadem: Dr. Reynoldus: Meditationes de Cœna Domini, Guilielmus Couperus: Præparatio: Guilielmus Fennerus, pœna indignè communicantium: Officium Communicantium: Cudvvorthus, de vera notitia S. Cœnæ: Iohannes Dovvnhamus contra Tranſſubſtantiationem: Philippus Goodvvynus. De 6. *cognitione Dei*: Perxinſius, declaratio veri modi cognoſcendi Chriſtum crucifixum: Guilielmus Pemblei Malum ignorantiæ: Dr. Featlæus in 1. Cor. 2. 2. De 7. *conſcientia*: Perxinſius, Tractatus de Conſcientia: Samuel VVardus, Balſamum Gileaditicum: Ieremias Dyxe, Guilielmus Fennerus, Dr. Hammondus, Harriſius, Iudæ miſeria in Matth. 27. 3, Sancti Pauli Exploratio, ejuſdem fiducia Act. 21. 16. Acquiſita, cuſtodita & uſurpata bona conſcientia in Heb. 13. 18. Richardus Bernhardus, Chriſtiani attendite ad conſcientiam: Schefieldus, bona conſcientia fortiſſimum munimentum. De 8. *creatione*: Georgius VValxerus, de externis Dei operibus, Thomas Iackſonus.

D. De 1. *deſertione*, Symondus, de ſtatu & curatione animæ deſertæ: Robertus Boltonus, Inſtructio pro afflictis conſcientijs, Dr. Sibbſius, propriæ animæ pugna, arundo conquaſſata: Greenhamus: Conſolationes pro afflictis Conſcientijs: Garrovvus, ſolatium Principale: Ioh. Hayvvardus: fortis auxiliator, Thomas Goodvvynus: Filius lucis, VVhateléus, oleum lætitiæ. De 2. *Deo*, *Attributis Dei, &c.* Dr. Preſtonus, Tractatus de eſſentia Divina, ejuſque attributis ſive proprietatibus, Edoardus Leigh, Tractatus de Deitate, Samuel Hieronus, Poſteriora Iehovæ, Dr. Iackſonus, Tractatus de Eſſentia Divina & ejus attributis, Thomas Mortonus, Tractatus de Natura Divina, Ieremias Burroughus, Dominus Zebaoth, Ioſua Meedus: Sanctificatio nominis Divini, Dr. Preſtonus, de plenitudine Dei, Richardus Stocxius, Tractatus de

At-

Attributis Dei: Dr. Cheynelius: Hugo Broughtonus de Trinitate: Hillius collectio ex Zanchio de Tribus Elohim. De 3. *Divortio*; Edmundus Bunnius, de Divortio ob adulterium, &c. novum vinculum: Miltoni, Tractatus Vindicatio, Tetracheedon, Dove. De 4. *Dubitatione*; Babingtonus Epiſcopus, Perkinſij pugna inter carnem & Spiritum: Dr. Sanderſonus in Rom. 14.23.

De 1. *Ebrietate*; Harriſius, Poculum ebrioſi in Ieſ 5.11. Ioh. Dovvnhamus, contra ebrietatem. De 2. *Eccleſia*; Dr. Fieldus: Dr. Iackſonus: Epiſcopus Mortonus: Iohannes Randallus: Dr. Preſtonus, de Eccleſiæ dignitate & officio. De 3. *Eleemoſyna*. Iohannes Dovvnhamus, Intercesſio pro pauperibus: Guil. VVhateléus, Advocatus pauperum: Epiſcopus Andreas & Epiſcopus Hallus in 1 Timoth. 6.17. Robertus Harriſius, Vetus Religio. De 4. *Errore*; Samuel Boltonus, de Errore: Burroughus, Irenicum: Davenantius Epiſcopus; adhortatio ad communionem.

De 1. *Famæ defenſione*; Greenhamus in Proverb. 22. v. 1. Gatakerus in Eccleſiaſtæ cap. 7. v. 1. De 2. *Fœdere Gratiæ*, Dr. Preſtonus, Ioh. Cottonus, Ioh. Ballus, Bulkléus de Fœdere Evangelico, Epiſcopus Dovvnhamus, de Fœdere Gratiæ, Harriſius, Tractatus de Fœdere. De 3. *Fide*, Ioh. VVilſonus, Media ad fidem: Thomas Ballus: Dr. Preſtonus, Pembelius, D. Iackſonus, Ioh. Dovvnhamus, Iohannes Cottonus & Samuel VVardus de vita fidei, Ezech. Culvervvellus, Tractatus de Fide, Thomas Goodvvinus, Motiva ad fidem, Perkinſius, in Heb. 11. Granum Sinapi, Thomas Shepheardus, Sanus credens, (ſanus fidelis) De 4. *Fiducia*, Harriſius, Davidis ſolatium in Ziklag.

De 1. *Gaudio*, Gatakerus in Pſalmum 97. v. 11. Guil. Couperus; Cœlum G. apertum: Dr. Donnus in Pſalm. 32. 10. 11. De 2. *Gratiæ progreſſu*, Thomas Goodvvinus, de accremento in gratia: Dr. Taylor, de progreſſu Sanctorum: Obadias Sedguoickius, conſilium Chriſti ad Eccleſiam ſuam militantem.

De 1. *Hæreſi*, ſermones varij Sedgevvickii, Crangordij, Vineſij, Clarkij, &c. De 2. *Homine*; Ioh. VVeemus, Delineatio (pictura) hominis: Antonius Nixonus, de dignitate hominis, De 3. *Homicidio*, Sym. Præſervatica vitæ: Dr. Donnus, Βιοθάνατος. De 4. *Hoſpitalitate*, Dalechampus, de Liberalitate Chriſtiana. De 5. *Humilitate*; Cavvdréus, Humilitas Sanctorum: Featlæus in Matth. 5.3. Epiſcopus Hallus, de caſu ſuperbiæ, in Proverb. 29.23.

De 1. *Idololatria*; Ioh. VVeemus de Idololatria: Perkinſius: Cautela contra Idololatriam ultimorum temporum. De 2. *Iejunio religioſo*, Maſonus de Chriſtianorum & Epicuræorum jejunio, variæ conciones de jejunio coram Parlamento habitæ. De 3. *Integritate*, vide, de *Æquitate*. De 4. *Ira*, Greenhamus de *Ira*, Iohannes Dovvnhamus, Tractatus contra iram. De 5. *Iudicio ultimo*: Greenvvodus, de die univerſalis judicij: Samuel Smit; de adventu magno: Guil. Fenner, Iudicium mundi latum per Sanctos: Guil. Atterſol, Tuba Dei: Ioſephus Medus, de Prophetia Petri concernente ſecundum Chriſti

adventum. De 6. *Iuramento*: Epiſcopus Andreas in ſerem. 4. v. 2. Ioh. Dovvnhamus contra pejerationes, Dr. Sanderſonus, de obligatione Iuramenti promiſſorij. De 7. *Iuſtificatione*, Epiſcopus Dovvnhamus, Guil. Pembelius, Forbeſius, Ioh. Godvvinus, Richardus Baxterus, Aphoriſmi de Iuramento.

L. De 1. *Lege*, Iohannes VVeemus, expoſitio legis Ceremonialis & Iudicialis. De 2. *Lege Morali*, Commentatores in decalogum, Ioh. Reynoldus, de uſu Legis, Iohannes VVeemus de Lege Morali. De 3. *Libertate chriſtiana* Ioh. Dovvnhamus, de Libertate Chriſtiana, Dr. Sanderſonus, in 1. Petri 2.16. Sam. Boltonus, de veris limitibus Chriſtianæ Libertatis, Guil. Pembelius, de ſervitute peccati, de uſu ſervitutis Dei.

M. De 1. *Magia*, Perkinſius, diſcurſus de damnabili magia; Ioh. VVeemus, Tractatus de Magia, Iacobus Rex, Dæmonologia, Ioh Cottæ, probatio magiæ, Scotus, Revelatio veneficarum. De 2. *Meditatione*, Couperus, Regimen meditationum, Thomas Goodvvinus, de vanitate cogitationum, Perkinſius, de cogitationibus hominum, Cottonus, Chriſtiana Commiſsio, in Prov 24. 3. Guil. Fennerus, de uſu & utilitate Divinarum Meditationum, Cohibitio Variarum & malarum cogitationum. De 3. *Mendacio*, Ioh. Dovvnhamus contra mendacia. De 4. *Miniſterio*, Perkinſius, de Vocatione Miniſtrorum, D. Stoughtonus, de Miniſtrorum dignitate & officio, Sam. Hieronus, de Spirituali piſcatura, de dignitate concionum, Miniſtri Apologia, *Bovvelus*, de Paſtore Evangelico. De 5. *Morte & Mortalitate*, Perkinſius Tractatus de arte bene moriendi, Mancheſter al mondo, contemplatio de morte & immortalitate, Robertus Harriſius, Samuelis quietus Barzillai, Samuel Hieronus, utiles meditationes de mortalitate in Phil. 1. 2. 3. Guilielmus Couperus, μαργαρισμὸς θανάτου, ſermones funebres, collecti ſub titulo θρῆνοικος: Byfieldus, medela contra timorem mortis, Samuel Crookus, de morte ſubacta. De 6. *Mortificatione*, Dr. Preſtonus, de Mortificatione peccati, de humiliatione, de Sceptro aureo, Cottonus, de mortali peccatorum vulnere in Act. 2. v. 37. VVoolfalus de Mortificatione, Robertus Boltonus, de medijs ad humiliationem.

P. De 1. *Pacis Studio*; Dr. Donnus in Rom. 12. v. 20. De 2. *Pace animi*, Robertus Harriſius, de beatitudine Spiritus pacifici; in Proverb. 18. 14. De 3. *Patientia*; Guil. Couperus, Laus patientiæ, Ioungius. De 4. *Peccato & ejus ſpeciebus*; Reynoldus, de Vitioſitate peccati, Thomas Goodvvinus, de Magnificatione peccati, Byfieldus, regulæ concernentes noſtra peccata, Dr. Sibbſius, homo mortuus natura, in Eph. 2. v. 1. Sam Hoardus, de præfractis peccatis, Ieremias Dyke, de extinctione Spiritus, Dr. Hammondus, Dr. Preſtonus, de infirmitatibus ſanctorum, Guil. Bradſchavv de peccato in Spiritum Sanctum, Dr. Donnus in Matth. 12. 31. Ioh. Deniſonus, Sebaſtianus Benefieldus, Henricus Hoddeſdonus, Ioh. Meredithus, criminale peccatum contra Spiritum S. Dr. Goughius, tres ſagittæ, quatuor noviſſima, Thomas Baertus, tonitru Iudiciorum

diciorum Dei. De 5. *Perſeverantia*, Dr. Beneficldus, de Perſeverantia, Gatakerus in Apocal. 2 10. Obed. Sedgevvickius, in Apocal. 3. 2 3. De 6. *pænitentia*, Dr. Taylor, Daniel Dyke, Stockius, Arthur. Dentius, Perkinſius: adhortatio ad pœnitentiam, de Natura & praxi pœnitentiæ, Dr. Preſtonus, Iudæ pœnitentia, Pauli converſio, Ioh. Cottonus via ad vitam, ſive, totum converſionis opus, Thomas Shepheardus, verè converſus, Hoekerus, de animæ præparatione, probatione, exaltatione, unione & inſitione, Epiſcopus Lakeus, VVilhelmus Couperus, Samuel Hieronus, Hildershamus, ſcriptores in Pſalmum LI. Dr. Hammondus, de pœnitentia, Guil. Fennerus, periculum circa procraſtinationem pœnitentiæ. De 7. *politico obſequio*, Epiſcopus Bilſonus de ſubjectione, Epiſcopus Hallus, Politica, Samuel Hieronus in Luc. 20 25. Dr. Feurnius, plenius reſponſum, Scriptura & rationes, Tractatus de Monarchijs, Perkinſius, de recta ratione gubernandi familiam ſecundum Scripturam, Dodus, regimen domeſticum, Thomas Pagettus, Inſtitutiones de officijs familiæ, Epiſcopus Hallus, Oeconomica, Dr. Gougeus, de officijs domeſticis, Gatakerus in Proverb. 18. 22. cap. 19. 14. & Coloſſ. 3. 18. Samuel Hieronus in Matth. 9. 15 Ruth. 4. 11. 12. De 8. *Polygamia*, Beza, de Polygamia, Edmundus Bunnius, Miltonus, Dove, vide *Divortium*. De 9. *Prædeſtinatione*, Cottonus, Dr. Tvviſſus, Perkinſius, de modo & ordine Prædeſtinationis, Ioh. Ailvvardus, Ioh. Veronius, Apologia de Prædeſtinatione. De 10. Precibus, Dr. Preſtonus, quotidianum Sanctorum ſacrificium. Robertus Harriſius, Petri adaucta triſtitia, Thomas Goodvvynus, utilitas precum, Thomas Ballus & Iohannes Cottonus, de ſtatis precum formulis, Giffordus, Greenvvoodus, Ioh Medus, Preces compoſitæ. De 11. *Providentia Dei*, Thomas Iackſonus, Guil. Pembleus, Providens, Georg. VValkerus, Actualis Dei providentia, Dr. Hackvvelus, Apologia, Dr Gougeus, de Latitudine Divinæ Providentiæ, Ioh. Veronius, Tractatus de Providentia Divina, Ioh. VVilkinſonus, decus Providentiæ.

De *Quatuor Noviſſimis*, Robertus Boltonus; Baxterus; Sanctorum quies. Q.

De 1. *Redemptione*, Stalhamus, contra Vniverſalem Redemptionem: Ioh. Ovvenus, de Morte Chriſti. De 2. *Religione*, Edoardus Breerevvoodus, ſcrutinium: Pagettus, Chriſtianographia: Edvvinus Sandiſius, recenſio de ſtatu Religionis. De 3. *Reſurrectione*, Epiſcopus Lakeus, Epiſcopus Andreas, Dr. Donnus, conciones Paſchales. R.

De 1. *Sabbatho*; Brerevvoodus & Byfieldus, Dr. Tvviſſus de Moralitate quarti præcepti: Primroſius, Leigh, Ioh. Sprintius, Ironſideus, Caudræus, Palmerus, Sabbathum redivivum, Epiſcopus VVhitæus, alij. De 2. *Sacrilegio*, Epiſcopus Andreas, Iacobus Sempleus, Epiſcopus Carletonus, Seldenus, Robertus Tillesleus, Stephanus Nettleſius, Henricus Spelmannus, Treleinicus. De 3. *Sacrificijs* Guildus, Moſes & Aharon revelatus, Dr Taylor de Figuris. De 4 *Sacramentis*, varij particulares tractatus Locor. Comm. De 5 *Sanctificatione*, S.

ficatione, Dr. Preſtonus de qualitate ſanctorum, Iohannes Dovvnhamus, Statio Spiritualis; Scudderus, Chriſtiani ambulatio quotidiana, Robertus Boltonus, Inſtitutiones ad bene ambulandum, Brinſlæus, Vigilantia vera, Paulus Baineſius, Inſtructiones ad praxin pietatis. De 6. *Scriptura*, Iohannes Goodvvinus, de authoritate Divina Scripturæ, Franciſcus Robertus, Clavis Scripturæ, Iohannes VVeemus, Exercitatio demonſtrans neceſsitatem, authoritatem, ſinceritatem & perſpicuitatem Scripturæ, ejuſdem Chriſtiana Synagoga, de differenti lectione, judicio diſcretionis ſano, translatione & collatione S. Scripturarum, Edoardus Leigh, de authoritate, translationibus, fine, proprietatibus, explicationibus Scripturæ, Samuel Hieronus, de dignitate Scripturæ, Nicolaus Byfieldus, Inſtitutio ad privatam Scripturæ S. lectionem, Epiſcopus Gevvelus, Tractatus de Scriptura, Ioh. VVhetæus, de via ad arborem vitæ, in certis regulis de utili Scripturæ S. lectione. De 7. *Scandalo*, Ieremias Dyke de malitia execrationum. (contumeliarum) Tombeſius de calumnijs, Dr. Hammondus, de ſcandalo. De 8. *Scortatione*, Ioh. Dovvnhamus, Dr. Preſtonus in Coloſſ. 3. v 5. De 9. *Sinceritate*, Dr. Preſtonus, de hominis ſinceritate, Gatakerus in Pſalm. 97. 11. Hookerus in 2. Timoth. 3 5. Dr. Sanderſonus 1. Reg. 21. 29. Geneſ. 20. 6. Epiſcopus Hallus Hypocrita, in 2. Timoth. 5. 3. Sam. Hieronus, de revelatione hypocriſeos Matth 3. 10. De 10. *Sorte*, Gatakerus, de ſortibus ludicris: Tractat. ad Bamfordum, Ioh. Dovvnhamus, Excuſatio licentiæ ſortis inter ludendum. De 11. *ſuperſtitione*, Dr. Hammondus, de ſuperſtitione & ἐθελοθρησκείᾳ. De 12. *ſuſpicione*, Epiſcopus Hallus, ad Ioh. 7 v. 24. Dr. Sanderſonus ad Rom. 14. v. 3.

T. De 1. *Tentationibus*, Epiſcopus Hallus, Balſamum Gileaditicum, Hughſius, virga arida florens, Ioh. Dovvnhamus, Conflictus Spiritualis, Paulus Baineſius, Conſolationes & Inſtitutiones in Tentationibus. De 2. *Teſtamento Novo*, Reynoldus in Pſalm 110. de excellentia & efficacia Evangelij, Dr. Sibbſius, de præſtantia Evangelij ſupra Legem, ad 2. Cor. 3. 17. 18. De 3. *Timore Domini*, Greenhamus de Timore Domini, Dr. Donnus in 1. Pet. 1. 17. Guil. Caſus, de natura & neceſsitate Timoris Domini.

V. De 1. *Verbi Dei auditu*, Maſonus, Ieremias Dyke, de vero uſu & eſu Verbi Divini, Epiſcopus Andreas, in Iacobi cap. 1. v. 22. Iohannes Dovvnhamus, de efficacia lectionis. De 2. *Vigilantia*, Gatakerus in Marc. 13. 37. Ioh. Dovvnhamus, contra ſecuritatem, Dr. Sibbſius, de Inquiſitione Dei, in Ierem. 8. 6. 7. Samuel Hieronus, remedia contra ſecuritatem, Guil. Fennerus, de Chriſti claſſico ad dormientes ſanctos, Ioh. Rogerius, diſcurſus de Vigilantia Chriſtiana. De 3. *Vivificatione*, VVhetalæus, Novum præceptum, Epiſcopus Couperus, Anatomia Chriſtiani, Samuel Hieronus, de Veteri & novo homine, ad Ioh. cap. 3. v. 6. Thomas Mortonus, de Regeneratione, Dr. Taylour, Nova Creatura, Regium lavacrum regenerationis.

Digitized by Google

De *zelo*, Burgeſius, Ignis Sanctuarij, Bovvelus, in Iohan. 2. 17. Dr. Sibbſius, potentia victrix, in Matth. 11. 12. Greenhamus, in Apocal. 3. v. 19.

CAP. IV.

HYPOMNEMATA IN COLLIGENdis Bibliothecis obſervanda generalia.

1. *ὑπομνήματα primum* & *ſecundum*, de Bibliothecarum colligendarum initio. 2. *Tertium* de fine Bibliothecarum 3. *Quartum* de varijs Editionibus. 4. *Quintum* de magnis operibus tam conjunctim, quàm partibus eorum diviſim. 5. *Sextum* de textu, cujusque authoris, Originali. 6. *Septimum* de conjunctione veterum & recentiorum. 7. *Octavum* de varietate authorum: 8. *Nonum* de uſu Bibliothecarum.

Etſi *Naudæus*, alijque antehac rationem colligendarum Bibliothecarum oſtenderunt planam ſatis & expeditam, non tamen actum nos acturos ſperamus, ſi, poſtquam ſemel hanc ſuſcepimus provinciam, pauca quædam ſubjiciamus ὑπομνήματα, quorum primum eſt: *Initium, ſive fundamentum Bibliothecæ ſit integra aliqua, etſi non usque adeò vel magna, vel pretioſa Bibliotheca, ab alijs collecta.* Rationes non ſunt obſcuræ. Hypomnema. 1. Nimis lenti ſunt illi progreſſus, ubi ſigillatim proceditur. Et, niſi fundamentum ſit ſolidum, ipſa quoque debilior erit ſuperſtructio. 2. In Bibliothecis integris multa reperiuntur vel veterum, vel mediæ ætatis ſcriptorum, opera; quæ in Bibliopolijs aut rarò, aut magno pretio extant. E. G. qui *Zuinglij* jam habere deſiderat ſcripta, Bibliopolia (uno fortè adhuc & altero excepto) conſulere non debet, ſive quòd diſtracta ſint exemplaria, ſive quòd vel unus ille author majoris æſtimetur, quàm Doctorum; quos inter Zuinglius; numerus ſimul comparatus, non contemnendus. Non elegantia involucrorum, aut novitas ſcriptorum, ſed varietas & bonitas authorum pretium confert Bibliothecæ. 3. Ita fit, ut una aliqua Bibliotheca, multarum ſit compendioſa continuatio. Hac conditione factum, ut paupertinæ meæ Bibliothecæ origines accerſere poſsim ab

I 3 ipſa

ipſa Reformatione. Vnde & magna librorum meorum pars inſcripta habet Celeberrimorum Eccleſiæ & Scholæ noſtræ Miniſtrorum primorum nomina, inde ab incunabulis Reformationis. In *Seneca* meo E. G. manus occurrit *Zuinglij* Reformatoris, in Biblijs Hebræis Venetis elegantiſsimis, & Tito Livio, *Bullingeri. Gualtheri, Lavateri, Hoſpiniani, StucKij, VVolfiorum, Friſij, Simleri, Eglini, FroſchoVVeri, Pantaleonis, &c.* opera, quæ magnam partem, tribus, ante me, poſſeſſoribus fuerunt oblata, οἰκείας χειρὸς proprium habent Characterem. Atq; verò hoc ipſum inſigne Bibliothecæ ornamentum eſt: Vel Principibus gratiora ſunt monumenta literaria, ab authoribus oblata, ubi authographi ſigillum accedat. Hoc ipſum obſervo ὑπόμνημα magnifieri à *Naudæo* l. c. p. 109. additque, hanc cauſam eſſe, cur tanti æſtimârit Poſſevinus Bibliothecam Cardinalis de Ioyeuſe, quòd ex tribus illa, quarum una Pithæi fuit, eſſet collecta. His initijs creviſſe Venetam, Regiam Scoriacenſem, Ambroſianam: Illam acceſsione Bibliothecæ Beſſarionis; *iſtam* Hurtadi de Mendoza; *hanc* nonaginta ſarcinis, ex naufragio Pinelli: Nec aliam rationem fuiſſe Leidenſis, aliarùmve, quæ additamentis ejuſmodi maximum acceperint incrementum.

II. II. *Quòd ſi verò deſiderium colligendæ Bibliothecæ tantam moram non ferat, ut opportunitatem faciendi initium ab alia aliqua exſpectare liceat; Bibliothecarius de perfectione partium ante omnia ſollicitus ſit, & tum demum de complemento graduum.* Operam igitur dabit, ut in qualibet Facultate, Scientia & Arte paucos habeat authores, qui, quod multis alijs opuſculis traditur ſparſim, uno aliquo volumine exhibeant conjunctim. Et certum eſt, Bibliothecam non contemnendam, uſibúſque privatis ſufficientem, non adeò magno conſtare librorum numero. Meo judicio Theologus habebit Bibliothecam, ſi in Theologia *Topica* ſibi de uno tantum proſpexerit *VVollebij, VVendelini, Altingi, &c.* Compendio, & tum vel *Calvinum*, vel Petrum *Martyrem* addiderit. In *exegetica* vel *Pareus* ſuffecerit, vel iterum *Martyr*, qui non modo rem ipſam eruditè tradit, ſed & phraſin Theologicam, Miniſtro, ſuppeditat: accedente tamen indice aliquo Biblico *Piſcatoris* aut *Ravanelli*. In *Hiſtorijs*, Læti Cluverij, Carionis, vel Ionſtoni ſatisfecerint compendium. Vbi tamen mores, Rerumpublicarum formas, religionis diverſam ad noſtra ferè tempora intueri libeat faciem, *Archontologia Coſmica* abundè id præſtat. Vniverſum Philoſophiæ Oceanum captui noſtro feliciter accommodavit *Alſtedius* in Encyclopædia. Bibliothecam *Hebraicam*, ſtudijs Theologicis aptatam poſsidebit, qui, cum Editione Bibliorum Hebraica, interlineari, Theſaurum & Lexicon Buxtorfij conjunxerit. *Rabbinicam* verò, vel tres quatuórve, (ſi Lexicon Rabbinico Talmudicum præſuppoſuerim) conſtituunt boni authores; in *Grammaticis* Kimchius; in *ritibus* & ceremonijs Majmonides, vel Epitomator ejus, R. *Levi Barzelonita*

lonita quem magno habuit loco Celeb. L'Empereur; in *explicatione Scripturæ* Abarbinel, quem cæteris omnibus prætulerim, in *Hiſtoricis* Iuchaſin, vel Zemach David. Eadem ratio *Arabicæ* eſt Bibliothecæ: *Grammatica* Erpenij, ex editione Golij, Lexicon Golij; ex *Libris Sacris*, Verſiones Pſalterij, & N. Teſtamenti, ex *Eccleſiaſticis* Elmacinus, & Batricides; eam ſubminiſtrabunt ſupellectilem, ad quam ſuperiori ſeculo aſpirare multi non fuiſſent auſi. Et tamen hæc omnia uſque adeò magno pretio non comparantur. Eadem Methodus obtineat in *Iuriſprudentia*, *Medicina* &c. in quibus ubi initium factum fuerit ab ijs authoribus, qui à Bibliotheca abeſſe non poſſunt, cæteri cum tempore & commodo ſequentur. Vbi verò planè tumultuaria eſt librorum corraſio, & de numero tantùm, non verò pretio cogitat Bibliothecarius, notorium nimis prodit ἀῤῥωςίας nævum, & dignus vix eſt, qui his curandis mercibus deſtinetur: quid huic obſervationi in curtæ meæ ſupellectilis collectione tribuerim, poſtea videbimus. Sic ſuis Bibliothecam extruit univerſalem *Naudæus* Lib. cit. p. 43. & *Theologicam* quidem generalem ex Biblijs, Patribus & Concilijs; *Poſitivam*, verò ex Lyrano, Hugone, Toſtato, Salmerone; *Scholaſticam*, ex Thoma, Occamo, Durando, Petro Lombarto, Henrico de Gandavo, Alexandro de Ales, Guil. Romano, Alberto Magno, Aureolo, Borleo, Capreolo, Majore, Vaſquezio, Suarezio; *Iuris civilis & canonici* ex Baldo, Bartholo, Cujacio, Alciato, Molinæo: *Medicam*, ex Hipocrate, Galeno, Paulo Ægineta, Aetio, Tralliano, Avicenna, Avenzoar, Fernelio: *Aſtrologicum*, ex Ptolomeo, Firmico, Hali, Cardano, Stoflero, Gaurico, Iunctino. *Opticam*, ex Halhazeno, Vitellio, Baccono, Aguillonio. *Arithmeticam*, ex Diophante, Boetio, Iordano, Tartaglia, Siliſeo, Luca Burgenſi, Villefranchio: De *inſomnijs*, Antemidoro, Abumaaſare, Syneſio, Cardano, &c.

III. Quis *Uſus Bibliothecæ eſt, ut de quolibet ſtudiorum genere mutos conſulere poſſimus præceptores, & ad quoslibet vitæ caſus eosdem adhibere; ita Bibliotheca inſtruatur, ut nihil, quod neceſſarium videatur, deſit.* Quanquam inter publicam & privatam Bibliothecam multum ſit diſcriminis. In illa proportio Facultatum, quoad fieri poteſt, eſſe debet. In hac ita una aliqua Facultas excellet, ut tamen reliquæ non negligantur. Mihi curæ fuit, ut; quamvis ad rem Theologicam omnia referrem; cæteri tamen ab ea ſcriptores, qui quoquo modo ad eam reducuntur, ſive προπαιδευτικῶς, ſive ἑπομένως, non abeſſent. Vnde quinque diſtinctis claſsibus materialem Bibliothecæ Catalogum propoſui. *Prima* ſcripta exhibet Theologica: *ſecunda* Philologica, eaque tum Linguarum, tum Hiſtoriarum: *Tertia* Iuridico-Politica: *Quarta* Medica: *Quinta* Philoſophica. III.

V. *In Bibliothecis Editionum diverſitas; non eſt poſtremo loco habenda.*

benda. Quemadmodum diverſa ejuſdem ſcripti exemplaria Bibliothecam potiùs onerant, quàm vel juvant vel ornant: ita certum eſt, ejuſdem libri vel authoris diverſas Editiones inſignem in Bibliothecis habere uſum. Faciamus initium à *Biblijs* Hebraicis: Iactat *Bellarminus*, ſe in Codice, *uno* tamen tantùm, *Gen.* 3. v. 15 pro הוא *Ipſe*, vel *Ipſum*, legiſſe היא *ipſa*. Non indicat Editionem: Plantiniana eſt una illa, interlinearis, de anno 1572. ubi tamen pro היא in fraudis notorium indicem legimus הות. Neque caſu, ſed conſulto hoc factum eſſe, teſtatur, præter [a] *Raphelengium*, ipſe quoque *Lucas Brugenſis*. Hanc certè Editionem Bibliorum, ne cum emendatiori quidem debet permutare, quisquis obtinere, aut quolibet eam pretio redimere poteſt. Tales enim in ipſam S. Sc. fraudes & impoſturæ ita ſunt comparatæ, ut vel in lucem productæ auctorem reddant paraclytum. Quo, ἐν παρόδῳ, referimus *Hieronymi Xavieri* Evangelicam Hiſtoriam Perſicam, quæ tot manifeſtæ fraudis habet notas & Characteres, ut an patronum habeat, qui vel excuſare fuerit auſus facinus, nedum quidem potuerim reſcire. Cùm prodijſſet illa Leidæ, quæſita ſtatim fuit à *Iodoco Keddio*, Ieſuita, amiciſſimis ad magnum virum datis literis: cui, poſtquam me, quid expediret, ille rogâſſet, ingenuè dixi, operæ omnino pretium eſſe, ut cum illo communicetur, ceu κάκιστον κόρακος ὠόν. In Latinis Editionibus Vulgatis multùm prodeſt, habere diverſas Editiones, tam ante, quàm poſt Concilium Tridentinum excuſas, ut quibus mutationibus obnoxia fuerit ſola Vulgata, & quam in eodem Regno Papiſtico diverſæ fuerint leges, manifeſtiùs appareat. Certum eſt, plures; non *varias* modò, ſed & *contradictorias*; in Vulgato Codice extare lectiones, quàm quæ conciliari hactenus potuerint. *Bibliorum* præſertim *Germanicorum* optem hîc ea diligenter conquiri & aſſervari exemplaria, quæ ipſam Reformationem præcedunt diverſa, tum ut pateat, Translationum ſtudium ne ſuperioribus quidem ſeculis, quod quidam ex adverſarijs pertendunt, fuiſſe ignotum, tum etiam, ut Translatorum libertas, ijs os obthuret, qui hodie vel leviſſimam mutationem Translationum, ſacrilegam putant.

A *Biblijs* pergimus ad *Patres*: Non loquimur jam de gradibus perfectionis, quibus aliæ alias præcurrunt Editiones, hanc enim materiam ſpeciali tractationi *Bibliothecæ Theologicæ* reſervabimus. Illud tantùm monemus, ita miſerè fuiſſe nonnullas defœdatas, ut eas in Bibliotheca poſſidere, ſit adverſarios habere αὐτοκατακρίτους. Talis eſt caſtrata illa *Editio Ambroſij*, de qua *Franciſcus* [b] *Iunius*, quòd integræ paginæ à Franciſcanis diſpunctæ & aliæ ſubſtitutæ fuerint. Tales ſunt Cypriani Editiones Gryphij & Morelli, à quibus [c] *Pamelius* ſæpe abit. *Multùm enim intereſt nôſſe, ex qua Bibliotheca pri-*

[a] Vide Theſ. Philol. p. 123. Et Sixt. Am. Cenſur. in vulg. [b] Analect. P1. p. 345. [c] Ib. p. 342.

ma prodierint Editiones, ut alibi monuimus, falſariorumque fraudem clarius attigimus. Quæ in recentiorum ſcriptorum diverſis Editionibus occurrat varietas, ex Indice librorum prohibitorum facilè apparet. *Ludovici Vivis* ſupra jam meminimus. Cum antehac *Alphonſi de Caſtro* libri XIV. adverſus hæreſes ex Typographeo Badiano 1534. fuiſſent oblati, magno Theologo valde placuerunt, quòd editio hæc eſſet multis partibus abſolutior. Legimus lib. 1. c 4. *Omnis homo errare poteſt in fide, etiamſi Papa ſit. Non enim credo aliquem eſſe adeò impudentem Papæ aſſentatorem, ut ei tribuere hoc velit, ut nec errare, aut in Interpretatione Sacrarum literarum hallucinari poſſit. Nam, cùm conſtet, plures eorum adeò illiteratos eſſe, ut Grammaticam penitùs ignorent, qui fit, ut Sacras literas interpretari poſſent?* Ita habet Editio noſtra, quæ totidem verbis fruſtra alibi quæras. In *Hebraicis* cumprimis libris lacunæ ſunt frequentes. Citavi ex Editione *Lublini* quædam de Miſſa Pontificia ἀξιομνημόνευτα in explicatione Verb. *Hoc eſt corpus meum*, [a] ex R. Ioſepho Albo: at Veneti, quorum exemplar ego habeo, verba illa, metu, in quam facilè incurrere potuiſſent, pœnæ, omiſerunt. Prout conſtat, pleroſque in Europa excuſos *Hebræorum* libros, Talmudicos, Elencticos & Leiturgicos eſſe caſtratos. Quæ de Chriſto Servatore, Chriſtianorum religione, regione, authoritate &c. egerunt, in paucis occurrunt exemplaribus; ſpatijs tamen relictis defectus haud obſcurè indicatur, quem ex Mſſ. magna nuper cura reſtituit [b] Celeb. *Pocokius*, cujus beneficio deinceps Hebræorum Commentatores integri legi poſſunt, & ſublatis conjecturis genuina reponi lectio. Sed & ſuum cuique non rarò reſtituit Editionum diverſitas. Multi hodie fœtus ſibi temerè ſupponunt, quos magna cum moleſtia & labore, elaborârunt alij. Qui *Hyperium* legerit, de ſtudio Theologico rectè formando, facilè deprehendet, quòd, qui poſt ipſum, *Villavincentius*, Auguſtinianus de eadem ſcripſit matera, illius, etſi Theologi Reformati, vitulâ arârit. Qui *Cluverij* Geographiam Latinam, originariam, cum nupera Gallica contulerit, inveniet protinus, *Maronianum* illud occini optimo Cluverio: *Sic vos non vobis* &c. Incidi nuper in magni cujusdam Viri commentaria, ad cujus præfationem alius, mihi ſatis nota, egregij Theologi manu fuit ſcriptum: Diß hat N. allein auß Hr. Rudolph Gualther ſel. transferieret / und gedenckt ſeinen mit keinem wort nit / das zuerbarmen iſt. His omnibus varietas Editionum colophonem imponit.

VI. *Etſi integra Scriptorum homogeneorum haberi poſſunt corpora, non tamen propterea ſeparatæ partium Editiones, ceu ſuperflua, oſtraciſmo ſunt eliminandæ.* Rectè quidem monet *Naudæus*, ſcriptores

[a] Ennead. pag. 116. [b] Miſcell. ad Port. Moſ. c. 8.

ptores, quorum de eadem materia extant integra ſyſtemata (cujusmodi ſint *Talmud*, *Concilia*, *Bibliotheca Patrum*, *Theſaurus Criticus*, *Scriptores Germanici*, *Turcici*, *Hiſpanici*, *Gallici*, *Catalogus Teſtium Veritatis*, *Monarchia Imperij*, *Opus magnum de balneis*, *Authores Gynaciorum*, *de morbo Neapolitano*, *Rhetores antiqui*, *Grammatici Veteres*, *Oratores Græciæ*, *flores Doctorum*, *corpus Poëtarum* &c.) ante omnia Bibliothecis eſſe inſerenda, ſeparata tamen ſive Poëtarum, ſive Hiſtoricorum, ſive Patrum opera negligi non debent, quæ ut plurimùm vel ſunt emendatiora, vel auctiora, vel notis illuſtrata. Ita *Thalmudis* diſtinctæ prodierunt *Maſſichot* ſeu tractatus, cum Verſione Latina & variorum Notis. *Poëtæ* etiam tam Latini quàm Græci, modò cum notis & obſervationibus, modò abſque ijs, ex emendatiſsimis tamen exemplaribus caſtigati prodierunt diviſim. *In Patribus* idem eveniſſe animadvertimus. Tempore Reformationis *Chryſoſtomi* quædam ſeparatim placuerunt Homiliæ, quòd tempori illi maximè inſervirent. Ex *Auguſtino* Ludovicus Vives libros de Civitate Dei delegit, tanquam ampliſsimum diffuſæ ſuæ eruditionis exercendæ campum. Sic ex *Ariſtotelis* operibus aliud alij placuit. Cur Reformatorum opuſcula ſeparatim colligi debeant, ſupra monuimus. Non ergò, ſi *Auguſtinum* poſsideas integrum, ex Editione, quæ Notas Vivis non habet, negligi debet aut ſupervacaneus æſtimari diſtinctus Ludovici Vivis, de Civitate Dei Tomus, aut Danæi tractatus ad *Quod vult Deum*, de Hæreſibus: præterquam quòd diſtractis ejusmodi Tomis (qui abſque vel ſumtu, vel moleſtia poſſunt cuſtodiri) integra ſæpe exemplaria poſſunt compleri, quod ſemel atque iterum hactenus mihi contigit. Nupero bello Germanico diſtractæ Bibliothecæ variam experiri debuerunt ſortem. Non ſemper magna & tomis diſtincta in portum potuerunt ſubduci corpora; ſingulis vix luctari aut emergere datum fuiſſe fragmentis, eventus probavit. Singula ergò tam diu, ubi fieri poteſt, colligantur, membra, donec ſuo tempore in integram iterum, magna cum gratia, recipiantur compagem. Non ſunt hæc ἀδύνατα, aut σπανίως γενόμενα, ſed quæ literas tractantibus frequentiùs eveniunt.

VII. *Suâ quisque Linguâ author habetor.* Rationes ſunt manifeſtæ 1. Tutiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ. 2. Controverſijs de authoris mente obortis, non alia afferri poteſt medicina, quàm ex fontibus ipſis. Quod *Bellarminus* & alij, ne Hebræis quidem denegant ſcriptis. 3. Tranſlationes ſæpe vitioſæ ſunt, corruptæ, falſatæ. *Trecenta ſeptuaginta* diverſarum verſionum & Editionum haberi Biblia (quot quidem habuiſſe Hagæ Comitum D. *de Raue* in Bibliotheca ſua 9351. libris in fol. conſtante, magnus nos nuper amicus monuit) deſtitui vero exemplari Hebraico, ὕστερον πρότερον eſt. Rivulorum co

piam

piam numerus hic præ ſe fert, ſed fontem nondum oſtendit. *Patrum* [a] Verſiones, quàm vario fuerint exagitatæ fato, alibi diximus. De *Alkorani* Verſione Veteri Latina *Scaligeri*, aliorùmque querelæ ſatis ſunt notæ. *Avicenna*, diſertiſsimus Scriptor Arabicus, ita ſæpe indoctorum Interpretum luere debuit inſcitiam, ut diſplicere multis [b] ceperit. 4. Nulla adeo Lingua felix, quæ aliarum aut efficaciam, aut Emphaſin poſsit exprimere. *Sic itaque* (verba ſunt I. C. Scaligeri de ſubtilit. ad Cardan. Exerc. 294.) *cenſeo, Venere propria, quaſique nativo cujusque Linguæ decore foveri ſententias quasdam, ſubnixasque certis, ut ita dicam, idiomatiſmi fulturis ſuſtineri: quam in aliam quaſi coloniam ſi deducas; iidem ſane ſint cives, gratiam priſtinæ commendationis non retinebunt. Hoc ita profecto demum eſt, atque ſi frænum imponas bovi: Sunt pigmenta quædam Hiſpanicæ argutiæ, Thuſcæ altiloquentiæ, Gallicæ Veneris, Germanici impetus; quæ ſi cum exteris commutentur; ſenſus quidem manet, flexus commenſúsque verborum, vel numerorum amittit vegetum nitorem illum, illámque lucis elegantiam, quibus eminebant in auribus indigenarum &c.* 5. Eandem neceſsitatem obſervârunt alij, qui de Bibliothecis ſcripſerunt. Inſerendi ſunt, aliorum Iudicio, Veteres & novi authores conſideratione digni; ſua quisque Lingua, & Idiomate, Biblia & Rabbini *Hebraicè*; Patres *Græcè* & *Latinè*, Avicenna *Arabicè*, Bocacius, Dantes, Petrarcha *Italicè*. Recte. Neque tamen propterea Verſiones ſunt negligendæ, tum ut iis ceu corticibus juventur imperitiores, tum ut de Interpretum ſive fide, ſive peritia & dexteritate liceat facere judicium, tum denique, ut, quibus Linguæ Originariæ ſunt ignotæ, res tamen, beneficio Interpretationum, fieri poſsint notæ.

VIII. *Recentiores, propter Veterum ſive authoritatem, ſive antiquitatem, non ſunt negligendi.* Quemadmodum ſcriptores nonnulli adeò ſuperſtitioſi ſunt Tulliani eloquij admiratores, ut ſordeat, quicquid pater ille facundiæ Romanæ, non tanquam cibum præmanſum ingerit. *Videbam* (verba ſunt *Dominici Nani Mirabellij* Præfat. ad Polyantheam an. Chr. 1517. editam) *nonnullos Scripturam Sacram irridentes, & quicquid Maroniana Ciceronianáque caret lepore, ita dedignantes; ſola aurium delectatione allectos, ut etiam contra Catholicam Veritatem interdum ſentirent.* Ita & ἀρχαιομανίᾳ quidam usque adeò profundè laborant, ut non exiſtiment, eâdem locari poſſe ſede Veteres Interpretes Ariſtotelicos

[a] Anal. P. 1. pag. 339. [b] Ibid. pag. 294.

telicos, cum recentioribus aut intermedijs, *Zabarella*, *Piccolomi*. *Achille*, *Pomponatio*, *Liceto*, *Cremonenſi*: *Alciatum*, *Tiraquellum*, *Cujacium*, *Molinæum* cum Codice & Digeſtis: *Summam Alexandri* de Ales, *Henrici de Gandavo* cum Thoma: *Clavium*, *Maurolicum*, & *Viettum* cum Euclide & Archimede: *Montanum*, *Charonum*, *Verulamium*, cum Seneca & Plutarcho: *Fernelium*, *Sylvanum*, *Fuchſium*, *Cardanum*, cum Galeno & Avicenna: *Eraſmum*, *Caſaubonum*, *Scaligerum*, *Salmaſium*, cum Varrone; *Comineum*, *Guicciardinum*, *Sleidanum*, cum Tito Livio, Cornelio Tacito: *Arioſtum*, *Taſſum*, *du Bertas*, cum Homero & Virgilio, &c. Habent quidem *Veteres* non obſcuram & maſculi ſermonis, defæcati ingenij laudem, & antiquitatis prærogativam; *Recentiores* verò & δευτέρων φροντίδων augmentum; & eruditionis ex optimorum authorum collatione inſtitutæ, eóque diffuſæ, addunt condimentum. Et cùm *Solinus* præ alijs placuerit Salmaſio *nudus*, in quo ſpacioſam ſuam exerceret mentem, cur nobis à Salmaſio tot modis veſtitus & exornatus diſpliceat?

Scribite ſcriptores cui pagina ſcripta Solini eſt,
Judice me, ſcripti circulus orbis erit: ſic Barlæus.

Ita, antiquis *Scripturarum* Interpretibus, ſalvum ſuum cupimus & illibatum honorem. Nolumus, cum alijs, dubitare, utrum præſtitiſſet, *Origenem* & *Hieronymum* Commentarijs ſuis nunquam admoviſſe manum, quàm quòd nimia allegoromaniâ luxuriarint. Iudicium etiam *Lutheri* de Commentarijs Melanchthonis in Epiſtolam ad Romanos authoris benigniori relinquimus explicationi, hoc tamen ingenuè fatemur, turpiter ſe daturum, quisquis veterum authoritate ita fuerit faſcinatus, ut recentioribus Scripturæ tractatoribus, in Bibliotheca ſua, poſt veteres, nullum concedere vellet locum. Habent ſua quæque ætates fata & viciſsitudines: Ad Scripturas autem clarè, & dilucidè ex fontibus originalibus explicandas, vix ullum fuit opportunius tempus aut feliciùs, quàm ex quo Linguarum Orientalium ſtudium, cum ſobrio Philoſophiæ uſu conjungi cepit. Hæc enim duo, quàm ſint neceſſariæ reſerandi Scripturæ promptuarij claves, alibi prolixiùs monuimus. Habet namque antiquitas plus ſæpe ſive venerationis ſive admirationis, quàm ſoliditatis aut ſucci; quod absque injuria dictum volumus eorum, quibus auguſtum Patrum nomen in alijs libenter tribuimus.

VIII. *Selectus Interpretum, potiùs in lectione privata, quàm collectione publica debet inſtitui.* Aliorum conſilium eſt, ſelectum optimorum Interpretum, (qualis eſt, inquit *Naudæus*, *Pererius* in Geneſin, *Villalpandus* in Ezechielem, *Maldonatus* in Evangelia, *Monlorius*, & *Zabarella* in Analytica, *Scaliger* in Hiſtoriam Plantarum Theophraſti, *Proclus* & *Marſilius Ficinus* in Platonem, *Alexander* & *Themiſtius* in Ariſtotelem, *Cluniacenſis* & *Rivaltus* in Archimedem, *Campanus* in Euclidem, *Cardanus* in Ptolemæum,) in adornandis Bibliothecis eſſe inſtituendum. Non diſplicet monitum, ſobriè intellectum (ut

vel

Digitized by Google

vel ea probant, quæ p. 70. præmiſimus,) putamus tamen 1. In Bibliothecis potiùs contractis & *privatis*, quàm amplis, locupletibus & publicis, quæ, *Oceani* inſtar, non delicatos tantùm & pretioſos, ſed & ſpinoſos & viliores capiunt piſces, locum illud habere. 2. Non κατ᾽ ἀντίθεσιν *oppoſitionem*; ſed ὑπόθεσιν *ſuppoſitionem* admittendum. Ita præmittendos veteranos in prima acie, ut tamen tyronibus ſtatio non denegetur. Imò & lixis atque calonibus inter impedimenta ſua ſedes eſt. 3. In lectione potiùs & imitatione, quàm collectione Bibliorum hanc obſervandam Methodum. Certum enim eſt, etiam inferiorum authorum, commentatorum præſertim curam non poſſe abjici. Nam oppoſita, juxta ſe poſita, magis eluceſcunt, non ex quantitate, aut nominum Majeſtate hic (enim *Muſculus* ſæpe *Leoni* palmam præfert, & *Anſer* olori) ſed qualitate, & internis animi dotibus æſtimanda Bibliotheca, publica cumprimis, Pharmacopolio ſimilis eſſe debet, quæ vel abjectiſsimis, & quorum vix intra decennium uſus eſt, pyxidem ſuam deſtinat medicamentis. Non *utilitati* tantùm; ſed & *curioſitati* & *jucunditati* ſæpe eſt ſatisfaciendum abijs, qui ψυχῆς ἰατρεῖον *animi medicinam* (quæ antiquiſsimæ Oſymanduæ Bibliothecæ fronti verba inſcripta fuiſſe, ex Diodoro Siculo diſcimus) ſibi commiſſam jactant.

IX. *Etſi Bibliothecarum θύραι eſſe debent ἄφθονοι, opera tamen danda eſt, ut pluribus illa & diu ſervire poſſint.* Non debere eſſe Bibliothecas, *theatra*, quæ oculos tantùm paſcant, ne quidem monitore haber opus. *Quid fortuna juvat, ſi non conceditur uſus?* Sint ergo Bibliothecæ publicæ cumprimis, patulæ; hominumque potius honeſto uſui, quàm blattarum & tinearum exponantur eſui. Opera tamen danda, ut diu durent, diúque prodeſſe poſsint. Experientia docet, malam nonnunquam gratiam benefactoribus eos rependiſſe, quibus promiſcuè aditus ad Bibliothecas patuit. Non eadem egreſsi ſunt fide ſemper, qua fuerunt intromiſsi facilitate. Vnde celeberrimæ per orbem Bibliothecæ, ſuas, vel leges, vel inſcriptiones habent προφυλακτικάς, quibus fraudem omnem & ſacrilegas manus abeſſe jubent, modúmque uſûs ponunt. Bibliotheca *Auguſtana*, Hoſpites ita alloquitur.

Hoſpes in humanum rapiendi projice morem
Quod tibi fieri non vis ipſe cave.
Omnibus adſpectus datur: At maleſida rapina
Res eſt hoſtilis, plena latrociny.

Decretum *Ranzovianum* de Bibliotheca perpetuum:

Nemini libros, Codices, volumina, picturas,
Ex ea auferendi, extrahendi

Aliòve aſportandi
Niſi Licentiâ poſſeſſoris
Facultas eſto.

Bibliothecæ *Franciſci Suverti* monitoria inſcriptio eſt:

Quisquis es,
Hanc Legem lege:
Herus & Heres edico Tibi
Muſarum Apollinisque ſacer hic locus,
Multis clauſus, paucis recluſus.
Si cum paucis vivis, ſapis.
Adeſto, ineſto.
Quoscunque libros, qualescunque
Spectabis inibi, liberè
Tangito, legito.
Impreſſi nei perturbantor:
MSS. nei tanguntor
Adtentare ſecus
Capital eſto.
Viſi, lective, Electi, placitive
Nei rogitantor, nei efferuntor.
Importunus ſi ſies
Exceſto, abito.
Ignotis, Nullos, nunquam:
Amicis rarò, paucos
Dabo, vix dabo.
Legis qui temptor clues:
Muſarum Apollinisque hoſtis,
Apollini Musisque hoſtia
Sacruficator
Aſt audin? Fallenti me ſemel
Perpetim cluſus inſiſto.

An-

Anſam hinc Bibliothecarum arripuerunt Præſides, rigidiùs, quàm voluiſſent aliàs, vel arcendi omninò, vel cum reſtrictione admittendi illos, quibus Bibliothecæ uſus non potuit omnino denegari. Majorum Bibliothecarum praxis varia hîc eſt. *Naudæus* obſervat, ad *Bodlejanam* Oxonienſem (de ſuo tempore loquitur, poſtea enim ſub *Archiepiſcopo Laudo* libertatem illam fuiſſe reſtrictam, memini monuiſſe amicos; quam tamen Illuſtriſsimus *Armachanus*, cùm eſſem in Anglia, prolixè, quod grato refero animo, mihi obtulit) *Ambroſianam* Mediolanenſem, *Auguſtinianorum* Romæ, liberum fuiſſe aditum; ad reliquas omnes; *Mureti*, *Fulvij*, *Vrſini*, *Montaltij*, *Vaticanam*, *Medicæam*, *Petri Victoris*, *Florentinam*, *Beſſarionis Venetam*, *S. Antonij* Patavinam, *Iacobitarum* Bononienſem, *Auguſtinianorum* Cremonenſem, *Cardinalis Seripandi* Neapolitanam, *Ducis Friderici* Vrbinenſem, *Nanneſij* Barcinonenſem, *Ximenij* Complutenſem, *Ranzovianam*, *Fuggerorum* Auguſtanam, *Regiam* Pariſienſem, *S. Victoris*, *Thuanæam*, non ita facile patere acceſſum. Nihil eſſe in *Ambroſiana* adeò rarum & charum, quod non quis pro arbitrio, quolibet conſulere, & in uſum ſuum transferre poſsit tempore, modò intra Bibliothecæ ſepta, & deſtinatas eam in rem, ſedes ſe contineat, & diutius forulis ſuis libros, aliò avehendo, abeſſe non jubeat. Quod profectò magnum eſt beneficium. Imò tantò majus, quantò prolixiori ſæpe liberalitate, Reges & Principes, aptos idoneòſque conquiſiverunt, magnis ſtipendijs, Bibliothecarios, Viros celeberrimos, ἐμψύχυς βιβλιοθήκας, καὶ περιπατοῦντα μουσεῖα, quorum opera & judicio ad manum ſtatim eſſet, quicquid quærebatur. Tales olim erant Demetrius Phalereus, Callimachus, Apollonius Alexandrinus, Ariſtoxenus & Zenodotus *Alexandrini* Bibliothecarij: Varro & Hyginus *Montis Palatini Romani*, Loidratus & Agobardus ſub *Carolo Magno*, Petrus Diaconus *montis Caſinenſis*: Platina, Eugubinus, Sirlettus, Holſtenius *Vaticanæ*: Sabellicus *Venetæ*: VVolphius *Baſileenſis*: Meliſſus & Gruterus *Heidelbergenſis*: Douza, Paulus Merula, Heinſius *Leidenſis*: Budæus, Goſſelinus, Caſaubonus, Rigaultius, *Regiæ Pariſienſis*: Ferrarius *Mediolanenſis* &c. quorum non modò judicio Bibliothecæ potuerunt inſtrui, ſed & ſtudio, publico uſui ita conſecrari, ut eruditiſsimi quique, non minùs ſe mutis ejuſmodi, quàm vivis debere Præceptoribus, diffiteri non fuerint auſi. Vnico agere liceat *Salmaſij* exemplo, ut ne alios, qui theſauros Bibliothecarum liberaliter ſolent communicare, inſtituti pœniteat, memores eximiorum, qui ad univerſam rempublicam literariam inde redundarunt, fructuum. *Salmaſius dum Heidelbergæ verſatur* (verba ſunt, ex proſopographia ejus Epiſtolis præfixa p. 23.) *ſtatuit nihil prorſus eorum negligere, quæ ſibi in poſterum ad rem quam inceptabat, aut utilia aut neceſſaria fore exiſtimaret. Admiſſus igitur in interiorem Jani Gruteri amicitiam, ſimul & liberrimus ei ad locupletiſſimam*

Biblio-

Bibliothecam patuit aditus. In eam itaque ſe condit, & evolvendos partim, partim conferendos cum editis, aut ſi editi non eſſent, & majoris momenti viderentur, transſcribendos Græcos Latinosque Codices MSS. ſeſe accinxit. Atque ea quidem pertinacia, ut non diem tantùm, ſed & noctem huic curæ impenderet, & ex tribus unam ſemper inſomnem duceret. Toto mane ferè una ſemper cum Grutero hanc operam navabat: à meridie, per aliquot horas ambulationibus ſe invicem atque eruditis ſermonibus recreabant, ne quod otium etiam ſine negotio abire ſibi Claudius noſter permitteret. Tum iterum Salmaſius ad penſum ſuum. Gruterus domum reverti ſolitus. Quin etiam id juris in Bibliothecam jam acquiſiverat Heros noſter, ut in Muséum quoque, quos vellet, ſecum codices perlegendos aut deſcribendos adduceret. Ita factum pauciſſimis menſibus, ut eruditionem acquireret planè incredibilem, & fama nominis ejus, non Germaniam tantùm univerſam, ſed & Belgium noſtrum & Gallias pervagaretur, & pro Grutero jam Salmaſius undique de dubijs ac conclamatis apud omnis generis auctores locis conſuleretur. Ille verò jam tum eruditionis variæ admodum & diffuſæ copijs inſtructus, nunquam non pleniſſimè ijs ſatisfecit, & ſupra exſpectationem quoque lautiſſimis doctrinæ & polymathiæ ſuæ epulis ſatiavit. Superſunt tum in ipſius Muſéo, tum apud amicos maximorum virorum Literæ, quibus ſuper varijs admodum & difficillimis locis, in Stephani Dictionario, Floro, Callimacho, Theocrito, Athenæo, Heſychio, aliiſque graviſſimis Authoribus ſententiam rogatur. Hic fructus communicationis, quo qui non moventur, librorúmque uſum, ijs etiam, qui publico bono prodeſſe poſſunt, invident, animam Bibliothecis & vitam adimunt, planéque cani Æſopico ſimiles, fœnum nec ipſi comedunt, nec alijs concedunt. Quando tamen, quod initio monuimus, non *unius*, ſed *unitatis*; non *ſingulorum*, ſed *omnium* publicus librorum debet eſſe apparatus, legibus omnino & certis conditionibus Bibliothecis ita cavendum, ut neque *utentibus* æruginoſæ querela invidiæ, extorqueatur neq; *abutentibus* ſacrilegæ perfidiæ occaſio præbeatur. Editi antehac quarundam erant Bibliothecarum Catalogi, eo potiſsimùm ſcopo, ut, quæ aliàs laterent Κειμήλια, publici fierent uſus. Hinc blanda *Auguſtanorum* invitatio: *Quiſquis Reipublicæ literariæ faves, ſive lector ſive*

typographe, horum omnium Codicum, ſive interpretandi, ſive conferendi, ſive edendi, ita tibi futura copia eſt, ſi de ijs incolumibus reſtituendis caveris. Ad hujus exemplum, anno fluentis ſeculi ſecundo, Ingolſtadij vulgatus eſt Catalogus Græcorum manuſcriptorum codicum, qui aſſervantur in inclyta Sereniſsimi Bavariæ Ducis Bibliotheca: minus illiberali tamen facta utendi hac copia: *Quiſquis Catholica fide præditus prodeſſe voles reipublicæ literariæ, hos ns. codices conferendi, interpretandi, edendi copia tibi eſto, ſi de ijs ſine noxa reſtituendis caveris.*

CAP. V.

METHODVS DISPONENDAE & Diſtribuendæ Bibliothecæ in Locos communes, maximè Theologicos & Philologicos.

1. Hæc tractatio difficilis. 2. *Varia* authorum in aſſignandis ſedibus locorum communium *judicia*. 3. *Geſneri, Naudæi* & *Friſij* Methodus. 4. Noſtra ἐπίκρισις.

HÆc etiam opera crucem figit eruditis. Qui Bibliothecas uſui publico vult inſervire, multis ſe debet accommodare ingenijs. Vt enim aliud placet alij, ita ne Iupiter quidem omnibus. Eruditos, ubi loci communes proprijs ſuis & commodis, aſsignandi erant ſedibus, eam non ſemel obſervavi prodidiſſe judiciorum varietatem, quæ ægrè potuit conciliari. Neque mirum. *Si enim nihil unquam* (ut cum *Ariſtotele* loquar) *ſine ordine meditata eſt natura, vel effecit*, quisque etiam, ut Naturæ propiùs accederet Arte, ſtudio habuit. Hîc verò arte opus eſt, & majori quidem, quàm in adornandis Catalogis. Faciliùs enim eſt ex libris ſuo loco conſtitutis, quod placet methodicè eruere, quàm unicuique locum ſuum, ut placeat, & proſit etiam (collocatio enim memoriæ magnum eſt vel compendium, vel diſpendium) ordinare. Vnde & in concinnanda Bibliotheca *abſtractiva* (ſic hanc voco τοποθεσίαν, utpote quæ materiarum capſulas tantùm, pyxides, & repoſitoria conſiderat abſolutè, citra ſchesin ad authores) tot ferè reperio ſententias, quot capita. Et alij quidem in *exceſſu* peccant, alij in *defectu*. Hæc olim opera quosdam

ita ſuperſtitioſè occupavit, ut ludibrium poſteritati debuerint. Habet exempla quædam [a] *Naudæus*. Ad ipſam S. Scripturam nonnulli confugerunt. *Iohanni Mabuno*, τριχοτομία placuit. Nempe Davidis fuit votum: *Diſciplinam, bonitatem & ſcientiam docere*. Ad tres ergo claſſes revocavit univerſam librorum [illegible], quarum illa *moralia*, iſta *Theoretica*, hæc *Aſcetica*, proponeret. Hoc verò eſt, ſimpliciter, Ariſtotelis exemplo, in duo dividere *quicquid in orbe fuit*. Quæ generaliſsima Entis diviſio, niſi varijs ſubdiviſionibus juvetur, vel ferream turbare potis eſt memoriam. Non diffiteor, Bibliothecam *generaliter*, ad διχοτομίαν etiam poſſe revocari, ſed cui poſtea ſpecialior occurrat expoſitio neceſſe eſt. Ita & nos aliquando Bibliothecam diſtinximus in ὀνοματολογικὴν *Linguarum* unam, & πραγματικὴν, *rerum*, alteram. Et Catalogus quidem *Linguarum* diverſarum ſub ſe continebat, libros Ægyptiacos, Æthiopicos, Arabicos, Armeniacos, Belgicos, Chaldaicos, Chinenſes, Gallicos, Germanicos, Gothicos, Græcos, tam veteres quàm recentiores; Hebræos, Indicos, Italicos, Malabaricos, Perſicos, Rabbinico Talmudicos, Samaritanos, Sclavonicos, Syriacos, Turcicos, &c. *Rerum* verò reſpectu diſtinxi in 1. *Theologicos*, qui ratione *objecti* vel mixti ſunt, ex Διδασκαλίᾳ & Elencho, vel Didactici, Elenctici, Hiſtorici, Catechetici, Aſcetici, Practici, Scholaſtici. *Subjecti*, Reformati, Lutherani, Pontificij, Anabaptiſtici, Schwenkfeldiani, Arminiani, Sociniani, Judæi, Gentiles, Muhammedani, &c. 2. *Iuridicos*, qui vel Canonicum, vel Civile, vel Naturale jus tradiderunt. 3. *Medicos*, Galenicos, Paracelſicos, Empiricos; ratione materiæ Botanicos, Anatomicos. 4. *Hiſtoricos*, univerſales, particulares; Sacros, Eccleſiaſticos, profanos; Novi & Veteris Teſtamenti; ante vel poſt Reformationem. 5. *Philoſophicos*; *a*. Grammaticos, ſub quibus Poëtæ. *b*. Rhetoricos, *c*. Dialecticos, *d*. Phyſicos, *e*. Mathematicos, ſub quibus Arithmetici, ubi de pondere, menſura, &c. Muſici, Geometræ, (ſub quibus Geographi, Coſmographi, Chorographi) Architectonici, &c. *f*. Ethicos, *g*. Politicos, ubi de militia, &c. *h*. Scholaſticos, ubi de Indicibus, Bibliothecis, &c. 6. Philologos Orientales, Græcos, Latinos, &c. Cur verò poſtea Catalogum noſtrum ἐν πλάτει etiam maluerimus eſſe [illegible], ſuo loco videbimus. In tanto ſententiarum divortio ijs *Naudæus* [a] accedit, qui facilitati hîc, uſui & naturæ litant: Quales ſint, qui facultatum ductum ſequuti, Theologiæ, Medicinæ, Iurisprudentiæ, Hiſtoriæ, Philoſophiæ, Mathematum, & Literaturæ humanioris titulos eligunt generales, ſuis tamen mox iterum partibus diſtinctos. Ita v.g. in Theologia; omnia: quibuscunque Linguis edita; primò ponenda eſſe *Biblia*, poſtea *Concilia*, *Synodos*, Decreta, Canones, & Conſtitutiones Eccleſiaſticas, quas apud Pontificios proximum à Scri-

ptura

[a] L.c.p.132. [b] Ib.p.134.

ptura obtinent locum: Subjiciendos Patres, Græcos & Latinos: Scholaſticos, Doctores mixtos, Hiſtoricos & tandem Hæreticos. In *philoſophia* initium faciendum à *Triſmegiſto*, inde pergendum ad *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Raymundum Lullum*, *Ramum*, & finem imponendum in recentioribus *Teleſio*, *Patricio*, *Campanella*, *Verulamio*, *Gilberto*, *Gaſſendo*, *Baſſono*, *Gomeſio*, *Carpentario*, *Gorleo*, &c. Ita in reliquis Facultatibus & diſciplinis, quatuor additis obſervationibus 1. ut antiquiora & univerſaliora ſemper præcedant. 2. Ut interpretes ſequantur ſuos in ordine authores. 3. Ut cum particulares tractatus obtineant locum, qui materiæ ratione ijs debetur. 4. Ut libri homogenei ad deſtinatum & convenientem revocentur locum. Non abnuo, eam, procul dubio, Methodum eſſe arripiendam, quæ & facilima eſt, & Naturæ ordini proximè accedit; quando verò non cujusvis eſt quæ proponuntur in Idea, in effectum ſtatim producere, tales neceſſariò conſulendi ſunt, qui vel *generales*, vel *ſpeciales* Catalogorum adornârunt ἀνατυπώσεις, & eam demum, quæ vel librorum cujusque copiæ, vel communi uſui maximè videtur reſpondere, præferre. Et in *generali* quidem diſtributione, res tanta difficultate non laborat. Vidimus jam conſilium *Naudæi*. *Jacobus Friſius*, qui & ipſe rem librariam non infeliciter tractavit, cùm Bibliothecæ Carolinæ cura ei committeretur, *typum ſcripſit Bibliothecæ* (ſunt authoris verba) *Codicum omnium numeris ſecundùm ſui generis incrementum ſignatorum, ad Guilielmum Stuckium Tigurinæ, Iohannem Hallerum Bernenſis, Nicolaum Stupanum, & Beatum Helium Baſileenſis, Conradum Ulmerum, & Iohannem Iezlerum Schaphuſianæ Bibliothecæ Præfectos*, ubi ad ordinem Alphabethicum omnem revocat authorum & materiarum συλλογὴν, hoc ordine: A. De omni literatura: Ratione ſtudiorum: Encyclopædia artium & ſcientiarum. B. Varij miſcellanei, Epiſtolæ, Orationes. C. Grammatici. D. Dialectici. E. Rhetorici. F. Poëtæ & Poëtica. G. Mathematici. H. Muſici. I. Arithmetici. K. Geometrici. L. Aſtronomici & Aſtrologici. M. De Divinatione. N. Phyſici. O. Metaphyſici. P. Artes illiteratæ. Q. Ethici. R. Oeconomici. S. Politici T. Geographici. V. 1. Hiſtorici Univerſales. V. 2. Hiſtorici Particulares. V. 3. Hiſtorici Singulares. X. 1. Iuris Civilis Scriptores. X. 2. Iuris Canonici authores. Y. 1. De omni medicina. Y. 2. De ſimplicibus, Herbariorum authores. Y. 3. De compoſitis medicamentis pharmaceuticis. Y. 4. De conſervanda valetudine. Y. 5. De Reparanda ſanitate: de morborum omnium remedijs. Y. 6. Anatomica & Chirurgica. Z. 1. Biblia Sacra Veteris & Novi Teſtamenti. Z. 2. Patres, quorum poſtremus eſt D. Bernhardus. Z. 3. Scholaſtici Theologi. Z. 4. Commentatores in V. Teſtamentum. Z. 5. Commentatores in N. Teſtamentum. Z. 6. Locorum Communium vel omnium, vel præcipuorum, & variorum ſcriptores. Z. 7. De Sacra Scriptura, Verbo Dei, & ejus oppoſitis, de Traditionibus humanis, &c. Z. 8. De Miniſterio Verbi Dei; Veris & falſis Doctoribus &

Concilijs. Z. 9. De Eccleſia. Z. 10. De Ceremonijs Eccleſiæ, Sacramentis, &c. Z. 11. De Deo uno & Trino, omnibúsque attributis Dei, doctrina. Z. 12. De Spiritibus bonis & malis. Z. 13. De homine, ejus ſtatu in Paradiſo, Libero Arbitrio, peccato. Z. 14. De hominis reparatione, Iuſtificatione & Fide. Z. 15. De Chriſto Mediatore, ejusque perſona. Z. 16. De gratitudine, pœnitentia, bonis operibus. Z. 17. De Invocatione ſeorſim, & Formulæ precum. Z. 18. De eventu & viciſsitudine rerum; Proſperitatibus, ſecundiſque rebus moderandis. Z. 19. De adverſitatibus ferendis: & Conſolationes in cruce, perſequutione, morte. Z. 20. De purgatorio, & quatuor rebus noviſsimis, Fine mundi, adventu Iudicis Chriſti, Reſurrectione mortuorum, Iudicio, damnatione & vita æterna. Sequuti ſunt alij, *Voëtius* præſertim (ut cæteros taceamus) inter noſtros, & nuper *Mejerus*, qui & ipſi in Bibliothecis ſuis claſſes non generales tantùm oſtenderunt ſed & ſpeciales. Præivit *Geſſnerus* noſter, ὁ [illegible], qui ut in generalibus diſtribuendis titulis accuratus, ita in ſpeciali anatomia fuit accuratiſsimus. Sic, exempli gratia, partitionum *Theologicarum* geminam exhibet tabulam, *explicitam* & *contractam*. Priori Theologiæ ſtudium conſiderat vel *integræ*, *Iſagogicum* Tit. 1. & *Biblicum*, Tit. 2. *Illius* partes conſtituit 1. de Theologia, religione, & fide Chriſtiana in genere, 2. de libris, Theologiæ ſummam complexis. 3. Qui ſcripſerunt in ſententias Lombardi, 4. de Catechiſmis & Symbolis. *Hujus* verò 1. de pertinentibus in genere ad intellectum utriusque Teſtamenti 2. De integris Biblijs, eorumque editionibus, & de Vetere Teſtamento ſeorſim, 3. De Theologia Iudæorum tum reliqua, tum Talmudica. 4. De ſcriptis in Pentateuchum. 5. In libros Ioſuæ, Iudicum, Ruth, Samuel, Regum, & Prophetas. 6. In reliquos Veteris Teſtamenti libros. 7. De novi Teſtamenti editionibus. De pertinentibus ad quatuor Evangelia communiter & particulariter. Sermones de tempore & SS. 8. In ſingula quatuor Evangelia & in Acta. 9. In Epiſtolas & Apocalypſin. Epiſtolæ vetuſtiſsimorum Theologorum. Appendix Biblicorum. 10. Sermones, ſimpliciter, ad populum, ad perſonas religioſas vel principes. 11. Precationes, Soliloquia, Meditationes, Hymni. 12. Revelationes futurorum, viſiones ſacræ, ſomnia. Tit. 3. *Metaphyſicum*, vel de ſubſtantijs incorporeis, cujus partes. 1. De Deo ſimpliciter: De Deo Patre. 2. De Trinitate. 3. De Chriſto & tota ejus Hiſtoria Evangelica. 4. De Spiritu Sancto. 5. Dei propria & effectus; & hominis quædam erga ipſum officia 6. De ſpiritibus bonis & malis 7. Homo in genere. Anima. Arbitrium. Conſcientia. Tit. 4. *Ethicum*, cujus partes 1. De Virtute in genere, & varijs ad eam referendis. Oeconomica quædam. De Vitijs ſimul & Virtutibus in genere. 2. De malo, vitijs, & peccatis in genere. Summæ, & alij libri de vitijs. 3. De affectibus. 4. De juſtitia, ſimpliciter, erga Deum, erga homines. 5. De injuſtitia. 6. De prudentia, ſapientia 7. De Contrarijs. 8. De

Tem

Temperantia. 9. De Intemperantia. 10. De Fortitudine. De gloria & utraque fortuna. De conſolationibus. 11. De vitijs fortitudini oppoſitis. 12. De præmijs præſentis & futuræ vitæ. 13. De pœnis. Tit. 5. *Eccleſiaſticum*, idque vel circa Eccleſiam integram, vel perſonas religioſas, vel ceremonias, cujus partes 1. De Eccleſia & pertinentibus ad eam in genere. 2. De perſonis Eccleſiaſticis, & ordinibus diverſis, ubi: Sacerdotes, Epiſcopi & alij prælati. Papa. Eccleſiæ & Sacerdotum authoritas, poteſtas, immunitas, poſſeſsiones. 3. De Synodis in genere. 4. Traditiones humanæ, indulgentiæ, excommunicatio. 5. Prophetæ, Doctores, Concionatores. Concionandi ratio. Auditores. 6. Monachalia. 7. De Sacramentis in genere. De Sacramentis Vet. Teſtamenti, Circumciſione & ſacrificijs. 8. Baptiſmus & confirmatio. 9. De Cœna Domini & Miſſa. 10. Iejunium; pœnitentia, Confeſsio ſatisfactio. 11. Matrimonium. Cœlibatus, conjugium, & concubinæ ſacerdotum. 12. Vota. 13. Templa, Ceremoniæ, & ritus diverſi, tum alij, tum ſuperſtitioſi. Imagines & reliquiæ. Libertas Chriſtiana. 14. Dies feſti & ſolennes. 15. Unctio extrema; ſepultura & pertinentia ad eam. 16. Pauca quædam politica. Tit. 6. *Polemicum*, cujus partes, 1. De hæreticis, hæreſi, Schiſmate, & ſuperſtitione in genere. 2. Hæreticorum Catalogus Alphabeticus. 3. Contra Gentiles, Iudæos, & Turcas. 4. De ſcriptis Lutheranorum in genere, & aliorum contra ipſos. 5. Adverſaria ſcripta extra hæreſeos notam. Invectivæ. Apologiæ. 6. Hæreſes per locos digeſtæ. Tit. 7. *Hiſtoricum*, cujus partes 1. Hiſtoriæ ſacræ in genere, & ſecundum gentes. Perſequutiones. 2. Hiſtoriæ Vet. Teſtamenti. 3. Novi Teſtamenti. 4. Concilia & Decreta. 5. Pontifices Romani. 6. Scriptores Eccleſiaſtici. 7. Sancti & martyres in utroque ſexu. Tit. 8. *Varium*, cujus partes 1. Summæ. Loci Communes. Indices. Vocabularia quædam. 2. Quæſtionum & diſputationum libri. 3. Epiſtolæ. 4. Dialogi. 5. Poëmata & Picturæ. 6. Ludicra, Scoptica, Paſquilli. 7. Reliqua varia, ut ſunt paradoxa, ſimilia, ſtromata. *Contracta*, quam artificioſiorem vocat, talis eſt. Theologiæ ſtudium integrum in *Iſagogicum* diſtinguit & Biblicum: Illud iterum in *Diexodicum*; ut ſunt prolixæ quorundam Inſtitutiones & ſummæ; & *Epitomicum*, in Catechiſmis, Confeſsionibus & Symbolis: *Biblicum* verſatur, circa utrumque Teſtamentum; circa Vetus ſeorſim, circa Novum ſeorſim. *Particulare*, eſt vel A. *Didacticum*; idque vel א. ſimpliciter tale, tum *ſpeculativum*, a. *Metaphyſicum*, De Creatore Deo, & Trinitâte: De ſubſtantijs creatis, Angelis bonis & malis, Homine, anima, &c. b. *Phyſica* pauca inter Dei effectus & mundi creationem interpoſuit; tum *Practicum*. a. *Ethicum*, de Virtutibus & vitijs, in genere, ſingillatim, de præmijs & pœnis. b. *Oeconomica* pauca Ethicis ab initio conjunxit. c. *Politica* pauca ſubjunxit ad finem tituli 5. ut de civilibus poſt Eccleſiaſtica diceretur; *Activum*, vel ב. *Polemicum*, In rebus levioribus; Circa

hæreſes; *extra fidem* Chriſtianam, contra Gentiles, Iudæos, Turcas: *intra fidem* Chriſtianam, circa Scripturam, Deum, Angelos, Hominem & Animam, Virtutes, vitia, Eccleſiam, perſonas & ceremonias Eccleſiaſticas. 3. *Hiſtoricum*, Veteris Teſtamenti; Novi Teſt. Poſt Novum. 4. *Et, extra ordinem, varium. Varia* autem vel ſunt *collecta*, ut Loci, Indices, Vocabularia & Summæ quædam, vel ab *uno authore ſcripta*, *carmine*, poëmata; *proſa*; ſerió, ut Epiſtolæ, quæſtiones, diſputationes, *Scopticé*, Paſquilli. Non exacta minus, quàm commoda Geſneriana eſt τομοθεσία utraque, quando veró, ut modeſtia certavit cum eruditione in tanto Viro, idem monuit; hanc diſtributionis methodum ſequutos ſtudioſos, & ipſos faciliùs hæc aucturos, & alicubi forſan correcturos, hoc eſt, diſpoſituros commodiùs: Multo enim faciliùs apparere opere jam perfecto, & partibus inter ſe omnibus comparatis, ut in ſtatuis & ædificijs, ſic in libris etiam, quid inſit vitij, quàm in ſingulis antea ſeorſim, præſertim ſi magnum variumque ſit opus; idque multò magis, ſi quod inchoatum eſt, aliquandiu intermiſſum fuerit; Ego, nullius obſtructurus luminibus, aut interceſſurus laboribus, Lectoris φιλοβίβλȣ relinquam judicio, annon, quæ non generalis tantùm πεντα-μερὴς, ſed & ſpecialis πολυμερὴς Locorum Communium (*Theologicorum* cumprimis & *Philologicorum*: *Iuriſconſultorum* enim & *Medicorum* ab alijs abſolutiores exſpectari debent Bibliothecæ) nobis placuit diſtributio, præſenti noſtro ſtatui, & ætati, ubi ſtudia etiam Philologica, caput feliciùs quàm alio unquam tempore, extulerant, aptè ſatis conveniat. *Quinque* ergò, ut ſupra monuimus, generalem abſolvimus diſtributionem Bibliothecæ noſtræ *partibus*, Theologica, Philologica, Iuridica, Medica, Philoſophica. In *Theologico*, ordine præcedit

A. Bibliotheca *Biblica*, quam conficiunt,

a. *Biblia* tum Originalia, tum tranſlata. b. Varia *judicia*, *obſervationes*, &c. in ſingulas ſive Editiones, ſive Verſiones. c. *Lexica*, *Concordantiæ*, *Commentaria*, tam Philologica, quàm Theologica in Biblia Sacra.

B. Subjicimus Bibliothecam *Eccleſiaſticam*, quò pertinent a. Primæ antiquitatis ſcripta Veterum, *Patrum* videlicet, tam ὑποβολιμαῖα, quàm γνήσια, ſeculis ſuis ſive ætatibus diſtincta. b. Scriptores ætatis *mediæ*, ante Reformationem, c. *Vltimæ*, poſt Reformationem, tam Orthodoxorum quàm Heterodoxorum.

C. *Symbolicam*, cujusmodi ſunt a. *Symbola*. b. *Synodi*. c. *Confeſſiones*. d. *Palinodiæ*. e. *Catechiſmi*. f. *Colloquia*. g. *Diſputationes publicæ*. h. *Liturgiæ*. i. *Apologiæ*, tempore, locis &c. diſtinctæ.

D. Syſtemata *Topica* Proteſtantium, tam *Reformatorum*, quàm *Lutheranorum*, *Pontificiorum*, *Anabaptiſtarum*, *Socinianorum*, *Arminianorum*, *Vorſtianorum*, *Weigelianorum*, *Tremulorum*, *Libertinorum*, *Independentium*, *Huberianorum*: *Gentilium* denique, *Iudæorum* & *Muhammedanorum*. *Reformatorum*, *Lutheranorum* & *Pontificiorum* Topicam diſtinximus in *generalem*, & *ſpecialem*, ſuis cuique aſſignatis authoribus. *Illam* iterum oſtendimus vel 1. *Iſagogicam*, quæ de ratione ſtudij Theolo-

Theologi agit in genere; vel 2. *Mixtam*, ubi Didaſcalia cum Elencho conjungitur: quales ſunt uſitata Locorum Communium Syntagmata: vel 3. purè didaƈticam; vel 4. merè *Elenƈticam*, ſive *Reformatorum* contra *Pontificios*, Ieſuitas præſertim, *Socinianos*, *Anabaptiſtas*, *Libertinos*, *Pſeudo-Nicodemitas*, *Arminio-Vorſtianos*, *Schwenkfeldianos*, *Huberianos*, *Independentes*, *Tremulos*, *Weigelianos*, *Iudæos*, *Turcas*, *Gentiles*: vel *Reformatorum* inter ſe, vel *Pontificiorum* contra utrosque: vel *Chriſtianorum* contra *Iudæos*, *Muhammedanos*, vel *Muhammedanorum*, *Iudæorum*, contra *Chriſtianos* 5. *Problematicam*, 6. *Hiſtoricam*. 7. *Scholaſticam*, eamque iterum vel *Syſtematicam*, vel *Theticam*. 8. *Aſceticam*, tum *regulativam*, ſivè *exemplarem*, tum *caſuiſticam*. 9. *Practicam*, quò etiam integræ referri debent Conciones, varietate materiarum & objeƈtorum diſtinƈtæ, Feſtales, Nuptiales, Inaugurales, Valediƈtoriæ, & 10. *Apocalypticam*. Specialis enumeratio locorum ſequitur; quæ à varijs inſtituitur variè, mihi *confeſſionis* noſtræ veſtigia (multum enim refert Catalogum ita habere contextum, ut plurium inſervire poſsit uſui) ut plurimùm, hoc ordine ſequi placuit: 1. De *Theologia* in genere, diſtinƈtiſque ſpeciebus, Naturali & Revelata, de uſu & abuſu rationis in Theologia, &c. 2. De *Scriptura*, ejus cauſis, effectis, adjunƈtis; Authoritate præſertim (tam materiæ ſive verborum, quàm formæ ſive rerum reſpeƈtu) annexis quæſtionibus novis, de textûs Hebraici integritate, LXX. Virali Verſione & Codice Samaritano. 3. *Patribus*, Concilijs, Traditionibus, Scripturæ Interpretatione. 4. De *Deo*, Vnitate eſſentiæ, & Trinitate perſonarum: Nominibus etiam, præſertim Orientalibus. 5. De *cultu* Dei, eique oppoſito cultu Sanƈtorum, & imaginum. 6. De *Decretis* in genere, & in ſpecie de *Prædeſtinatione*, ſive Eleƈtione & Reprobatione. 7. De *Creatione* omnium rerum, Angelorum & hominum. 8. De *Providentia*. 9. De peccato in genere, & in ſpecie: ejus Natura & pœna. 10. De *Libero Arbitrio*. 11. De *Lege* in genere, in ſpecie de Decalogo, & alijs præceptis ſpecialibus. 12. *De Evangelio*, promiſsionibus, Spiritu, litera. 13. De *perſona & officio Chriſti*. 14. De *Eccleſia* (tam Orientali, quàm Occidentali) ejus Natura, Notis, Vocatione, Reformatione. 15. *De Gubernatione Eccleſiæ & diſciplina Eccleſiaſtica*. 16. De *Sacramentis* in genere: *Baptiſmo* & *Cœna Domini* in ſpecie. 17. De *Eccleſiarum conſervatione* per ſcholas, ubi & de Collegijs, Scholis, Monaſterijs. 18. De *reditibus Eccleſiaſticis*, decimis, donationibus. 19. De *ritibus Eccleſiaſticis*, *precibus*, *cantu*, *horis Canonicis*. 20. De *Ferijs*, *Iejunijs*, *Ciborum deleƈtu*. 21. De *Magiſtratu*. 22. De *Conjugio*, *Cælibatu*, &c. 23. De donatione *Fidei* ac *Reſipiſcentiæ* per Vocationem 24. De *Iuſtificatione*. 25. De *Sanƈtificatione*, 26. De *Perſeverantia*. 27. De *ſepultura* fidelium, cura pro mortuis, purgatorio, &c. 28. De *Glorificatione*. Hæ ſunt ſedes, quas libris meis Theologicis aſsignavi, quæque non incommodè cuilibet Bibliothecæ Theologicæ videntur poſſe aptari.

Philo-

Philologiam Theologiæ immediatè ſubnecto, quòd dexteram ei fideliſſimè porrigat. Vera enim & genuina explicandæ Scripturæ, & aperiendi locos communes, clavis eſt *Philologia* Sacra, quæ partim in *Linguis* conſiſtit, partim in *Hiſtoriis*. Philologiam *Linguarum* hoc ordine diſpoſui, ut libri præcederent *Hebraici*, ſequerentur *Samaritani, Chaldæo-Syriaci, Arabici, Perſici, Turcici, Æthiopici, Ægyptiaci, Armeni, Sinenſes, Malabarici, Sclavonici & Gothici*, quibus & *Græcos* addidi & cæteros, qui vel de *Harmonia*, vel de *Apparatu* ſcripſerunt Linguarum Orientalium. Prologi inſtar galeati ponuntur, qui Philologiam Sacram tractârunt in *genere*. *Hebræos* iterum diſtinctè collocavi a. *Theologos* 1. *Exegeticos* in univerſa Biblia, aut certos etiam libros. 2. *Topicos*, tam Didacticos quàm Elencticos, eosque vel Scholaſticos vel Hiſtoricos. 3. *Practicos*. 4. *Catecheticos*. 5. *Aſceticos*. 6. *Cabbaliſticos*. b. *Iurisconſultos* tam Talmudicos ſive authoritativos, quàm Scholaſticos & ratiocinativos. c. *Medicos*, tam translatores Arabes, quàm βαθέας Hebræos. d. *Philoſophos*, & quidem κατ' ἐγκυκλοπαιδείαν, 1. *Grammaticos*, tam Iudæos, quàm Chriſtianos, 2. *Lexicographos*, merè *Hebraicos*; Iudæorum: *Biblicos, Talmudicos*, μιξοβαρβάρους; & verſionibus veſtitos Chriſtianorum. 3. *Maſorethicos*, & Concordantiarum Scriptores. 4. *Paroemiographos* 5. *Epiſtolographos*. 6. *Poëticos*. 7. *Logicos*. 8. *Mathematicos*. 9. *Hiſtoricos*, tam univerſales quàm particulares, ſacros & profanos. 10. *Philologos*, qui de variis thematibus Philologicis, Theologicis, Hiſtoricis, ſatis accuratè diſſeruerunt. De his omnibus authores nobis Hebraici ſunt ad manus, etſi impari numero, eo tamen ferè ſelectu, ut privatæ poſſint Bibliothecæ ſufficere. *Samaritanæ* Bibliothecæ arctiores ſunt cancelli. Præſtò tamen ſunt libri eorum 1. *Sacri*, Lex Moſis Hebraicè & Samaritano-Chaldaicè tam impreſſa, quàm, obſervatis per totum Pentateuchum differentiis, MS. Fragmentum Verſionis Arabico-Samaritanæ. 2. *Eccleſiaſtici*, Chronicon Samaritanum, ſive *Liber Ioſuæ*, Arabicè ſcriptus. 3. *Critici* & *Philologici*, de Literis, diſtinctionibus, authoritate Codicis Samaritanorum: Lexica etiam Morini, Anglorum &c. Sed & ex *Chaldaicis* pariter atque *Syriacis* monumentis tot numerari poſſunt *Sacra, Eccleſiaſtica, & Scholaſtica*, quot quidem ſtudiis noſtris conducere videntur. *Arabia* ſe nobis multis modis magis præbuit propitiam. Conquiſivimus enim ſcripta non pauca, *Chriſtianorum*, *Iudæorum*, *Samaritanorum* & *Muhammedanorum*. Illorum iterum vel Orientalium, vel Occidentalium, utrorumque vel *Sacra* ſunt monumenta, vel *Eccleſiaſtica* vel *Scholaſtica*, eáque vel *Philoſophica*, Lexica, Grammatica, Poëtica, Epiſtolica, Miſcellanea, Proverbia, Geographica, Aſtronomica: vel *Hiſtorica*, vel *Politica* &c. *Perſia* quoque ſuppeditat *Theologica*, Chriſtianorum, Muhammedanorum, ſive Aliſequarum, *Hiſtorica, Philoſophica, Grammatica*, *Chronologica*. *Turcica* Euchologia quædam & Grammaticalia ſubminiſtrat. *Æthiopia* non amplius, ut antehac, acceſſu diffi.ilis, *Sacra* quædam Scripta reliquis *Eccleſiaſtica*, *Hiſtorica*, *Philologica*.

Ex

Ex *Aegypto*, *Armenia*, *China*, Gothorum, Malabarorum, &c. divitijs, nihil quidem jactamus: neque tamen raritatis nobis deeſſe quædam monumenta, ſuo loco indicabimus. Succedunt πολυγλωττίας ſubſidia, *Harmonica* cumprimis, tum *Lexica*, tum etiam *Grammatica*. *Generalia* item Scripta de uſu Linguarum, *Hebraicæ*, *Syriacæ*, *Arabicæ*, de nummis, Idiotiſmis; ſingularum propemodum Linguarum natura & genio: Catalogi Orientales, & Miſcellaneæ de Philologia Sacra diſſertationes: *Græcam* denique literaturam diſtinctè etiam proponimus in libris *Sacris* 2. *Eccleſiaſticis*. 3. *Hiſtoricis* 4. *Philoſophicis*, a. Grammaticis. b. Lexicis. c. Paroemiographis. d. Rhetoricis. e. Poëtis. f. Logicis. g. Mathematicis. h. Geographis. i. Diſtinctis Philoſophorum Sectis, *Ariſtotelicis* præſertim, *Platonicis*, & *Stoicis*. *Alteram* Philologiæ partem oſtendo in *Hiſtorijs*, ubi 1. De *Chronologia* & Chronologis in genere. 2. De *Univerſali Hiſtoria* vel Veteris vel Novi, vel utriusque Teſtamenti *conjunctim*. 3. De *Scriptoribus mixtis* Eccleſiaſtico-Politicis, ſive ſacro-profanis. 4. *Diſtinctè* verò de *Eccleſiaſticis* & *Profanis*, & illi quidem, ſecundùm ſpecies, diſtincti, ſunt. a. *Martyrologia* b. *Proſopographiæ*. c. *Archæologiæ*, ſive de originibus errorum tam in genere, quàm in ſpecie. d. *Hæreſiologia*, de hæreticis & hæreſibus. e. De *varijs ordinibus* Monachorum. f. De *Colloquijs*, *Conſilijs*, *Concilijs*, *Confeſſionibus* τὰ ἱστορικὰ, ut ſupra in Symbolicis τὰ δογματικὰ, &c. g. *Epiſtolographia* h. *Acta* & Hiſtoria *Reformationis*, quo pertinent A. Integra Syſtemata Hiſtorica de Reformatione. B. Diſtincta inter Reformatores & adverſarios eorum acta. C. Iudicia varia Academiarum, Theologorum, &c. de Reformatione & Reformatoribus. D. Conſilia pro Reformatione. E. Αἰτιολογία ſive redditiones cauſæ reformationis. F. Querela de artibus, vi & fraude, quibus multi Reformationem voluerunt oppreſſam. G. Conatus reformationem impediendi. H De formula *Interimiſtica*. I. Acta inter Reuchlinum & Hohenſtratum, cæteróſque μισογλώττους καὶ μισομούσους. K. Paſquilli, Dialogi, Comœdiæ, Apologiæ, &c. Ex *his* verò א in *genere* alij de Hiſtoria *profana*: In *ſpecie* vel de *antiqua* Orientalium omnium univerſaliter; particulariter *Pœnorum*, *Sinenſium*, *Tartarorum*, *Arabum*, *Perſarum*, *Turcarum*, *Indorum*, *Abutenorum*, *Græcorum*, *Romanorum*: vel intermediorum & recentiorum, quos alphabethico ordine recenſemus, ſuntq; *Auſtriacæ*, *Anglicæ*, *Argentinenſes*, *Belgica*, *Bernenſes*, *Bohemicæ*, *Brandenburgicæ*, *Burgundicæ*, *Danicæ*, *Friſicæ*, *Gallicæ*, *Genevenſes*, *Genuenſes*, *Glaronenſes*, *Germanicæ*, in genere; *Hanovicæ*, *Haſſiacæ*, *Helveticæ* generales, *Hiſpanicæ*, *Italicæ*, *Luſitanicæ*, *Mediolanenſes*, *Neapolitanæ*, *Solodurenſes*, *Suevicæ*, *Tigurinæ*, *Tugienſes*, *Spirenſes*, *Siculæ*, *Tranſſylvanicæ*, *Venetæ*: vel de *Perſonis*, ſive *ſubjectivè* ſive *objectivè* agunt; quo referuntur *Epiſtolæ* & *Proſopographiæ* ב vel de *Nummis*, & re nummaria; ג vel ד rerum *cauſis* & *originibus*. Hæc diſpoſitio, ubi major eſt apparatus, facilè per vel *Alphabethicum* ordinem poteſt deduci, vel per *materialem* diffundi. Modum enim & viam indicare

M nobis

nobis conſtitutum tantùm erat. Διατάγματα juridica alijs malo relinquere. Non tamen putem, malè nos Iuris ſcriptores diviſiſſe in eos, qui ſcripſerunt a. de Iure *Naturali* & Gentium. b. *Civili* & *Canonico* diviſim, aut de eodem conjunctim, & ſingulis utriusque decretis, Canonibus, legibus, paragraphis, &c. c. De *Iure poſitivo*, & cujusvis Reipublicæ *municipali*. Ita & *Medicinam* attigiſſe ſatis fuerit. Diſtinximus *Medicos* 1. in *Veteres* (Græcos & Arabes), *intermedios*, & *recentiſſimos*. 2. In eos qui vel de *retinenda*, vel *reſtituenda* ſanitate agunt. 3. In *Anatomicos*, *Botanicos*, *Chymicos*, *Philologos*, &c. *Philoſophiæ* denique ſedes ordine quæſivimus, itaut 1. Præmitterentur in genere docendi *Methodi* 2. *Encyclopædiæ*. 3. Variæ Philoſophorum *ſectæ*. In *ſpecie* ſubjecimus 1. *Grammaticas*, quò pertinent *Phraſeologiæ*, *facetiæ*, *apophthegmata*, *adagia*; Orientalium & Occidentalium; *Lexica*, *Colloquia*, *Progymnaſmata*, *Critica* profana, varia Linguas docendi Compendia; *Poëtica*, Sacra, Eccleſiaſtica, profana. 2. *Logicas* Veteres *Ariſtotelicas*, novas *Rameas*, *Philippinas*, &c. 3. *Rhetoricas*, ad quas refero varias Orationes, & Epiſtolographiam. 4. *Phyſicas* Veteres & recentiores in *genere*: in *ſpecie*, Interpretes Veterum; ſingularum partium tractationes. Ad hanc claſſem *Magica* rejicio, Taliſmata, varia Orientalium & Occidentalium Amuleta. 5. *Metaphyſicas* Scholaſticorum & Reformatorum. 6. Libros *Mathematicos*, ſub quibus ſunt a. *Arithmetici*. b. *Geometræ*. c. *Muſici*. d. *Aſtronomi* e. *Geographi*, tam univerſales *Coſmographi*, quàm particulares *Topographi*. 7. *Ethicos*, tam per univerſa ſyſtemata, quàm diſtinctas ejus virtutes & vitia, annexâ appendice de Veterum Scholaſticorum *Moraliſationibus*. 8. *Politicos*, ubi 1. Respublicæ ordine in *genere* omnes enumerantur. 2. Ratio gubernandi, per ſyſtemata. ſpeciales quidam tractatus, caſuum ſingulorum, enarrantur. *Militia* tandem, ceu mantiſſa Politiæ, ſubnectitur. 9. *Scholaſticos*, quò rejicio *Bibliothecas*, *Scholas*, *Academias*, *Typographias* &c. 10. *Oeconomicos* tam generales, quàm ſpeciales, &c. Hac Methodo nobis fuit viſum, unumquemque authorem ſuo loco indicare, &, ut loqui amant Hebræi, diſponere איש בדגלו virum juxta vexillum ſuum. Alijs vel perfectionis, vel majoris perſpicuitatis laudem non invidebimus, modò in tanta judiciorum varietate, noſtri nobis inſtituti conſtare rationem, Φιλοβίβλοις probaverimus, eóque non planè pœnitendam operam præſtiterimus.

CAP.

CAPUT. VI.

1. Digreſſio á theſi ad hypotheſin. 2. Occaſio nata ex Epiſtola viri eruditi. 3. Canonis generalis ceu cynoſuræ in Bibliothecis colligendis; *Media reſpondeant fini*; plenior deductio per obſervationes. א. Bibliothecam Theologicam *reliquarum Facultatum libros* non excludere. ב. *Prima, media cumprimis & ultima ætatis* Theologorum rationem habendam. ג. *Thetica Theologia*, i. e. per theſes explicatæ, curam non abjiciendam. ד. *Orientalem ſupellectilem*, & utilem, & noſtra ætate ἀπόριςον. Comparatio noſtri ſeculi cum ſuperiori. ה. Apparatus MSS. á publicis exſpectandus: privatis pauca ſufficiunt, cujusmodi quædam enarrantur *Methodij, Cyrilli, Meletij, Metrophanis*: Syntheſis Græcorum cum Confeſſione Helvetica ex Mſc. eruta ו. *Archivum Epiſtolicum*, & ejus uſus in Hiſtoria publica, privata, Eccleſiaſtica, Politica &c. Pretium & æſtimatio ejus. Demonſtratio utilitatis per quædam exempla, &c.

QVæ de officio *Bibliothecarij*, ratione item colligendi & diſponendi Bibliothecam monuimus, ſufficere utcunque poſſent inſtituto noſtro. Sed quia video alios à me hac occaſione exſpectare alia, non illiberali hoc obſequio amicos vel pariam, vel conſervabo. Non poſſum diffiteri, ad hanc me conſcribendæ Bibliothecæ provinciam ſuſcipiendam ægrè fuiſſe pertractum. Nam, ut multæ obſtiterunt rationes, quæ vel arreptum calamum facilè potuiſſent excutere; ita nec pauciora me argumenta ad pertexendam telam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, toties flagitatæ, impellere me debuiſſent. Non potui tamen tot Mæcenatibus & amicis, hanc ſive imperantibus, ſive flagitantibus operam diutius denegare. Et quibus nuper admodum id ipſum à me feriò fuerit poſtulatum verbis, nollem equidem obtrudere alijs, niſi amicum quæſitum, amicum poſtularet reſponſum, hacque adeò occaſione via ad διανοίξεως ὑποθέσεων ſterneretur commoda.

II. Exemplar *epiſtolæ* ita habet; Celeberrime Vir. Quanquam clariſſima tui

 nomi

nominis fama ad remotiſsimas orbis partes pertingens, ad me quoque jam tum in diſsitis lato terrarum pelagique tractu regionibus agentem, fando peruenerat, poſteaquam tamen ad veſtras tandem oras caſus me detulerat, conceſſumque optanti fuerat coram ora tueri, verasque audire ac reddere voces: inſigni favoris experimento didici, haud imparem omninò tam eximiæ eruditioni facilitatem quandam, & in externos homines humanitatem ſe exerere: tuncque primùm agnovi modeſtè de laudibus tuis famam ubique loquutam, in quo omnia ad æternitatis memoriam mirè conſpirant. Nunquam mihi brevior lux, nunquam horæ velociores abire viſæ, quàm cùm ſermones mecum conferre omni doctrinâ excultos non gravareris, quin pretioſum temporis tui theſaurum per ſalutaria monita, memorandaque colloquia benignus impenderes: à congreſſu deindè converſus ad ſcripta tua, quanta, bone Deus, ac qualia! cœpi mox fatorum meorum inclementiam vel hâc unâ mercede excuſare, quod alieno in ſolo, alioque longè ſub cælo, Montes inter Helveticos, divites auri venas aperuiſſent, imó ampliſsimam univerſæ literaturæ aurifodinam. Sex omninò ſupra viginti jam tum, cùm catalogum ederes, numerabantur Libri tui, ſpiſsi, & laborioſi operis, abſtruſâque linguarum Orientalium rerumque cognitione, quâ in paucis emines, & reconditæ rarisque duntaxat ingenijs perviæ eruditionis arcanis undequaque gravidi: quibus acceſsêre deinde alia ex alijs, quæ edidiſti hactenus opera ſuis numeris abſoluta, ingens prorsùs hæreditas poſteris futura, multisque ſuffectura ingenijs. Tua verò intereſt, Vir maxime, ut qui tanta ſcientiarum materiam ipſe Orbi dederis, eidem ne invideas alienam. Dicam liberè, dicam apertè. Id tu pertinaci de bonis literis merendi ſtudio meritò conſequutus es, non tantùm ut ultrà Garamantas & Indos nota ſit nominis tui fama, verum etiam ut extremis ab oris doctrite Doctorem expetant, dumque de arduis pro re natâ per literas obſcurisque conſulunt, ſua & aliena, nova pariter & vetera tanto numero, tantâ mole ſcripta transmittant, vix ut alibi apud unum quenquam tam copioſam repereris optimorum Manuſcriptorum ſupellectilem: dives enimuerò exquiſitorum ſtudiorum gazophylacium, aliàsque benè inſtructam Bibliothecam, ſi ad methodum redigatur, facilè æquaturum! Hunc tu autem theſaurum tantum ac talem ne avarus abſcondere, quin potiùs publici juris facere velis, ut qui te totum Reipublicæ literariæ bono dudum conſecraveris, facilè poteris exorari. Ibunt profectò Muſæ illæ Poſthumæ, cælum dudum lucemque deſperantes, exemplo licentiàque quam feceris, per Academiarum Lycæa, chartisque impallescentibus ſeſe, tanquam de funere redivivæ, clara in luce videndas dabunt, Hottingerumque pulcherrimæ Literaturæ, dudum ſepultæ, aſſertorem inſtauratoremque clamabunt. Iam verò quandoquidem MM. SS. illa & plurimorum Authorum, nec materiæ unius ſunt, nec vel unius Typographi labor, aut ſumptus tantum opus, imò tanta volumina ſtatim exæquet; magnam tu quidem

dem de viris magnis gratiam mereberis, ſi ad præclaram illam Locorum communium methodum (cujus mentionem facis in Catalogo Librorum tuorum) ea omnia clarè diſtinctèque revocare volueris, Rerumque ac Authorum abſolutum Indicem quantocyùs imprimi curaveris, tanquam novæ, nec antehac viſæ mortalibus Bibliothecæ, lentiùs, ut res feret, doctorumque poſtulabit curioſitas, ſubſequuturæ ſpecimen. Nullum, me indice, utilius ſcriptum hoc ſæculo lucem aſpexerit, quo mirum in modum invaleſcente epidimiali illo ſcribendi cacoëthe, exquiſitas plerique Bibliothecas pulchro ad oculum ordine diſpoſitas quo ſumptu? quá curà? inſtituunt; alij thalamos quoque hac parte ſupellectilis ornant, quæ animis exornandis nata eſt, nec aliter ijsdem utuntur, quàm vaſis Corinthiacis, tabulisve pictis, ac ſtatuis. Hic Philologos ac Poëtas, illic Theologos, Philoſophos ac Mathematicos, alia denique ex parte Medicos, proximè & Iuriſconſultos, & Caſuiſtas, ſi Dijs placet, longiſsimà ſerie collocatos videbis, ut voluminum inæſtimabili multitudine Ptolemæi Philadelphi Regis Alexandrinam Bibliothecam æquare dixeris, ubi quadraginta Librorum millia ſimul coacervata fuiſſe perhibentur; quod elegantiæ Regum curæque opus egregium Livius, Seneca verò ſtudioſæ luxuriæ ſeſe inaniter oſtentantis fuiſſe ait. Interea mihi in tantà lucubrationum & meridiationum ſylvà conſtituto, tenuiſsimus injicitur de re quapiam ſcrupulus quis eruat? quò me vertam Conſulas, inquiunt, Caſuiſtarum claſſem! ecce Dianæ Tomos decem? Horreo? egone tantorum foliorum cumulum evolvam, ut ſpinam leviter pungentem moveam? annuus potiùs, per me licet, non arborum magis quàm Librorum folijs Autumnus ingruat. Dubitatio mea una eſt, materiarum copia immenſa. Quid, quòd & eorum ſcripta Bibliothecæ inſtar habent, qui ſcriptis ſuis Bibliothecarum nomen impoſuerunt? Habent ſcriptores Eccleſiaſtici ſuos Trithemios, Sixtos Senenſes, Poſſevinos, Gerhardos, Geſſneros, Bellarminos, Voëtios; Habent, & olim habuerunt Ordines Eccleſiaſtici, Ordinum ſcriptores, ſcriptorum Bibliothecas quisque ſuas; poſtremo ſæculo nata ſocietas Ieſu ſcriptorum millia quot magnis nunquam venere Mycenis, Authorumque Bibliothecam à Ribadeneirà primo, poſtmodum à Philip. Alegambe, methodo, præ cæteris omnibus accuratiſsimà, contextam. Quid ego de Patrologicis dicam? imò quid dicere attinet? cum nulla gens, nulla natio, ne Provincia quidem, adde, nec Civitas, nec penè oppidum ſit, quin ſuos in claſſes Authores producat ad omnium liberalium artium encyclopædiam pertinentes; usque adeò milleſima pagina ſurgit omnibus, & creſcit multæ damnoſa papyro. Cedo nunc, cujus unius laborum patientia, imò vita tota ſufficiat, ad tantarum facultatum & diſciplinarum Authores, deque ſingulis tot Authorum Tractatus, non dico perlegendos, ſed vel ad evolvendos? quantò igitur compendioſa magis ad ſcientias via foret, ſi quisquè, quàm apud ſe habet, librorum ſupellectilem ad certos revocare

Communes Locos ſtudeat, ut habeat ſemper ad manum, quod in uſus ſuos conferat, quàm ut labore improbo conetur tot horridiuſcula peregrinorum Authorum nomina memoriæ mandare, tot Librorum formas, titulos, numerumque cognoſcere, inque ordinem, quaſi militarem in aciem, redigere? Egregia enimverò ars, quæ de Philoſopho, Librarium facit. Nemo autem eſt, Doctiſsime vir, peregrinæ eruditionis curioſus, qui exquiſitiſsimum illud Promptuarium tuum, avidiſsimo ſimul gratiſsimoque animo non fuerit amplexus, Bibliothecam, inquam, Orientalem, præter Hebræos, Syriacosque atque Arabes, Ægyptiacorum quoque Æthiopicorumque librorum Catalogum exhibentem; ſummamque illam & indefeſſam induſtriam (cui nihil impervium eſt) miris laudibus non extulerit, hancque imprimis Locorum Communium rationem, quam illic feliciſsimè ſequutus es, Chriſtianorum ſtudijs ſcholiſque maximè accommodatam non agnoverit. Nunc itaque cùm MM. SS. tuorum Catalogum, optimèque conſtituendæ Bibliothecæ normam anxiè à te expetant, expectentque viri magni, mihique non ita pridem ſpem eandem haud dubiam feceris, aliquid te hac quoque in parte conaturum, ut tantorum votis Amicorum facias ſatis: enixè te rogatum eo, ut niſi ſimile quidpiam aut ſuper tibi ſuggerat inexhauſta illa tua, inventio, non alia, quàm cœperas, inſiſtas viam, atque obviam illam Locorum Communium regulam Bibliothecæ conſtruendæ paradigma, ſive ex MM. SS. tuis, ſive ex Libris tuis jam in lucem editis, ſive denique ex ipsâ tuâ Bibliothecâ privatâ quidèm, ſed ampliſsimâ, communibus multorum deſiderijs quam primùm exhibere velis. Addat porrò Deus Op: Max: annis tuis luſtra multa, deque orbe litterario quàm optime ſemper merentem, eidem diù ſervet incolumem.

III. Hæc quidem, Viri in omni literatura verſatiſsimi ad me Epiſtola, aurem denuò mihi vellicavit, ut ne toties ab alijs etiam, rei profectò literariæ Arbitris, rogatam declinarem amplius opellam. Quæ de conatibus meis Vir doctus, benevolentiæ & humanitatis ſtudio, adſpergere voluit, illud amori ego ejus tribuo, & ſingulari affectui. Sunt hi ſoliti amicorum judiciorum nævi. Ego curtæ mihi ſupellectilis optimè conſcius, ſatis impetravero, ubi mea qualiacunque conamina inter tot occupationes ordinarias nata, vel ab amicis potiùs extorta (quàm enim à περιέργῳ ſcribillandi cacoethe ſim alienus, ignorare, qui me nôrunt, non poſſunt) probis non planè improbari, conſtiterit. Sed ad rem ipſam. Petijt amicus Bibliothecæ conſtituendæ paradigma ex Bibliotheca privata. Ingens poſtulatum! Neque enim ex privato exſpectari poteſt apparatu, quod regulæ & cynoſuræ officium facere debet in publicis. Quando tamen animadverto, plura & illum, & alios, ſibi de me, hac in re, polliceri, quàm præſtare, ego vel auſim, vel poſsim, gratificandi ſaltem προθυμίαν ijs diutius non debebo. Oſtendam igitur *primum* quæ potiſsimùm in adornanda mea mihi Bibliotheca fuerit cura. Modus deinde ſubjicietur ſive Methodum

dus, conſexendi Catalogos neceſſarios, tam reales quàm perſonales, univerſales & particulares, quibus Bibliothecarius hac vice noſter abſolvetur. Iam enim glaciem tantùm in hoc Oceano literario per Bibliothecam Hiſtoricam ſive *indicativam* frangere lubuit, cætera C. D. Bibliotheca dabit Critica ſive *iudicativa*.

IV. Quæ in Bibliothecæ meæ Curaίξει, ex ſuperioribus, attenderim hypomnemata, non repetam, una potiſsimùm ſequutus quam, agmen ducit generalis fui, ut *Media reſpondeant & applicentur fini*. Quem enim quiſque ſcopum habet in colligenda Bibliotheca, ad eum collimare debet. Vt non omnis fert omnia tellus, ita fieri non poteſt, ut una, aliqua Bibliotheca in omnibus excellat. Hinc privatæ ſæpe poſſident, quod à publicis abeſſe videas. Et, ex publicis, minores numero, pondere nonnunquam prævalent. Ego, ex quo de pretio Bibliothecarum æſtimare cœpi, ſolicitus fui 1. *de Bibliotheca Theologica*, ita tamen adornata, ut cæterarum ſive diſciplinarum, ſive artium auxiliarium monumenta non negligerem. Vt de qualibet materia, cujusvis ſcientiæ conſulere poſſem vel unum aliquem, eûmque probæ notæ authorem: Et hoc me hactenus utcumque fuiſſe aſſequutum, ex præcedenti Locorum Bibliothecæ meæ Indice manifeſtum eſt. 2. *Prima Patrum, Media Scholaſticorum, ultima Reformatorum ætatis rationem diſtinctam habendam duxi. Patrum* Editiones eas quidem, ubi licuit, elegi, quæ & characteris elegantia, & fidei integritate erant ἐξοχὴν ἄλλων, ut ſunt *Hieronymus* & *Auguſtinus* Eraſmi, *Chryſoſtomus* Savilij, *Euſebius* Stephani, &c. alias tamen ſive integras, ſive particulares contemnere nolui, ut accuratior inſtitui poſſet exemplarium & collatio & oppoſitio. *Mediæ* ætatis ſcriptores magno collegi numero, tum Scholaſticos, tum Exegeticos, tum etiam Homileticos, certiſsimos ſuperiorum ſeculorum teſtes. Ingenuè fateor, plura me ex ijs obſervaſſe ſive ſuperſtitionis retrimenta, ſive ſobriæ pietatis documenta, quàm vulgo hactenus fuit creditum. Quicquid vel mediocrem ſapit antiquitatem, abjectæ ſtatim ſcarteœ convitio inceſsitur. Alia mihi mens eſt de hoc ſcriptorum genere, aliud judicium. Diligenter colligi debet, quicquid ex ea nobis affertur ætate. Inde enim praxin ſuperiorum temporum tam Scholaſticam, quàm Eccleſiaſticam tutiſsimè eruimus. Videas ſæpe, Sacræ Theologiæ ſtricturas, quæ probant, nihil noſtros novi per Reformationem in multis inveniſſe. Tales antehac ex Formicario *Nideri*, *Savanerola*, Archiepiſcopo *Craynenſi*, *Nicolao Clemangio*, *Vitodurano*, *Malleolo*, *Petro Numagen*, *Viennenſibus &c.* plures dedi: Obſerves, eas impietatis formulas, de Sanctorum invocatione, operum merito, Chriſti paſsione, vel publicè pro ſuggeſtu habitas, vel typis vulgatas, quarum hodie ipſum Clerum Romanum pudet. Specimina exhibuimus ex *Stellarijs*, *Roſarijs*, *Poſtillis*, *Mariæ-Biblijs & Pſalterij*, quæ neceſsitatem Reformationis ſuperioris

tioris ſeculi abundè ſatis probant. Atque hæc cauſa eſt, quòd horum ſcriptorum nullum, ſi quem addere potui meæ Bibliothecæ, rejecerim. *Adjumentum claritudinis* (mutuo verba ex Clavi Bibliothecæ Bongarſianæ, quæ & ipſa ultra 500. numerat MSS.) *haud exiguum*: Bibliothecæ Bongarſianæ: *conferunt duo. Librorum quorundam raritas & antiquitas. E Theologicis præcipuè eorum, qui in ipſo Papatu ante pluſcula ſecula adverſus Papiſticam Idolomaniam, Tyrannicā Hierarchiam, luxuriem abominandā, ſcripti ſunt. Quorum jam diu omni viſu memoriam deletum ibunt antiquæ veritatis hoſtes. Alterum addo; antiquas & à primo typographiæ ævo, optimi commatis authorum editiones, à doctiſſimis de hinc viris ſub incudem ſæpius reductas, & lucubrationibus elucidationibus non ſolùm auctas, ſed à clariſſimis Typographis nitidiſſimis typis emendatiſſimè elaboratas, & eò majori negotio, ſumtu & ſingulari amicorum operà comparatas, nec alijs aurum ſtudioſiùs, quàm Bongarſio aſſervatas.* Vtriusque rationem, pro virili, in Bibliothecæ noſtræ privatæ inſtructione habuimus. Illius tamen potiorem, in quo & hoc obſervavimus, querelas, Apologias, palinodias, revocationes, retractationes *reorum*: *actorum* verò, Theologorum cumprimis, condemnationes, ad ſtatum ſuperiorum ſeculorum Eccleſiaſticum penitiùs cognoſcendum multum conferre. Paliondia *Berengarij* cauſam Pontificiam de tranſubſtantione dit potiùs, quàm juvat, adeò eſt cauſa & cruda *Malleoli* noſtri *Regiſtrum querelæ*, ἀνέκδοτον oſtendit, & multa ei, in graſſante tum Papatu, diſplicuiſſe, & rerum Romatum, ordines cumprimis Mendicantes, vel leviter offenſos, iras convitia, laqueos ignes ſpumâſſe & ſpiraſſe. Prodierunt uno faſciculo articuli, ſuperioribus aliquot ſeculis, Pariſijs & Romæ damnati, & revocati; ex quibus alij palàm faciunt Eriſticam Scholaſticorum Theologiam viam ad impias, & abſurdas ſtraviſſe ματαιολογίας; alij luculenter docent, quàm ἀμετρία τῆς ἀνθολκῆς in retractatione effrons fuerit & temeraria; alij denique ſtricturas habent Orthodoxiæ haud obſcuras, malitioſè tamen ab adverſarijs vel propoſitas, vel expoſitas, id quod in *VViclefi Huſſi* &c. aliorumque damnatis articulis animadvertimus. *Reformatorum* verò monumenta religioſè cuſtodivi, non ea tantùm, quæ prodierunt multis tomis conjunctim, ſed quæ ſeparatis opuſculis diviſim. Quò enim longiùs à Reformatione abierimus, eò etiam difficiliùs documentorum illorum copiam impetrabimus. Et tamen carere ijs ægriùs poterit, ſine damno Bibliotheca, quàm priorum ſeculorum multis authoribus. Multùm enim noſtrâ, cauſas, modum, ſucceſſum Reformationis nôſſe, refert: quod quia non aliunde, quàm ab ijs, qui rebus & interfuerunt & præfuerunt, obtineri po-

teſt

reſt, neceſsitatem ſcripta ejusmodi ſtudioſe colligendi imponit. *Separata* tamen opuſcula, cum integris operibus, non modò una ſede facilè poſſunt morari, ſed etiam inſigni ſe commendant uſu. Oſtendunt quippe ſeriem Reformationis, non annis tantùm ſed & Objectis diſtinctam. Non ubique omnia ſimul & ſemel reformata ſunt. Certè Lutheri Reformatio ita ſucceſsiva fuit, ut aliam aliâs publicè contra Papatum defenderit theſin. Vnde tot diſtincti ipſius libelli de *Votis*, *Cælibatu*, *purgatorio*, *Captivitate Babylonica*, &c. Zuinglius etiam noſter capita Theologica de *cœna Domini* præſertim, *ciborum delectu* &c. ita ſingula excuſsit, ut conjunctim poſtea per alios demum prodirent. Iam primas illas ſive ſimpliciores, ſive emendatiores habere editiones diſtinctas, & à ſuſpicione falſi liberat, & in ipſis quoque tantis viris, illuminationis profectuúmque gradus oſtendit. Excidit aliquando Luthero, ut Epiſtolam Iacobi vocaret *ſtramineam*: vix merebatur dura hæc vox fidem apud Anglos. Sed ſuperſunt adhuc apud nos præfationis illius exemplaria, quam in ſequentibus poſtea Editionibus ſuſtulit. Eadem ratio eſt aliorum. Tantò ergo hæc & ſuperior ſcriptorũ claſsis debet diligentiùs cuſtodiri, quantò jactura eorum ſemel facta difficiliùs poteſt compenſari. Non licet hîc recurrere ad Bibliopolia, vel Editiones ſecundas, quæ eo ipſo, quòd ſecundæ (quanquam rarò id eveniat) ſint, primam ordinis & originis prærogativam amiſerunt; 3. *Thetica Theologia, ſive Locorum Communium* θετικῶς *in ſcholis & Academijs propoſitorum fui ſtudioſiſsimus.* Abeo hîc fortè ab omnibus alijs longiſsimè. Plerisque pagellæ iſtæ ſordent, quaſi indignæ, quæ vel numerum in Bibliotheca faciant, vel lacunam impleant. Mihi planè aliud fuit hactenus inſtitutum, cujus nec dum me pœnitet. Non unam tantùm Diſputationum per univerſam Europam habitarum poſsideo Chiliadem, 34. & amplius tomis comprehenſam, ijs ferè exceptis, qui integra Syſtemata θετικῶς, conſcripſerunt, ut ſunt *Leidenſes*, *Spanhemius*, *Mareſius*, *Zuingerus* &c. Rationes breviter ſupra jam indicavi. Et theſaurum eo majori habeo loco, quo ſemel amiſſus poteſt incommodiùs reparari. Quàm enim difficulter, e. g. diſputatio Tiguri in Papatu ipſo, de *Prædeſtinatione*, habita, vel quolibet redimi poſſet pretio? Eadem ratio eſt aliarum. Quicquid alijs videatur, ego Bibliothecæ inſigne κειμήλιον eſſe exiſtimo, Collegium diſputationum inde à Reformatione ad noſtra usque tempora deductum. 4. *Ad illam accedo Bibliothecæ partem, in qua τὸ κορυφαῖον plerique collocant, MSS. varia.* Et quanquam non malè obſervârit Celeb. *Conringius*, bonitatem Bibliothecarum in antiquorum MSS. *copia unicè non conſiſtere, cùm Bibliothecarum ſit ſcopus, ut poſſint omnigenæ doctrinæ atque ſapientiæ ſtudijs (quæ in ſolis MSS. non latent) promptè offerre; vel omne vel ſaltim potiſsimùm, quod à doctorum ingenijs ha-*

ctenus eſt elaboratum; negari tamen non poteſt, MSS. ejusmodi non modò Bibliothecæ eſſe ornamenta, ſed & neceſſaria ſæpe alimenta. Quamvis Regum, Principum, Rerumpublicarum potiùs, quàm privatorum cura de ijs eſſe debeat. Et quandoquidem via in Orientem jam intimum eſt ſtrata, præclarè rei conſulerent literariæ; ſi (ut, quæ ad Philoſophiam pertinent, alijs relinquam) ex Oriente tam *chriſtianorum*, quàm *Muhammedanorum*, *Sinenſium*, *Iudæorum*, *Karræorum* & *Phariſæorum*, *Samaritanorum*, &c. ea paulatim conquirerentur ſubſidia, quæ tractationi Theologicæ pleniori, ſive *ἱστορικῶς* ſive *δογματικῶς*, multis nominibus inſerviunt. Hanc nobis neceſſitatem imponere videntur *οἱ ἐξ ἐναντίας*, qui, plenis nos lateribus ad certamen Orientis provocant, ſuæque *Καινοτομίας* ſubſidia inde, novo conatu, petunt: Sed & hanc fruſtra ab ijs excuti quercum, vel pauca illa, quæ de Orientalibus ſcripſimus Eccleſijs, fidem faciunt: Noſter in his mercibus *πορισμὸς* non ex locupletiſſimis aliorum theſauris, ſed *αὐταρκείᾳ* eſt æſtimandus. Orientalia rara eſſe & chara, non eſt quod amplius moneam, ſupra jam diximus, vel Regibus & Principibus has deberi delicias; vel, ſi in privatis reperiantur Bibliothecis, raras illas eſſe aves. Ridebis, ſupra me 250. feciſſe, ſive librorum, ſive ſcriptorum Orientalium, mentionem, méque ſive agelli turpiter prodidiſſe ſterilitatem, ſive gregis pauperiem. Non diffiteor; fuit tamen & ovicula civi Hieroſolymitano grata; gratior quàm *τῷ πολυκτήμονι* abundantia. Et ut laudem hîc nullam captamus; ita paupertina illa ſupellex tantò multis magnorum ſuperiorum ſeculorum votis eſt major virorum, quantò plures privatis etiam jam contingunt Bibliothecis, quorum antehac vix publicæ aſſequi potuerunt paucos. Cùm opus *Complutenſe* Bibliothecæ noſtræ Carolinæ, anno Chr. 1557. insereretur, ſua manu Bullingerus de hoc opere *inſigni* Collegio voluit gratulari. At quibus paſſibus Anglicanum, opus præcurrat, in *Bibliotheca Theologica*, C. 9. indicabimus. Qua difficultate *Pellicanus* tandem noſter Codicem Hebræum potuerit obtinere, prolixè in vita ſua ipſe oſtendit. At nobis codices, qui & raritate, & uſu ſe probant, ad manus ſunt aliquot. Scripſit aliquando *Bibliander* noſter, Thomæ Blaurero: *Niſi tempora infeliciſſima omnibus Germanis ſcrupuloſiſſimam cautionem & metum in ſubeundis negotijs Chriſtianis injeciſſent, implorarem tuam operam, ut per Mercatores Auguſtanos, qui negotiantur in India & alijs in locis ultra mare, mihi Biblia Aethiopica ſive Chaldaica Chriſtianorum, qui Cahan ſubſunt, & Arabica manuſcripta compararent. Non dubitaverim in ſingula etiam quadragenos aureos impendere.* *Quanquam Michaël Adam. pa-*

Bus

pactus fuerat, ſe tranſcripturum Biblia Hebraica, ſi numerarem decem aureos nummos. Promiſi pecuniam quantamlibet, pro exemplari Græco ex Vaticana Bibliotheca evidentiſſimo. Cujus mihi ſpem quidem optimi viri injecerunt. At Anglicanum opus integrum nobis exhibet textum tum *Arabicum*, tum *Græcum* Romanum, ex *Æthiopia* Novum Teſtamentum integrum, Veteris fragmenta. Quibus olim deſiderijs *Scaliger* & *VVaſerus* Pentateuchum *Samaritanum* vel inſpicere optârint, ipſorummet alibi verbis monuimus. At Dei gratia, Pentateuchos *Samaritanorum* integros, Hebræos, Chaldæos; Arabicorum fragmenta, &c poſſidemus. Chronicon Samaritanum, vel ob raritatem, in pretio habuit *Scaliger* & *Uſſerius*. Et hujus, ex Leidenſi autographo, apographum præſtò eſt. Quibus lætitijs inceſſerit *Scaliger*, cùm More Hannevochin offerretur Arabicè, non eſt obſcurum ex ejus Epiſtolis. Scito (ita inter alia p. 465.) *me librum More Hannevochim pluris facere, quàm ſi* ἰσόμετρον χρυσὸν *miſiſſes*. Et tamen ex hoc ipſo, & alio adhuc exemplari, tantùm noſtrum fecimus, quantum ſtudijs Theologicis & Philologicis inſervire fuit viſum. De Commentarijs in Alcoranum obſervat *Clenardus*, Ep. lib. 1. p. 65 *raro eos vel Feſa in Africa extare. Fortè tota*, inquit, *vita non conſequeris aut Zamhaſcherum, aut alium aliquem Commentatorem Alcorani, &c.* ex Zamhaſchero & Beidavio in univerſum Alcoranum ea excerpſimus, quæ Alcorano explicando abundè ſufficiunt. Habuit Illuſt. Vir, *Cornelius Haga* πισουργχοντάπυχον, Scholaſticum Arabicum accuratum & inſignem, qui ei etiam in Oriente præ aliis fuit comendatus. Non ejus tantùm magnam deſcripſimus partem; ſed & alium Bibliothecæ noſtræ Orientali djunximus, & nitidè ſcriptum; & Theologiam Arabicam Scholaſticam abſolutè complectentem. Quid & *Scaliger*, & *Lud de Dieu*, Lexico Syro-Arabico *Iſa, bar Ali* tribuerint, hinc patet, quòd & *ille* ſua manu ad literam Nun illud deſcripſerit; & *hic* notas ſuas in N. T. Syriacum ſubinde ex illo auxerit. Nec *hujus* abeſſe voluimus apographum quantum noſt is commodavit uſibus. Cùm magnus ille *Peireſcius* Salmaſio ſpem feciſſet Grammaticæ Copticæ cum Lexico, quanta cum impatientia adventum ejus exſpectavit? *I'attends tousjours avec grande impatience voſtre Grammaire Cophtiq, avec le Lexicon* Epiſt lib. 1. p. 179. Et tamen ubi potitus fuit Illuſt. *Salmaſius*, copiam ejus mihi fecit, ut totidem Lexicon & Grammaticam verbis exſcribere licuerit. Verſionem Pentateuchi *Harithi, Ibn Sina* & oſtentat Bibliotheca Regia Laurentiana, & Illuſt. aliquando *Hagij*, & Clariſſ. *Ravij* Nobis ex eadem verſione obſervatum eſt, quicquid vel varietatum à contextu Originali illa præ ſe fert, vel Emphaſin indicat. Cum *Iſaco Caſaubono* vel unica Proverbiorum Arabicorum, quæ cum

N 2 notis

notis jam prodiit & Verſione *Erpenij* Latina, centuria obtigiſſet quàm, omnia tentavit, ut ſenſum eorum aſſequeretur? Teſtem habemus ipſum *Erpenium* præfat. ad Lect. Nobis Celeberr. Golij beneficio & opera, *centuriæ* tot ſunt oblatæ, ut in claſſes certas, quæ in Proverbiorum uſu ſunt valde neceſſariæ, poſsint redigi. Ex *Perſicis* libris, eruditorum teſtimonijs, *celeberrimus* eſt *Goleſtan* ſive Roſarium. Et tamen hunc etiam cum Notis & Verſione noſtra ſuppeditat Bibliotheca. *In eo nunc eſt* (ſcribit *Salmaſ.* Epiſt. lib. 1. pag. 185.) *Peireſcius, ut captivum in mei gratiam redimat à piratis, cujus eripiendi haud exiguam ſpem ſibi adlucere in poſterioribus ad me ſcribebat. Quem captivum dices? Pſalterium Mſc.* ἑπτάγλωττον *Lingua Hebraica, Syriaca, Græca, Coptica, Æthiopica, Perſica & Armenica.* Et nobis noſtrum opus Anglicum πολύγλωττον, non ijsdem quidem omnibus, ſed plerisque, & alijs Linguis exhibet non modò Pſalterium *Heptaglottum*; ſed Pentateuchum *octoglottum*, Hebræum, Chaldæum, Samaritanum, Syriacum, Arabicum, Perſicum, Græcum & Latinum, &c. Ut ne *Patricidis* Hiſtoria Europa amplius careret, non eruditorum tantùm, ſed & Mercatorum ſumptibus in Syria magnis debuit deſcribi. Adeò verò de hac non laboramus, ut non impreſſum tantum Codicem, ſed & Mſc. habeamus. *Elmacini* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem primam ſemel tantùm vidi in Anglia, literis Syriacis ſcriptam; noſtræ tamen Bibliothecæ jam antehac, Nobiliſsimus Vir, *Antonius Studlerus*, antiqua Tigurinorum proſapia oriundus, eam addi voluit. Sed quid pauper, numerem pecus? Ex Catalogo poſtea noſtro patebit, quid à nobis exſpectari poſsit in Orientalibus. *Græciæ* etiam pompam alijs relinquimus. Neque tamen inglorium planè eſt, unum & alterum poſsidere Codicum Mſc. de quo alij, illi etiam, qui ex profeſſo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſerunt, ἐπέχειν debuerunt. Aliquos tantùm, qui, præter antiquum *Epiſtolarum* & *Apocalypſeos* exemplar Mſc. ad manus ſunt tractatus; ἀνεκδότους pleroſque, indigitabo. *Primum eſt* τοῦ ἁγίου Μεθοδίου πατριάρχου περὶ τῶν ἀπὸ συστάσεως κόσμου συμβάντων, καὶ τῶν μελλόντων συμβαίνειν ἑξῆς; τὸ ἑξῆς *Sancti Methodij Patriarchæ de ijs, quæ à Conſtitutione mundi evenerunt, & quæ deinceps eventura ſunt.* Meditari viſus erat Editionem *Geſnerus* noſter; unde & judicium de illo à *Bibliandro* petijt, quod ex autographo ita habet. *Percurri Methodium, & habeo tibi magnas gratias, quòd ejus legendi mihi copiam feceris. Et quia meum requiris judicium, an Editione dignus ſit, cenſeo equidem perutilem, ſi quis refellere velit iſtas non modò aniles, ſed etiam pernicioſas fabulas, de noviſsimis diebus, de Anti-Chriſto, Gog & Magog precatione Eliæ, Enochi

chi, *Johannis adverſus Antichriſtum.* Et iterum: *Methodius ſiltitius, requirens ampliores annotationes aut etiam confutationes, ſi ederetur in publicum, quàm ipſum libelli corpus exiſtit.* Omnino ſcriptum, breve, ςοχαςικὸν magis eſt, quàm ἱςορικὸν, de bello Iſraelitico Romano, Gog & Magog & AntiChriſto. De authore libri vel ſilentium ubique, vel ſaltem ἐποχή. *Labbeus* Jeſuita de Scriptor. Eccleſ. Tom. II. p. 91. *In Bibliothecis veterum Patrum extant Latinè duntaxat eidem falsò tributa Revelationes de rebus, quæ ab initio Mundi contigerunt, quæq; deinceps contingere debent per paraphraſin tranſlata. Sunt qui cum iis confundant exegeſin in Apocalypſin, quam nec editam, nec deſcriptam in membranis hactenus vidi. Certè Johannes Trithemius meminit libri ejusdem Methodii de noviſſimis temporibus, nec non Chronici, cujus alteriusve, eidem falsò adſcripti mentionem facit Marianus Scotus in Chronico. Documenta, quæ Methodio in carcere exiſtenti ab Angelo præſertim circa Mundi creationem revelata finguntur: edita fuerunt Baſileæ 1498. cum additionibus VVolfgangi Aytingeri, & Sebaſtiani Brand, ſeu Titionis Argentinenſis.*

Ita quidem Ariſtarchus ille emunctæ naris. Sed & *Bellarminus* ipſe de Script. Eccleſ. p. 91. ſcribit: *Circumfertur libellus revelationum ſub nomine S. Methodii, ſed ſuppoſititius cenſetur.* Scriptum eſſe ſuppoſititium gratis [illegible] manu; id enim tum ex titulo, tum ex calce ſcripti apparet. Titulus [illegible] nobis περιάχει ſiſtit, cœtus Olympi Lyciæ, ſive, ut alii volunt, Patarorum ac poſtea Tyri Epiſcopum inſignit. Sub finem mentionem facit [illegible] τῆς ἀναγορεύσεως τοῦ Κωνςαντίνου μεγάλου, καὶ τῆς εἰς τὸ Βυζάντιον ἐπι[illegible] ἔτεσιν. At verò *Methodius*, cui revelationes illæ tribuuntur, vel ſub Decio, ut *Suidas* vult, vel ſub Diocletiano & Maximiniano in Chalcide a. Ch. 302. vel 303. martyrium adiiſſe dicitur. Si verò ſuppoſititius eſt fœtus, cur adeò in ejus multi ſibi blandiuntur ſuffragio? *Secundum* eſt χρονικὸν βασιλέων τῶν [illegible] κόσμου πῶς τῶν κρατῶν ἡνίας διοικησάντων, ὅπως τε ἕκαστος τούτων [illegible] ἐπὶ πόσον ὁ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνος διήρκεσε, καὶ ἐν ποίῳ τέλει τὸν βίον κατέστρεψαν. An hujus meminerit Chronici *Trithemius* ſub *Methodii* nomine, non habeo dicere. Si ita ſentiat, ut ſentire videtur, impoſuit ei utriusque ſcripti cohærentia ſive connexio; quæ in meo etiam exemplari occurrit. Sed ibi turpis committitur παραχρονισμός. Deducit enim author Hiſtoriam ſuam

ad noviſsima Cantacyzeni tempora. Illud certum eſt, portentum de perpetuo *Orientalis & Occidentalis* Eccleſiæ conſenſu, planè ei fuiſſe ignotum. Paulò antè finem, *Michaëlis Palæologi* meminit, quem διασυρτικῶς vocat λατινόφρονα. Succedunt πάτρια τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πόθεν ἐκλήθη Βύζαντος, καὶ πόθεν κατάγεται Βύζας. Prolixè & eruditè de originibus, ſtructuris publicis Byzantinis i.e. Conſtantinopolitanis agitur: digniſsimum quod aliquando prodeat ſcriptum. Adeò omnibus abſolutum eſt numeris. Nihil ad hunc Gillius, nihil Pancirolus. Valde probavit, cùm oſtenderem aliquando, Celeb. Freinshemius, authoris conatum. Ibidem continentur Ἀνακρεόντων στίχοι, καὶ τὸ Ἀλφάβητον εἰς τὴν κέλσιν Λέοντος τοῦ δεσπότου. Item, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Κύπρου πρὸς Διόδωρον, ἐπίσκοπον Τύρου, περὶ τῶν ιβ λίθων, τῶν ὄντων ἐν τοῖς στολισμοῖς τοῦ Ἀαρών. Et περὶ τοῦ Ἀδάμαντος λίθου ὃν καὶ αὐτὸν ἔφορεν ὁ Ἀρχιερεὺς, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσερχόμενος εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, quæ tamen poſteriora jam vulgata ſunt. Sed & *Cyrilli Lucaris* habeo & *Confeſsionem* ſimplicem, οἰκείᾳ χειρὶ ſubſcriptam, inſigne Orientalis Eccleſiæ κειμήλιον; & teſtimonijs tam Scripturæ S. quàm Antiquitatis veſtitam. *Anti-judaica*; *Epiſtolas* ejusdem Græcas, Latinas, Italicas tam Alexandrini quàm Conſtantinopolitani Patriarchæ. *Epiſtolas* Græcorum variorum, de ejus Confeſsione, vita, Martyrio, quæ ad Hiſtoriam fortiſsimi Martyris, plurimùm faciunt illuſtrandam, *Metrophanis* Hieromonachi, *Georgij* Rhetoris, *Nathanaelis* Hieromonachi, *Meletij* Metropolitæ, & poſtea Epiſcopi Epheſini: *Meletij librum* στρωματ. quem ſcripſit, cum Anteceſsoris ſui Sylveſtri, Alexandrini Patriarchæ eſſet Archimandrita; καθαίρεσιν, ſive depoſitionem τοῦ ἀποστάτου καὶ ἐπικαταράτου μιαροῦ κακοβερροίας, quæ omnia ſuo tempore lucem Eccleſijs Orientalibus, Græcis præſertim, poterunt afferre. Et nuper quidem demum Confeſsionem Helveticam amicus obtulit, ad quam *Metrophanes Critopulus* ſua manu (quam & in Gymnaſij noſtri matricula reperio) conſenſum Eccleſiarum Græcarum cum Eccleſijs noſtris obſignavit. Non invidebo hanc Συμβίβασιν poſteritati, quæ & Allatiano de perpetuo Orientalium & Occidentalium conſenſui jugulum manifeſtè petit. Ad c. 1. de *Scriptura* notavit: *Ita ſentit Græca Eccleſia.* Ad c. 2. partem priorem de Iudice Controverſiarum: *Ita ſentit Græca Eccleſia*: ad alteram verò, de Traditionibus: *Traditiones contradicentes verbo Dei non admittit Græca Eccleſia* c. 3. de Deo: *Omnia quæ continentur hoc capite, accipit & docet Orientalis Eccleſia, præter proceſsionem Spiritûs Sancti à Filio.*

Nam

Nam nos docemus, quandò Spiritus S. habet perſonam ſuam ab aterno, habet ex ſolo Patre: quando verò mittitur ad Creaturas, mittitur ab utroque. Ad c.4. De imaginibus: *Eccleſia Orientalis utitur imaginibus (ut omnes alia Eccleſia) ſed pictis non ſculptis, neque ſtatuis, eásque non adórat, ſed honorat: Exemplo Moſis, qui juſſu Dei curavit fabricari Cherubim ſupra arcam, & exemplo templi Solomonis, quod fuit ornatum varijs imaginibus, ut Templum Hezechielis. Quod neque contra verbum Dei eſt, neque nocet.* C.5. De adoratione & cultu &c. *Etiam Eccleſia Orientalis nec colit nec adorat ſanctos, ſed amat & diligit ut fratres & amicos Dei. Si verò invocet illos, non tamen ut Servatores aut Salvatores, neque propter ipſorum merita. Sed primùm, ut inde oſtendatur illos vivos eſſe apud Deum, 2. Ut inde oſtendatur, Eccleſiam triumphántem memorem eſſe Eccleſia militantis. 3. Ut inde declaretur amor noſter erga ſanctos. Nec petit aliquid Eccleſia ab illis, prater orare Deum pro Chriſtianis in hac terra militantibus.* C. 6. de Providentia: *Hoc caput convenit ex toto doctrina Orientalis Eccleſia.* C. 7. de Creatione &c. *Etiam hoc caput omnino convenit doctrina Orientalis Eccleſia.* C. 8. De lapſu hominis &c. *Eadem, qua ſcilicet continentur in hoc octavo capite docet etiam Orientalis Eccleſia.* C. 9. de Libero Arbitrio: *Etiam hoc caput convenit noſtra doctrina.* C.10. De prædeſtinatione: *Neque in hoc capite video aliquid contra Gracorum Eccléſiam pugnare.* C.11. De Ieſu Chriſto: *Convenit & hoc caput doctrina Orientalis Eccleſia.* C.12. De lege Dei pag. 23. b. ad verba: Factus eſt pro nobis maledictio. Pro, *ſepultus eſt. Quando? Quando ſuſpenſus erat de ligno crucis, ſecundùm illud: Maledictus omnis qui ſuſpenditur de ligno.* Et ſub finem: *Etiam hoc caput non diſſimile eſt doctrina Orientalis Eccleſia.* C.13. de *Evangelio: Ita ſentit Orientalis Eccleſia.* C.14. de *pœnitentia: Orientalis Eccleſia utitur adhuc auriculari confeſſione, & poteſtatem clavium de hac re accipit.* C.15. De Iuſtificatione: *Omnino ita docet & ſentit Orientalis Eccleſia de aterna juſtificatione.* C.16. de *Fide* & *bonis operibus*

ad

ad p. 34. *Fides quæ non habet fructum, non poteſt ſalvos facere.* Ad calcem verò: *Eadem docet & Orientalis Eccleſia de hac re.* cap. 17 de *Eccleſia Catholica*, ad pag. 39. *Diſſidia ſimpliciter non placent Deo, permittit verò ea propter cauſas in Confeſſione expreſſas.* Et ſub finem: *Hoc caput in omnibus convenit doctrina Orientalis Eccleſiæ, præter quòd illa Sacramenta habet pro neceſſarijs.* cap. 18. de *Miniſtris Eccleſiæ* ad pag. 44. b. de *Monachis*: *Tales pij monachi manibus ſibi victum quærentes ſunt in Orientali Eccleſia.* Et pag. 45. b. *Hujusmodi veſtibus utuntur hodie Miniſtri Orientalis Eccleſiæ ſed non eadem opinione, qua Veteris Teſtamenti Sacerdotes, neque qua Pontificij. Appellantur etiam Sacerdotes Orientalis Eccleſiæ Miniſtri.* Sub finem verò: *Hoc caput præter Monachos pios, & veſtes, & nomen ſacerdotis, convenit doctrina Orientalis Eccleſiæ.* cap. 19. de *Sacramentis* pag. 54. ad verba: Neque verò approbamus, &c. *Hæc eſt Orientalis Eccleſiæ doctrina, ſcilicet gratiam & res ſignificatas ſignis ita alligari & includi, ut quicunque ſignis exterius participent, etiam interius materiæ & ſubſtantiæ participes ſint. Non tamen omnibus ſimiliter accidere. Nam fidelibus quidem evadit ad renovationem, & alimentum ſpiritualiter; Infidelibus verò ad condemnationem. Tranſubſtantiationem verò Græcorum Eccleſia non agnoſcit. Quandoquidem enim myſterium latiùs patet quàm Sacramentum; Eccleſia Orientalis docet propriè myſteria eſſe, quæ conſtituta ſunt pro humana ſalute: Baptiſmum ſcil. Cœnam Dominicam, & pœnitentiam. Reliqua verò etiam ſi utitur illis, & myſteria appellat, tamen non ejuſdem valoris eſſe, manifeſtè docet. Neque de numero conſtat Græcis. Nam præter tria illa κατ' ἐξοχὴν dicta myſteria, de multis alijs rebus utitur hoc nomine.* cap. 20 de *Baptiſmo*: *Hæc doctrina de Sacro Baptiſmo, convenit doctrina Orientalis Eccleſiæ, præter hoſce ritus, 1. quòd Orientalis Eccleſia immergit tota corpora illorum qui baptizantur. 2. quòd utitur aqua & oleo, nihil præterea, nec ſale nec lacte, nec ſaliva. 3. quòd exorciſmis etiam utitur.* cap. 21. de S. cœna; Ad pag. 60. verba: niſi ratione Sacramentali; *Etiam Orientalis Eccleſia ponens ipſum corpus*

corpus Chriſti appellat, & quod in calice eſt, Sanguinem Chriſti nuncupat, ſed ratione Sacramentali. Et quando Chriſtiani Orientalis Eccleſiæ accipiunt myſterium, tunc magna reverentia accipiunt. Et ad finem: *Doctrina hujus capitis convenit doctrinæ Orientalis Eccleſiæ.* cap. 22. de *cætibus* Sacris: *Doctrina hujus capitis, quoad catus & conventus Chriſtianorum in Sacris locis, qui ſunt Templa Deo dedicata, & quod omnia debent proponi Lingua vulgari, omnino convenit doctrinæ Orientalis Eccleſiæ, præter ornamenta templorum, quibus utitur Eccleſia Orientalis.* cap. 23. De *precibus* &c. ad p. 62. b Divos cœlites, &c. *Hic ritus adhuc extat in Eccleſia Orientali, ſed nihil hæc petit à Divis, præter interceſſionem ad magnum Sacerdotem, D. N. I. Ch.* Et ad finem: *Hujus capitis doctrina, præter quod notatum eſt ſupra, convenit doctrinæ Græcorum Eccleſiæ.* cap. 24. de *Feriis* ad pag. 64. a. Neque enim alteram &c. *Etiamſi aliquis dicat, alteram diem altera ſanctiorem eſſe, tamen non propter diem hoc dicit, ſed propter rem ſacram, quæ facta eſt in illa vel iſta die.* Feſta verò, &c. *Obſervantur apud Græcos, ut & apud alios, ſcilicet apud Lutherianos & apud Anglos memoriæ causâ:* & 64. b. Caſtigatio carnis, &c. *Ita ſentiunt Græci de juſto jejunio.* pag. 65. a. Omnia jejunia profiſci debere ex libero, &c. Ita *omnino debet eſſe, & ita fit apud Græcos.* Quadrageſimale jejunium, &c. *Hoc obſervatur apud Græcos, ſine ulla ſuperſtitione, obſervatur etiam apud Anglos.* pag 65. b. de delectu ciborum: *quæ in hac pagella continentur omnia conveniunt doctrinæ Græcorum Eccleſiæ.* cap. 25. De Catecheſi: *Omnia hujus capitis conveniunt Græcanicæ Eccleſiæ, præter extremam unctionem qua utuntur Græci, ſecundùm mandatum Apoſtoli Jacobi.* cap. 26. de ſepultura fidelium: Fidelium corpora: *Omnino ita ſentit Græca Eccleſia.* Et pro mortuis ſacrificant, & preculas certas, &c. *Orat quidem Græcorum Eccleſia pro defunctis, non ut liberentur à purgatorio (Græca enim Eccleſia non agnoſcit purgatorium,) ſed quoniam omnes beatorum animæ ante judicium indigent gratia & conſolatione Dei.* Et ad finem: *Hi duo ultimi paragraphi* 26. cap. (de purgatorio & Spirituum apparitione) *conveniunt omnino Græcorum*

Digitized by Google

doctrina. cap. 27. De *ritibus*: Ad verba: Proinde Iudaiſmum &c. *Hujusmodi ceremonias neque Græci approbant*. Ad finem: *Tales traditiones, & hujusmodi ritus admittit & approbat Græca Eccleſia, qui 1. non contradicunt verbo Dei 2. qui habent authoritatem ex antiquitate Eccleſiæ: Reliquas verò improbat & abjicit*. cap. 28. De *bonis* Eccleſiæ: *Ita ſentit Græcorum Eccleſia de hac re*. cap. 29. De *Cælibatu*: *Hoc caput convenit doctrinæ Orientalis Eccleſiæ*. cap. 30. de *Magiſtratu*. *Etiam hoc caput convenit doctrinæ Orientalis Eccleſiæ*. Exſcribere hæc ordine volui, ut pateat, quàm verum ſit, quod alibi jam monuimus, Eccleſias Græcas à Latinis vel planè diſſentire, vel ſi in *materiali* aliquis deprehendatur conſenſus, manere tamen ſemper diſſenſum in *formali*, quod dat eſſe rei. Sed hæc alius ſunt loci.

Latina MSS. alii jacent, & ea quidem, quæ, ex diverſorum exemplarium collatione, caſtigatiora nos habemus typis excuſa, ego in ijs, ex Bibliothecis varijs hinc inde colligendis, occupari malui, quæ chartæ eſſent *Virgines*, vix uno & altero loco aſſervata, & tamen vel ſqualorem ſuperiorum ſeculorum in genere indicant, vel Eccleſiarum Helveticarum ſtatum in ſpecie depingunt. Qualia quidem ſunt *Iohannis Monachi* Vitodurani; de quo alibi monuimus, quòd alter fuerit παῤῥησίᾳ Bernhardus; *Malleoli*, mallei graſſantis tum in clero inſcitiæ pariter atque invidiæ, Civis & Canonici Tigurini, (propterea tandem, quòd liberiùs paulò in ſuperſtitionem & tyrannidem inveheretur, in carcerem ab Epiſcopo Conſtantienſi compacti) varia ἀνέκδοτα, ut ſunt, *Paſſionale*, *liber de Exorciſmis*, *de Religioſis proprietarijs*, *de boni & mali occaſione*, *de matrimonio*, *de materia captivis & defunctis impendendæ*, *Lamentatio duorum Sacerdotum captivorum*; *Regiſtrum querelæ*, *de emtione & venditione, unius pro 20*. quos omnes in captivitate compoſuit &c. Ejusdem de *credulitate Dæmonibus adhibenda*. Fuit etiam ex Collegij Carolini Canonicis συγχρόνοις *Henricus Nidhart*, cujus Mſc. habemus conſilium, *de duabus confraternitatibus*, *unitis cum Capitulo Eccleſiæ Conſtantienſis*: Ejusdem de *receptaculis animarum*. Accedit diſputatio Prioris Fratrum *Prædicatorum*, Barone, Th. D. & Spiritûs cujusdam, ejusdem civitatis. *Invectiva in fœdam ac ſpurcidam* (ita ſpurcus vocat author) *Bohemorum ſectam*, Ieronymi de Praga, ſecluſi Heremitæ Sacri heremi Camaldulenſis, Theologiæ, & Decretorum Profeſſoris ad D. Albertum, Priorem Domus Carthuſiæ Civitatis Baſileenſis, ubi non contra Bohemos tantùm,

Digitized by Google

tantùm, ſed & Græcos in multis ὁμοψήφους, fervidus eſt diſputator, ſed & integro tractatu Mſc. enarrantur *obſcœni errores* (retineo inſcriptionis verba) *quibus à veritate Catholica aberrant infelicißimi Græci*, & numerantur quidem 24. Authore, nî fallor, *Petro Numagen*, Sacellano Tigurino, ad S. Leonhardum extra muros. Liceat ex ſuperiori tractatu vel unicum inſerere ἀποσπασμάτιον contra Græcos, ut appareat, quàm temerè perpetuus Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis jactetur conſenſus. Sed *adhuc arguit Bohemus dicens*: Eccleſia Græcorum Orientali communicat Laicos ſub utraque ſpecie. E. Eccleſia Vniverſalis debet Laicos ſub utraque ſpecie communicare. *Negatur conſequentia: quia arguitur à particulari ad univerſale, quæ particularitas eſt valde ſuſpecta: quod patet ſic, quia Eccleſia Græcorum* non eſt Eccleſia Chriſtianorum, ſed eſt Eccleſia malignantium, *de qua Dominus per Prophetam dicit*; odivi Eccleſiam malignantium, id *eſt, Græcorum*, & cum impijs *Bohemis* non ſedebo, Pſal. 25. *Talis Eccleſia malignantium ſunt omnes ſchiſmatici & Hæretici, qui à fide Catholica apoſtataverunt, ideo non ſunt Eccleſia Dei, ſed ſunt Eccleſia Diaboli, ut probatur* XXXII. q. 11. Sicut non omnis. *Quamvis Græci Laici non bibunt Sacramentum ſ calice ſicut Bohemi, quod ego vidi: Sacerdos quoque Græcorum intricat panem fermentatum in vino in uno calice ligneo, & quando communicate, tunc cum cochleari ligneo comedit de calice Sacramentum, ſicut comederet potagium, ſimiliter cum cochleari: ſimiliter miniſtrat Sacramentum Laicis Græcis, ac ſi totus miniſtraret potagium capris. Græci enim per* capras *ſignificantur* Daniel. c. 8. *Ubi Angelus exponit*, Regem Græcorum *eſſe* hircum caprarum, *quia omnes Græci ſunt viles, fætidi, & barbati, & propter vilitatem ſuam jam perdiderunt omne dominium temporale. Itaque nihil aliud habent, quàm unam ſpurcißimam civitatem Conſtantinopolin, quæ eſt plena* adulterijs & meretricinio, ſicut ego vidi. *Hanc Bohemi vocant Eccleſiam Orientalem, veriùs dicerent Eccleſiam hæreticalem*, quia vere omnes Græci ſunt hæretici, & ſunt excommunicati, per S. Leonem Papam, & per Innocentium III. Sed de his aliàs. Sunt prætere ad manus plurima Acta (de *Craynenſi* poſtea dicemus) *Concilij Baſileenſis*, cui Malleolus quoque noſter interfuit, & cujus potiſsimùm ſtudio vel curâ noſtris illa innotuerunt, de *proceſſu contra Eugenium*, de *origine & de-*

fenſione ſanctionis Pragmaticæ, de *Græcorum* συγκατάβασι, de *Bohemorum placitis*, quorum prolixum habeo Elenchum ἀνώνυμον: Ludovici de Roma Iuris & Legum Interpretis celebratiſsimi, de *Majeſtate authoritatis* Conciliorum Generalium, in Papam tractatus. Scripſit & *Martinus de Bartenſtein*, Auguſtinianus, in monte Thuricenſi, quædam de Martyribus Felice & Regula, miraculis, & reliquiis eorum, quorum apographum ad manus eſt. Verùm, ut dixi hîc nihil mihi ſumo. Magnatum eſt, Bibliothecas habere magnis voluminibus MSS. divites, nos ſpicilegio contenti, codicillos tantùm & pagellas ſparſim corraſimus. *Pagellas* dico, non *Theſes* tantùm, de quibus poſtea; ſed & *Edicta* variorum Magiſtratuum per Helvetiam, ultra Seculum publica, & typis vulgata, quæ non minimam Hiſtoriæ particularis, & authenticam quidem (vix enim certiora à Rebuspublicis habere poſſumus Hiſtoriarum ſubſidia quàm quæ ex ſcriptis illis eruere licet) *Programmata*, Academiarum & Scholarum, *Iubilæorum, Inhibitionum, excommunicationum* Pontificum varia, quæ & perſonarum nobis ſæpe, ſæpe rerum, non nunquam utrarumque præbent notitiam. Epiſtolarum cumprimis MSS ἀνεκδότων, non contemnendam collegi Syllogen. Puderet pagellarum illarum meminiſſe, niſi fortè aliquid in iis occurreret, de quo Bibliothecæ noſtræ jure poſſemus gratulari, in illarum præſertim Epiſtolarum argumento, quæ inde à Reformatione à magnis conſcriptæ viris, plus mihi delectationis, utilitatis, an admirationis? (omnia adeò tria certatim ſe offerunt) dicam attulerint, vix habeo dicere. Rem ab ovo exordiar. Erat vir Clariſs. us D. *Joh. Iacobus VVolphius*, Literarum Græcarum & Hebraicarum, non ita pridem apud nos Profeſſor meritiſsimus, Præceptor & Fautor meus maximus, qui ut mihi meisq; optimè ſemper voluit ſtudijs; ita, ut ſuum probaret affectum ſingularem, ſubinde monumentũ ejus aliquod apud me extare voluit. Cùm ipſum aliquando acceſsiſſem, *magni*, inquiebat, *faciunt Pontificij reliquias ſuas, incertas ut plurimùm & ſuppoſititias, en manum magni Bullingeri noſtri, veras Sancti Doctoris reliquias!* Frgamentum igitur mihi, de *Sacramentis*, ipſius Bullingeri manu ſcriptum obtulit. His poſtmodum, venientibus annis, initiis, deſiderium magnorum virorum αὐτόγραφα vel videndi ſaltem, ita fuit accenſum, ut cùm Lugduni Batavorum Celeberr. *Golius* Lexicon *Iſa bar Ali* Syro-Arabicum, *I. Scaligeri* manu deſcriptum, meis ad tempus concederet, uſibus, felicem vel eo nomine me prædicarem. Cùmque, ut ſupra jam monui, in Anglia obſervâſſem, faſciculum Epiſtolarum MSS. Majorum noſtrorum in Bibliotheca *Benedicti*, adeò religioſè aſſervari, majus inceſsit ſtudium, majorque reverentia, vel Alphabethum ſaltem, (*Aureum* à me mancupatum, quòd omnium fermè ſuperioris Seculi eruditorum autographa exhiberet) compilandi, Ita verò, Deo clementer benedicente, amicorum propitio aurigante favore,

reſpondit votis eventus, ut qui de ſingularibus tantùm Doctorum ſolicitus fui initio faſciculis, mox plenum horreum mergites oſtendarent. Primitias debeo Reverendo & Clariſsimo Viro, Dn. *Rodolpho Philippo Forero*, Eccleſiæ Burgdorfenſis Miniſtro Vigilantiſsimo, & Vicinarum Decano Spectatiſsimo, qui magni illius *Muſculi* mecum communicavit ſcripta, activa & paſsiva. Hunc mox ſequutus, Vir Ampliſsimus, San-Gallenſium Conſul, νῦν μακαρίτης, D. *Sebaſtianus Schobingerus*, à quo *Blaurerorum*, Ambroſii & Thomæ, Fratrum, Archivum Epiſtolicum tranſcribendum accepi. Ultra bis mille his duobus tantùm tomis continebantur Epiſtolæ, ante, circa & poſt Reformationem ſcriptæ. Ex eo tempore, magna amicorum liberalitate ita hæc mea aucta fuit ſupellex, ut dum alij quatuor aut quinque millia Codicum numerant MSS. mole quidem & raritate magnorum, uſu tamen longè inferiorum, ego, quod præfiſcinè dixerim, ultra ſex aut ſeptem numerare poſsim Epiſtolarum, & documentorum ejuſmodi millia. Mirabere, Lector, tanti me chartas illas, quas alij in cucullos mox erant transformaturi, facere: Illos potiùs vel mirare, vel ride, qui *Ovidium*, *Horatium* aliumque ſatis jam Criticorum cenſura vexatum Authorem, membranæ inſcriptum ad ſuperſtitionem colunt. Ferunt *Froiſſardum* non ita pridem à quodam Mercatore æſtimatum trecentis ſcutatis: *Bocacium* de Nobilibus infelicibus centum, Miſſale & Biblia *Guinarti* Horas, propter figuras & ornamenta quædam, omni pretio æſtimari ſuperiora. *Titum Livium* Mſc. libros Chinenſes, Iaponicos verſicolores alios, pluris fieri, quàm quosvis alios, eóſque utiliſsimos, libros. *In pervetuſtis* (verba ſunt, de Fulvio Urſino, *Jani Nicij* ex Pinacotheca illius prima petita) *Codicibus, quorum multos in ſua Bibliotheca habebat, immania pretia faciebat. Atque illud accidit perridiculè, quòd, cùm die quodam Franciſco Cardinali Toleto, Terentij Comœdias oſtendiſſet, eáſque affirmâſſet, ante annos mille fuiſſe conſcriptas; ac revera eſſent antiqua, ſed mirè depravata atque corrupta; atque addidiſſet, nullam eſſe pecuniam, quæ antiquiſsimi illius Codicis æſtimationi par eſſet: Proh Deus, Cardinalis inquit, quid audio! Equidem mallem Codicem unum, quantumvis recens impreſſum, ſed caſtigatum, emendatúmque, quàm decem alios mendoſos, & corruptos, quamvis Sibyllæ manu exaratos. Riſus omnium, qui aderant, eſt factus, cùm viderent rerum earum pretia, quæ ille in cœlum efferret, Cardinalis æſtimatione ſic concidiſſe. Hunc poſtea librum moriens Bibliotheca Vaticana legavit.* *Ptolomeus* dicitur emiſſe opera *Euripidis* quindecim Talentis. *Tarquinius* tres libros *Sibyllinos* eodem pretio, quo potuiſſet emere omnes. Platonem mille denarios pro operibus Philolai, *Beſſarionem*

rionem impendiſſe 30000. ſcutatos pro libris Græcis: *Picum Mirandulanum* 7000. dediſſe ſcutatos pro MSS. Hebraicis potiſſimùm & Chaldaicis; Imò *Regem Gallorum*, refert *Naudæus*, aurea ſua vaſa & argentea oppignoraſſe, ut copiam libri, qui erat in Bibliotheca Medicæa impetraret. Habent hæc exempla vel laudem curioſitatis, vel amoris in literas incentivum, vel morbi (prout non omnium eadem eſt ratio) quo qui laborant, omnia ſive ultra vires, quicquid fuerit ad manus, ſive ultra pretium authorum, in rem librariam conferunt indicium. Quemque ſua trahat voluptas; ego nec Chartas noſtras Arabum levigatas & ſplendidas, verſicolores etiam; nec monſtroſos Cuficorum, & noſtro adhuc ſeculo, pene ignotos ductus; nec Chinenſium, quorum magnum habemus volumen, ſericos, nec Malabaricorum bombycinos, nec quoſcunque alios, faciles tamen paratu tanti æſtimo Scriptores; quanti Archivum ejuſmodi Epiſtolicum. Quantò hoc, & alio longè, ſe commendat uſu? *Primò* enim inſigne Bibliothecæ ornamentum eſt, tot virorum magnorum, & ſæpe ſanctorum, habere reliquias. *Vergilij, Livij*, aut aliorum autographa quantam Bibliothecis conciliarunt famam? De Monachis in monte Sinai fertur, quòd pro Inſtrumento, Muhammedis Pſeudo-Prophetæ manu ſubſcripto, inſignia obtinuerint libertatis privilegia; & nos non majoris faciamus verè ſanctorum manus? Si *Auguſtini, Hieronymi*, & recentiorum etiam Doctorum, redimi poſſent monumenta originaria, imò vel pagellæ, nullis parceretur ſumptibus. Cur nos, qui *Eraſmi, Zuinglij, Calvini, Lutheri, Melanchthonis*, &c. novimus merita, eorum collegiſſe autographa vilipendamus? Deſunt licet adhuc anni, & antiquitatis prærogativa, adtamen momentum rerum, & reverentia perſonarum, quibus annorum præſcriptio indies accedet longior. 2. Rei ſecundò ſæpe dijudicandæ obſcuræ, non contemnendum ſunt præſidium. Medicinam ejuſmodi autographa ſuſpicionibus afferunt præſentiſsimam. Notum eſt in primitiva Eccleſia multos irrepſiſſe fœtus ſuppoſititios, de quibus Critici multum fuerunt ſoliciti. At ubi ἴδιος χαρακτὴρ, καὶ οἰκεία χεὶρ acceſſeris, res ſalva eſt. Hujus ſubſidij beneficio multis me expedivi difficultatibus. Memini, me, in ædibus Geleb. Col. noſtri, ad menſam, à meritiſsimo Theologo, *Andrea Riveto*, fuiſſe aliquando rogatum, an, quæ de tranſlatis à *Pellicano* libris Hebraicis, Talmudicis etiam, eruditorum jactarentur voce, vera eſſent? Scrupulus tutiſsimè ipſius, quæ adhuc in Bibliotheca noſtra Carolina ſupereſt, tolli poterat manu. Ita, contrà, eodem argumento Lipſius Orationem de *Concordia*, Ienæ habitam, ſuam non eſſe, probavit. 3. Apparatus Epiſtolicus eſt certiſsimum animi in quamcunque partem inclinantis, indicium. Epiſtola, familiaris præſertim, magna libertate agit, & multa ἐπιστολικῶς communicantur, quæ æterno aliàs ſepulta manerent ſilentio; ut plura ex iis, quàm ex quibusvis aliis, erui poſſint ſcriptis. Quis dubitet, quin ex ſuperioris Seculi virorum magnorum, Reformatorum

cum-

Digitized by Google

cumprimis Epiſtolis, judicioſè tamen adhibitis, abſolutiſsima & accuratiſsima Reformationis Hiſtoria poſsit erui? Hæres? vel Sleidani Hiſtoriam, vel Sculteti Decades de Reformatione percurre, videbis, utrumq;, poſteriorem præſertim, hoc uno ferè niti fundamento. 4. Accedit pretium ex eo, quòd ſingularia tantùm autographorum extant ut plurimùm exemplaria, nec Epiſtolarum ejusmodi ἀνεκδότων, ubi opus eſt, ad manus haberi poteſt, quovis auro & argento, copia & uſus. Non proſtant in Bibliopoliis, ut eò recurratur. Nec, ſemel amiſſæ, ulla ratione poſſunt reſtitui. Hæ, pluréſque aliæ ſunt rationes, cur hic, quàm quilibet alius apparatus major, meo judicio, cura dignus ſit atque induſtria. Non blandiar, ſi primas hîc Archivo Eccleſiæ Tigurinæ aſſeruero, quòd, niſi vehementer fallor, plura ejusmodi poſsidet ornamenta dicam an munimenta? quàm uſpiam alibi per longa ſpatia reperias. Id quod eò majorem meretur & excitat admirationem, quòd noſtra demum ætate & ſuſceptus fuerit, & ad ſtupendum perductus numerum hic θησαυρισμός. De ſola re Sacramentaria Tomi ſunt tres: Lutheri, Melanchthonis Buceri, autographa. Colloquium Marpurgenſe, Francofurtenſe, VVittebergenſe, &c. prolixè, & optima fide enarrantur. De ſtatu, Reformatione, diſsidijs Eccleſiarum Anglicarum integra collecta ſunt volumina. Huberi, Alberij, Schmidelini, VVeſtphali acta & turbæ magna accuratione & fide conſcripta. De Polonicis, Italicis, Gallicis, Germanicis, Belgicis nihil propemodum aliunde ſperes Eccleſijs, quod ex hoc locupletiſsimo cornucopiæ non poſsit augeri, quas tamen dapes in Bibliotheca Philologica particulari, ubi de Hiſtoria Eccleſiaſtica fuerit agendum, paulò liberalius, ſi Deus voluerit, communicabimus. Ad publicam hæc ſpectant curam. Mihi privato ſufficere poterat jucundus tantæ varietatis aſpectus, & multiplex inde hactenus obſervatus uſus. Sed fortè aliquam ſupellectili etiam meæ tribuere audeo vel varietatem, vel uſum, cùm vel ſola eorum, qui ſcripſerunt, ſpectamus nomina. Occurrunt enim 1. Ratione *officij politici*, Imperatores, Reges, Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Legati Imperatorum, Regum, Rerumpublicarum ad Imperatores, Turcicum etiam. Eccleſiaſtici, verò, *Romani*, Pontifices, Cardinales Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Canonici, Religioſi &c. *Reformati*, Reformatores per Vniverſam Europam, Theologi, Epiſcopi, Miniſtri, Profeſſores, &c. Hos omnes & adire & audire licet, vel de Religione piè differentes, vel Reformationem enarrantes, vel ſuperſtitionem callidè inſtillantes, vel generoſè refellentes, vel res, publico nomine, gerentes &c. Id quod alio Σ. §. loco ſpecialiùs proponemus. Ratione 2. *patriæ*, Germanos conſulo, Hiſpanos, Anglos, Suecos, Danos, Belgas, Polonos, Hungaros, Tranſylvanos, Mauritanos, Syros &c. qui omnes in ſuis me regionibus, Epiſtolarum illarum beneficio, planè hoſpitem eſſe non ſinunt. Neque ambigo, plura de remotiſsimis regionibus jam nobiſcum ſupereſſe rerum, ſuperiori ſeculo geſtarum, monumenta, quàm ubi nata olim fuerunt & edita. Ratione

3. denique

3. denique *materiæ*, nullum ferè hactenus obſervavi thema, ad cujus dilucidationem hi præceptores muti operam ſuam non contulerint. Vnde non intempeſtivæ fortè cogitationes de *Florilegio* Epiſtolico, ſive *Polyanthea* ex virorum tantùm magnorum Epiſtolis colligenda, natæ. De pretio operæ non eſſet dubitandum, modò labor accederet judicioſus. Hîc enim, ſi uſpiam alibi, cautè & cum judicio verſandum eſt. Obſervâſſe hoc videtur magnus ille *Camerarius*, qui, inter tot publicas curas & occupationes, conſilium de colligendis virorum magnorum Epiſtolis nunquam depoſuit, eo, dubio procul, ſcopo, ut, quòd per *Melanchthonis* Epiſtolas, (quas non αὐτογράφυς modò mecum *Ampliſſimus Filius*, Heidelbergæ communicavit, ſed & editas liberaliter donavit) oſtendit, idem in reliquis continuaret. Percurri ex Tomis variarum Epiſtolarum & tractatuum MSS. quadraginta octo, pleroſque, eos præſertim (ſunt autem 28.) qui ſuperioris Seculi faciem nobis per univerſam Europam deſcribunt, & reapſe deprehendi, plurima ubique occurrere, quæ lucem graviſsimis ſæpe quæſtionibus fœnerentur. Nota inter eruditos, imò honorata pleraque (cætera ἱστορίας ἕνεκα addere placeat) ſunt nomina *Agricolæ*, Ammiani, Aretij, Alliſidorij, ſive VVurſtiſij, Altingij, Amerbachij, Acontij, A Burgundia, Angeri: *Balæi*, Barloi, Bauhini, Baumbachij, Bezæ, Becariæ, Beutrichii, Bedroti, Betuleii, Beſſereri, Bellieurii, *Legati Regii*, Beumleri, Bibliandri, Blanci, Blaſii, Blaurerorum Thomæ, Ambroſii, &c. Bongartii; Borrhai, Breitingeri, Brentii, Braſsicani, Brandmulleri, Braunfelſii, Burkeri, Burgoweri, Buxtorfiorum, Bucani, Buſchii, Buceri, Busbequii, Bullingeri, Bertrami: *Calamini*, Calandrini, Calvini, Camerarii, Campelli, Campenſis, Capelli, Caſauboni, Capitonis, Canæi, Carolſtadii, Chandæi ſive *Sadeelis*, Chytræi, Cirleri, Cleberi, Clebizii, Clauſeri, Clerici, Colladonii, Comandri, Cognati Gilberti, Coxi, Crociorum, Coigneti, Cornarii, Cocceii, Coki, Conringii, Coxi, Cratonis, Criſpini, Crucigeri, Cruſii, Curionis Cœlii, Cyrilli Patriarchæ, Cavalcantis: *Datheni*, Danæi, Daſypodii, Dallæi, Diacii, Digbæi, Dizii, Diodati, Dieſtii, Dilherri, Draconitis, Dryandrorum, Druſii, Dreſſeri, Drelincourti, Duni Thaddæi, Dudithii, Durnhoferi: *Eckij*, Eglinorum, Ehemii, Ehingeri, Eraſti, Erbii, Eraſmi Roterodami, Ernii, Evvichii: *Fagii*, Fagi, Fabri Iohannis, Fabriciorum, Farelli, Ferrii, Folkersheimeri, Frechtii, Freheri, Fuchſii, Funkii: *Gallaſii*, Gaſti, Garnerii, Gardineri, Gariſſolii, Geſſneri, Gerlachii Stephani, Glareani, Godofredi Dionyſii & Iacobi, Golii, Gulartii, Gribaldi, Grynæi Simonis & Iacobi, à Grünrath, Graſſeri, Gronovii, Gualtheri, Guicciardini: *Halleri* Iohannis, VVolphgangi, Berchtoldi: Halleſii, Hapelii, Hardenbergi, Herdeſiani, Heerwagii, Hedionis, Heldii, Hemmerlini, Hyperii, Hottomanni, Hoſpinianorum, Hornii, Hornbeckii, Hobæi, Hopecki, Huldricorum, Humfredi, Humberti, Hundii: *Iezleri*, Ionſtonorum, Iouvillæi, Iuelli, Iudæ Leonis, Iunii Franciſci: *Kalteſchmidii*, Kolbingeri, Kirchneri Hieronymi:

ronymi ; *Laſitij*, Lavaterorum, Langneti, Læthi Georgij, Læti Eraſmi, Lemanni Burkardi, Lentuli, Legeri, L'empereur, Leuenklavij, Leueri, Liſmannini, Lipſij, Loniceri, Lopadij, Loſtuſij, Lutheri, Luthardi, Ludolfi, Lůberi ſive *Eraſti*, Lycoſtenis, Lydij : *Maaleri*, Majoris, Martyris, Marbachij, Maſteri, Meliſsi, Melandri, Melanchthonis, Mercatoris, Merbelij, Megandri, Micronii, Micrælii, Molleri, Molinæi Caroli, Mornavii, Morelli, Muſculi, VVolfgangi & Abrahami, Münſteri *Sebaſtiani*, & *à Vortlage*, Myconij. *Naogeorgi*, Nidharti, Numagen ; *Oecolãpadij*, Occonis, Oleviani, Oporini, Oſterogi ; *Pantaleonis*, Parei, Parkurſti, Paſoris, Peuceri, Pezelii, Pellicani, Pereſij, Petiti, Pellij, Platerorũ, Pincieri, Pinelli, Piſtorii Iohannis, Piſcatorii, Piſcatoris, Pithæli, Pitiſci Bartholomæi, Pocokii, Polani, Pontani, Pontiſellæ, ad Portum, Poſtelli. *Quercetani* ; *Rami*, Ragorii, Raſchii, Raumeri, Rhegii Vrbani, Rhenani, Rainoldi Ioh. Rhellicani, Ritteri Eraſmi, Riveti, Rietmatii, Rivii, Roſſeti, Rodingi, Ruardi, Ruinellæ, Rodolphi Caſp. Ruegeri, Rumpii, Rullicii ; *Salvardi*, Sarnicii, Savilii, Sandis Eduini, Saraceni, Sanderi, Scapulæ, Schekii, Schleidani, Schenkii, Swendii Lazari, Sculteti, Schnepfii, Schickhardi, Schobingeri, Serrani, Severini, Simlerorum, Simonii, Silvani, Sidneij, Smetii, Soccolovii, Sohnii, Schnellii, Schotani, Spanhemiorum, VVigandi, Friderici Patris & Filii, Stuckiorũ, Stumpfiorum, Strigelii Victorini, Sturmii, à Stetten, Steineri VVernheri, Steinbergii, Sulceri : *Tarnovij*, Tilmanni, Telamonii, Thurii, Toſſanorum, Tomſoni, Threcii, Triglandii, Tronchini, Tragi, Turnavii. *Vadiani*, Vannii, Valkonerii, Vberti, Vergerii, Pauli & Ludovici, Velociani, Venatoris, Vireti, Vietoris, Vlmeri, Vogti, Vorſtii, Voëtii, Vtingeri, Vrſini, Vulcanii, Vulteii ; *VVaſeri*, VVarneri, VVerdmulleri Ottonis, VVetteri, VVirzii, VVittembachii, VVicelii, VVolphiorum : *Xylandri* : *Zanchij*, Zellii, Zechendorfii, Zuinglii P. & Filii, Zuingerorum, Zuickii, Zulegeri, &c. Hos verò omnes & plures alios (neque enim dum dimidiam eorum nominum expreſſimus partem, quorum vel autographa poſſidemus, vel certa apographa) non publicè tantùm & ita loquentes habemus, prout ratio Reipublicæ fert literariæ, ſed & privatim, familiariſsimè, ut ſolent illi, qui, quod per locorum diſtantiam διὰ ςόματος fieri non poterat, factum tamen voluerunt διὰ μέλανος. Neque ſingulares tantùm habemus quorundam Epiſtolas, ſed nonnullorum vaſtos ſatis tomos, *Bullingeri* puta, *Bezæ*, *Iuelli*, Iohannis *VVolfii*, in cauſa præſertim Socini & Dudithii : *Victorini Strigelij*, cujus duos Epiſtolarum Tomos Heidelbergæ ab interitu vindicavimus. De *Baudio*, feliciſsimo ingenio, audire me memini, à magni nominis Theologo, præſtitiſſe ejus literas, quæ tamen defæcatioris Latinitatis ſunt medulla, nunquam prodiiſſe. Aut enim queri doctiſſimum virum, aut petere. Voſsii etiam ſententiam eſſe, non ex Epiſtolis de erudito accuratum fieri poſſe judicium, laborem enim ut plurimum eſſe extemporaneum, & ita comparatum, ut effundatur potiùs, quàm concipiatur. Sed occurrant hi ſubinde nævi, ut vel de ingratitudine Seculi, vel cura domeſti-

ca, vel ineluctabili quodam fato in amicum ſinum amicæ eruditorum deponantur querelæ; non deſunt tamen uſus Epiſtolarum multiplices. Non impedit, quominus aquila ὑψιπέτης ad inferiora ſe nonnunquam demittat, eſcam captura. Non ſemper vel Theologum, vel Hiſtoricum, à patre familiâs poſſumus ſeparare, vel, ut Logici loquuntur, abſtrahere. Non ergo ab hujus curis terrenis eximitur, quem fama & exiſtimatio ad ſidera penè tollunt. Quòd ſi non eruditionis ſemper Epiſtolæ ſint indices certiſſimi, Hiſtoriarum tamen & rerum geſtarum teſtes, imò judices, ſunt fideliſſimi. Quanquam negare non poſſum, multorum famam & exiſtimationem, eorum certè, qui publicis ſcriptis inclareſcere aliis noluerunt, ex Epiſtolis non obſcurè defendi. Quantus vir fuerit, *Ambroſius Blaurerus*, Reformator Conſtantienſis, ne per famam quidem ignotum eſſe poteſt; ſed qui maſculas & graves ejus legerit Epiſtolas, plura ei deberi, & exſpectari ab eo potuiſſe, facilè animadvertet. Verùm, de uſu Hiſtorico potiſſimùm ſoliciti, quoſdam videamus prodromos. Scire deſidero graviſſima eruditorum de *Zwinglio* noſtro Reformatore Iudicia? Magnum, etiam ...cum, *Cardinalium, Legatorum Pontificiorum* &c. adeſt μαρτύρων νέφος. Dubitas, an *nundinatio Indulgentiaria à Samſonio & Tetzelia* ita abſurdè & impudenter fuerit inſtituta, ut fidem vix apud poſteritatem reperiat? Credere illud jubent utriusque αὐτόγραφα. Hæreo (ut hærent multi) *Zwinglius an Lutherus* Reformationis fecerit initium? Adſunt Literæ & Magiſtratuum publicæ, & ſponte oblatum *Academiæ VVitebergenſis* (ut de manifeſto *Pallavicini*, de quo in Hiſtoria Reformationis, conſenſu nihil dicam) ad Eccleſiæ Tigurinæ Miniſtros, ubi hæc πρωτεῖα Tiguro ipſi concedunt, teſtimonium. Ambigo, an ulla ſuperiori Seculo inter *Lutheranos & Reformatos* VVitebergæ ſancita fuerit Concordia? Sunt in promptu Acta publica ἀναντίῤῥητα, & ex iis conſcripta Compendia, magni *Bullingeri*, & Halleri, autographa, quæ ſcrupulum eximunt. Deſidero, cum authore *Catalogi Teſtium Veritatis* Archiepiſcopi Craynenſis, quibus Poteſtas Pontificis αὐτοκρατορικὴ graviter & cum ratione fuit impetita, acta? præſtò ſunt, ejus conſignata manu, qui rebus gerendis interfuit. Placet, diſtinctè gradus & modum Reformationis *Anglicanæ* cognoſcere? Tradunt illos Epiſtolæ *Iuelli*, ad Martyrem & Simlerum ſcriptæ. Artes Concilii Tridentini, blandæ invitationes ad Helvetiorum Magiſtratus miſſæ, judicia Theologorum varia, non ſatis ſunt nota? Innoteſcent meliùs ex hoc archivo, & ita quidem, ut ne Sfortiæ quidem *Palavicini* nova κενοφωνίας reformidem. Quæ in Colloquiis, *Ratisponenſi*, *VVormatienſi*, *Badenſi*, *Poſſiaceno*, acta fuerunt, extant: vix tamen ita planè & plenè, ut non plura, & Eccleſiæ utilia in Epiſtolis noſtris lateant. Nôſſe cupio *Socinianiſmi*, *Stancariſmi*, *Arianiſmi*, Arminianiſmi, Anabaptiſmi &c. veras poſt Reformationem origines, progreſſum, incremen-

incrementa, decrementa, plura ex Epiſtolis cæterisque ἀνεκδότοις meis erui, quàm quæ aliunde exſpectare potuiſſem. Sed & ſtatum Eccleſiarum *Indicarum*, Orientalium & Occidentalium, certè & exploratè perſpecturus, eos in Archivo conſulo de ſcripto loquentes, qui in utraque India ipſi Eccleſias plantarunt. Lutherum de *Prædeſtinatione* ὁμόψηφον Auguſtino, & noſtris peto Eccleſijs? Non denegat aſſenſum Epiſtola, quam magno habeo loco, eo adhuc tempore ſcripta, quo *Martinum Luderum* Auguſtinenſem appellare ſe voluit. Hiſtoriam ſuperioris ſeculi *Eccleſiaſticam*, *Politicam*, *Methodos ſtudiorum* deſidero? Abundè ſuppeditant noſtra MSS. Quæ inter *Sigismundum Auſtriacum* & *Pontificem* Romanum fuerint acta, Sigismundi Epiſtola, (quæ, etſi rara eſt, nobis tamen Latinè & Germanice obtigit,) totam rei geſtæ ſeriem prolixè pandit. Imprimis & quod caput rei eſt, ubi de *Reformationis* cauſis *Efficientibus*, Materia, cujus diſtincta, per omnia capita, habenda ratio, Forma, Finibus, Subjectis per totum terrarum orbem, Adjunctis, oppoſitis &c. alij vel parciùs, vel minus diſtinctè, Chronologiam potius annorũ, quam Logicam rerum & materiarum obſervantes Methodum, diſſeruerunt, pleniorem excurrendi campum hanc noſtram ſupellectilem patefacturam ſperamus. Nõ ambitioſè hæc commemoro, ſed alios potius, privato meo exemplo, ad majora tentanda amicè invito. *Meminerint*, primorum poſt Chriſti aſcenſionem, multa ignorare poſteritatem, quæ, ſi diligentius res tum geſtæ fuiſſent obſervatæ, magno ſuo commodo cognoſcere potuiſſet. Vnde de neglectu, & damno inde accepto, non obſcuræ eruditorum querelæ. Ἄδηλα propemodùm eſſent illa tempora, niſi lucis aliquid ex dogmaticis ſcriptoribus, Apologeticis cumprimis ſubinde micaret, quod in prima antiquitate Chriſtiana non planè nos ſineret eſſe ἀεὶ παῖδας. Euſebius hanc primum tundere auſus eſt incudem, & Hiſtoricum Syntagma conſcribere. *Meminerint*, longius nos in dies à Reformationis tempore recedere, opus proinde eſſe, ut armamentarium noſtrum literarium ita inſtruamus, ne negligentia hac in parte noſtra vel optimæ cauſæ, vel chariſſimæ poſteritati fraudi ſit. Vbi de facto quæſtio eſt, ad hanc unam certè Hiſtoriæ confugiendum eſt anchoram. Vnum reſtat, me, ne domi peregrinarer, resque noſtras negligerem, operam dediſſe, tum ut labores Majorum noſtrorum, Helvetiorum in genere, in ſpecie Tigurinorum (quorum Bibliothecam in originibus noſtris Carolinis jam dedimus) haberem, quantum fieri poterat, impreſſos, pleros que; tum etiam, quicquid uſpiam ex publicis & privatis corradere potui de Status noſtri Hiſtoria, ſumma in illud inquiſivi cura. Et ut pauca videri poſſint, quæ, ex ruderibus ſæpe, ſucceſſu temporis in hoc genere ſcriptorum collegi monumenta, ea tamen de *Reipublicæ*, *Eccleſiæ*, *Scholæ* Tigurinæ origine, progreſſu, varijs formis, privilegiis, commodis, incommodis, bellis, fœderibus, Indulgentiis, (ante Reformationem) Imperatorum, Pontificum, Car-

 dinalium,

dinalium, Regum, Principum, Rerum publicarum, affectu vario, &c. congeſſi, quibus ingrati civis aut indigenæ fuliginem me facilè deterſurum confido. Vix lacertoſus ſuis tulerit Helvetius humeris, quæ paulatim acceſſerunt. Neque de gratia & authoritate, qua Reſpublica univerſa apud alios polluit, teſtimonium perhibent; in promtu ſunt ad ſingulares perſonas literæ Pontificum, Imperatorum, Regum, quæ non familiarum modò eſſe poſſunt ornamenta, Gentis alibi etiam honoratæ indicia, ſed & ad obthuranda malevolorum & calumniatorum ἀθύρογλωσσα, præſidia. Quàm luculentum teſtimonium Zwinglio meliora meditanti perhibet *Adrianus* VI. quod *colleg. ſapient. reſtit.* inſeruimus pag. 49. Legatus ejus *Puccius*, cum Acolytum ipſum & Pontificis Sacellanum conſtitueret? *Iulius* II. & *Adrianus* VI. Ampliſsimo illi *Marco Roeſtio*, qui diſputationi poſtea Tigurinæ, pro Reformatione, præ fuit. Quàm honorifica *Friderici* III. Imperatoris compellatio facta ad Ampliſsimum ejus Patrem, *Henricum Roeſtium*, itidem Conſulem anno 1487. Norinbergæ data, ubi inter alia: Vnd dieweil wir dann dich in der Erbarkeit / das dir ſolches laid wehre / auch der mache / daß du dem bey deinen Fründen von Stätten vnd Länderen vorgemelt / wol vor ſein mögeſt / erkennen: Begehren wir auff das ſonder vertrawen / ſo wir zu dir tragen / an dich / mit allem vnd gantzem fleiß bittend / ꝛc. *Henrici Magni*, Galliarum Regis ad duos Colonellos ex ipſo petito autographo nobis donato, apographum inſeruimus Method. Leg. Hiſt. Helvet. Sed præſtat de his alibi plenius agere. Atque hoc meum illud eſt Archivum: hæc antiquitatis ſcruta. Cætera, numiſmata præſertim, ſive uſualia, ſive ſymbolica, quid vel commemorem? Hanc etiam & mercem & laudem aliis relinquo. Optem tamen majori cum fructu hoc deinceps tractari ſtudium. Quid juvat multos numerare Cæſares, Reges &c. & tamen non obſervare rerum per illos geſtarum Hiſtoriam, quæ ex nummis ſæpe ejusmodi tutiſsimè poteſt depromi? Qua de re aliquid monuimus Differt. de variis inſcriptionibus Oriental. pag 9. Vt verò vel affectum hujus etiam adornandæ ſupellectilis teſtaremur, aliquid ſaltem in re nummaria conati ſumus. De Hebræis tamen & Arabicis magis, quàm Græcis aut Latinis ſoliciti, ſucceſſu temporis, ſupellectili noſtræ literariæ addidimus, ex *Hebræis* a. Siclum argenteum, Samaritanis characteribus inſignitum, cui procul dubio antiquitatis axioma non poteſt abjudicari. Inſcriptio ejus ex altero latere eſt ירושלם קדשה *Hieroſolyma ſancta*, cum virga Aharonis: ex altero, cum urna, שקל ישראל *Siclus Iſraelis*. b. *Duos Siclos*, argenteum & æneum literis Hebraicis, in eundem ſenſum, notatos. Sed nullam antiquitatis præ ſe ferunt ſpeciem. c. Argenteum *Solomonicum*, cui multum tribuo, ut dixi Tract. *de Nummis Orient.* pag 120. Ex altera facie eſt caput Regis coronatum, cum inſcriptione שלמה המלך *Schelomo Rex*: ex altera Templi ſchema, & היכל שלמה *Templum Solomonis*. d. ἐκτυπον nummi *Patriarchalis*, ubi prior facie

cites habet א & ש *Abraham* & *Sarai*, cum Epithetis זקן וזקנה *ὁ γέρων, καὶ ἡ γεραιά*: Poſterior י & ר *Iſaacus* & *Rebecca* בחור ובתולה *adoleſcens & Virgo*, de quo l. c. pag. 119. e. *ἔκτυπα Moſaica* duo, cujus alterum latus habet verba: לא יהיה לך אלהים אחרים על פני *Non erunt tibi Dii alieni ad faciem meam*: alterum protuberans caput cum inſcriptione, משה *Moſcheh*. f. Duo *ἔκτυπα*, cujus altera inſcriptio eſt שקל דוד נשאר בלם באוצר ציון בבית המקדש *Siclus Davidis, abſconditus in theſauro Zionis, in Æde ſancta*: altera יהוה שמר ישראל מלך כבוד בירושלם *Dominus cuſtos Iſraelis, Rex Gloriæ Hieroſolymorum*. Sed neuter eſt *γνήσιος*. Vide lib. cit. p. 123. g. Argenteum & plumbeum nummum, cujus altera facies vultum oſtendit, cum inſcriptione אישי vitioſa procul dubio, pro ישו Ieſus: altera habet verba, משיח מלך בא בשלום ואור עשוי מאדם *Meſſias Rex venit in pace, & factus eſt lux ex homine*, l. c. pag. 149.

Arabicos nummos, hactenus ferè neglectos, vellem etiam ad complementum Hiſtoriæ diligentius tum colligi, tum examinari. Ego hactenus aliquot eruderavi. 1. Sereniſsimo *Electori Palatino*, D. *Carolo Ludovico* &c. Domino meo Clementiſsimo, gratiſsima hoc loco acceptos fero mente tres aureos, antiquos ſatis, pondere æquales. Primi & ſecundi inſcriptio eſt תארך סלאמא תאג אלקאמל *qui pacem movet, turbat, ſimilis eſt illi, qui inertem coronat*: uterque enim abſurdè facit: Alterius צעבה אלדין סאיר אלדולה *Difficultas* (quæ pro negligentia hoc loco ſumitur, aut difficiliori cura) *facit, recedere Imperium*. Senſus eſt: Vbi nulla cura religionis, ibi nec tuta regio, aut diuturnum regnum. Tertii inſcriptio prior eſt, אסכנדר סלטאן מצר *Alexander Princeps Ægypti*. Alteram nondum ſatis potui aſſequi. 2. Argenteum *ſymbolicum*, ſatis antiquum numiſma, de quo *lib. cit.* pag. 169. 3. Cupreum, itidem antiquum, & Saladini effigie inſigne, de quo *ib.* pag. 158. 4. Nummorum uſualium argenteorum, cujuſmodi *Aſpra* & *Maidini* quatuor ad manus ſunt. 5. *Ἀμυρτήρας* lapis, Arabicis ſignatus literis unus, *ib.* pag. 166. 6. Tria mihi nuper Vir Reverendus, D. M. *Henricus Mejer*, Eccleſiæ Lipſienſis Miniſter, obtulit *ἔκτυπα*; ex quibus me hactenus utcunque (obſcuræ enim ſatis ſunt, ſive ætate exeſæ, ſive plumbo minus commodè expreſſæ literæ) expedire potui. Primi, & minimi, inſcriptio altera ſatis eſt manifeſta, לא אלאה אלא אללה וחדה *Non eſt Deus, niſi unicus ille Deus*. Altera facies valdè obſcurè præ ſe fert juvenis, paludamento, collotenus cincti, effigiem: Ex inſcriptione ſola vox אללה [illegible] legitur. Altera, niſi me omnia fallant, Theologica eſt: אלאמאם אלנאצח ללדניא אמאם אלשאפעי *Antiſtes, qui optimè Mundo conſulit, eſt Antiſtes Schafeus*. Conſtat, Muhammediſmum quatuor potiſsimum agnoſcere Antiſtites, & inter eos Schafeum, qui traditionis

ſuæ

ſuæ originem ad ipſum refert Muhammedem, ut videre eſt in *Hiſt. Orient.* pag. 95. *Archæol. Orient.* pag. 28. Altera tamen facies figuram habet captivæ vel fœminæ vel virginis velatæ, cuſtoditæ à milite lancigero, duobus circumſtantibus juvenibus, non diſsimilem à vulgata illa, quæ *captam Iudæam* repreſentat. Marginales literæ, minùs ſunt commodè expreſſæ. Tertium vix ἐξίτηλα ἴχνη retinuit, niſi quòd ex ultima voce poſterioris partis (prior enim figuram antiquam habet capitis vittà redimiti, & duorum Angelorum, quod miror, ei imminentium) colligi poſſe videatur ſub *Atabacitis*, (*vide Hiſt. Eccleſ.* Sec. 12. p. 212. & *Archæol. Orient.* p. 179.) cuſum fuiſſe. Hîc verò, ut ingenuè fatear, ob eroſas & exeſas literas, hariolari facilius eſt, quàm quicquam definire. Ne Germanicæ quidem aut Latinæ, niſi legibiles, ſolvi poſſunt antiquitatis nodi: quid de Arabicis fiat? Si typi obtingerent paulò accuratiores, plura, dubio procul, poſſent præſtari; prout idem D. M. *Mejerus* ad me humaniſsimè perſcripſit, ſuperiori anno propè Colbergam, in Pomerania Electorali, Arabicos nummos magna copiâ fuiſſe repertos.

Ex *Græcis*, præter Rhodium ἐκτυπον, egregius ἀρχέτυπος Nobiliſſ. D. à VVildeck, *Thuringi Effingeri*, liberalitate mihi ceſsit, aureus. In cujus priori latere eſt effigies Imperatoris, cum Inſcriptione D. N. LEO PERPET. Aug. ex altera, Victoria. AVGGG. CONOB. Victoria alata ſtat, dextrâque crucem gerit. Refertur ad a. M. 4418. V. C. 1208. I. Chr. 456. *Conob*, Cedrinus interpretatur: *Civitates omnes noſtræ obediant venerationi*. *Moſcoviticæ* duo tantùm habeo numiſmata, argentea. Gothicum aureum.

Ex *Romanis* argenteos, æneos & cupreos aliquos ſubinde adjecimus: *Neronem, Veſpaſianum, Titum, Nervam, Trajanum, Hadrianum, Antoninum Pium, Julianum, Maximinum, Valerianum, Gallienum, Conſtantinum* Juniorem &c. *Tetricum* Imp. *Criſpinam Auguſtam*, &c. in Helvetia plerosque *Aventici, Ad Fines, ad Caſtrum Rhenanum* (auf Burg) *Bulaci &c.* repertos.

CAP. VII.

Digitized by Google

CAP. VII.

DE RATIONE CONTEXENDI Catalogos.

1. Difficultas hujus moleſti laboris, *ejúſque cauſa*. 2. Neceſſitas Catalogorum. 3. Varietas, quæ ob diverſum Bibliothecarum uſum, non delectat modò, ſed & juvat. Unde diſtinctio Catalogi, in abſolutos; *Chronologicos, Logicos Theologicos, Grammatico; Topographicos*; & Syncriticum, ſive Comparativum.

DEſperatum penè eſſe, vaſtarum Bibliothecarum abſolutos habere Catalogos, omnium ferè eruditorum ſuffragiis eſt conclamatum. *Nihil certius*, inquit a Conringius, *quàm vaſtarum Bibliothecarum Indices integros, ut confectu perquam difficiles, ita rariſſimos repertu eſſe.* Neque verò mirum! Sive enim librorum ſpecies *numerum*, ſive *argumentum*; ſingula eas habent difficultates, quæ negotium facilè vel prorſus intactum relinquant, vel reddant ſuſpenſum. De *Vaticana* modò audivimus, ſeptem magnis Tomis conſtare Indicem MSS. exceptis Heidelbergenſibus. Indici Bibliothecæ *Auguſtæ* tribuuntur b *quinque, vaſta, regalis, quam vocant, proceritate, volumina, plenè, & minuto charactere ſcripta, adeò ut librorum illorum annotatio occuparet hominem eruditum, peritúmque librariæ rei non unum, nec per menſes binos, ſed per integros aliquot annos: à typographicis verò operis itidem vix intra biennium magnis ſumtibus abſolvi excuſio poſſet.* Tot volumina ſaltem conſcribere magni laboris eſt, luſus tamen tantùm, ſi cum Methodica diſpoſitione ipſa conferatur. Si verbotim tantùm transſcribi illa deberent, hominum requirerent χαλκέντερον; at ſingulorum diſpoſitio, & propriarum ſedium aſſignatio, quæ maximè eſt neceſſaria, curam & operam non uno modo auget. Taceo, quòd paucis admodum videatur operæ pretium, hunc laborem, abſque ſtipendio ſive ſalario aliquo, ſuſcipere. Iam verò vix publicis

Difficultas conſcribendi Catalogos.

a. Biblioth. Aug. pag. 39. b. Ibid. pag. 36. & 40.

blicis iiſque locupletiſsimis Bibliothecis, ſui ſtipendio dantur allecti Bibliothecarii, quid de reliquis ſperandum?

Sed & librorum *Argumenta* nodum magis conſtringunt. Titulus ſæpe de allijs agit, liber de cepis. Specioſiſsimus interdum vultus præclaram corporis pollicetur εὐεξίαν; ſed diligentius inſpectus turpiter fallit, & hiantem lectorem artificioſè deludit. Quod quàm ſit tritum, τοῖς φιλοβίβλοις abundè, per experientiam conſtat. Hanc etiam fraudem Bibliothecarius detegere debet, & unumquemque referre authorem non ad eam, quam titulo ſuperbo ambit, ſed quæ ei debetur, Categoriam. Delectantur nonnulli librorum frontiſpiciis figuratis, quod Orientalibus omnibus Hebræis, Syris & Arabibus, ut ex Bibliotheca noſtra manifeſtum eſt Orientali, εἰς ἔξω μετάβη; quæ ad propria reducenda ſunt, ne numerum tantùm liber faciat in Bibliotheca, & ſpatium occupet, absque ullo uſu. Vno denique Titulo Libri nonnunquam indicatur potiùs, quàm exprimitur argumentum. Hic iterum officium faciet Bibliothecarius, ut uſui eſſe poſsit liber, ne tituli obſcuro involucro, nucleum planè perdat. Exempla ſunt obvia iis, qui in re libraria non planè ſunt hoſpites. *Laboris* accedit *tædium*, quòd in vocum, ut plurimum ignotarum, potiùs depingendis, quàm deſcribendis elementis valde longum eſt & moleſtum. Exiſtimant multi, frugiperdarum eſſe opus conſcribere Catalogos, i.e. numerare literas, eáſque ſine emolumento depingere. Doctis non magis convenire, quàm viris gravibus in arundine longa equitare. Κυμινοπρίστεις vix paulò meliores eſſe, qui in hoc muſtaceo quærunt laureolam. Et certè ipſe non ſemel obſervavi, plures Catalogorum diſpoſitioni accuratæ poni obices, vix tamen periculoſiorem, quàm ejuſmodi præpoſtera ignarorum, vel ignavorum, contemti laboris, præjudicia. Vnde ægrè viri docti, niſi ad hoc ſtudium ἀφωρισμένοι; ad ejuſmodi conſcribendas nomenclaturas ſe accingunt. Indoctis verò & imperitis hanc provinciam committere, eſt duplicare laterem. Catalogum enim de novo conficere, longè eſt faciliùs, quàm ineptam rhapſodiam, & miſeram librorum confuſionem, in qua οὐδὲν ὑγιές, emendare. Et quia Mæcenates, qui aliis, eruditis cumprimis, minus occupatis, ſtipendii eſca pellectis, curam hanc committant, rariùs invenias; paucæ reperiuntur, quæ Catalogos ſuis abſolutis complementis poſsint oſtendere Bibliothecæ. *Complementis*, dico, & congruâ ἀκριβείᾳ. Non ſatis eſt habere numerum & nomina librorum. Nec ſufficit, eoſdem ſecundùm facultates, κατὰ πλάτος diſtingui. *Exegeticos*, *Topicos*, *Hiſtoricos*, *Aſceticos*, *Eccleſiaſticos* &c. Theologos, Categoriæ *Theologicæ* ſimpliciter annumerari. Aliam requirit, diſpoſitionis librariæ ἀκρίβεια, Methodum. Et quanquam in accurata κατα[illegible] tot ferè ſint judicia, quot capita; periculum tamen, ita jubentibus aliis, &

nos faciemus, breviter demonſtraturi, quæ nobis in conſcribendis Bibliothecarum Catalogis tutiſsima videatur ratio.

Vt Bibliotheca omnium, & expeditè quidem inſervire poſsit uſibus, quatuor illa diſponi debet Indicibus ſive Catalogis. Abſolutio, *Chronologico*, *Logico*, *Theologico*, & *Grammatico*, & uno *ſyncritico* ſive *comparativo*. *Chronologicus* ordinem temporis obſervat, Authoréſque, quos Bibliotheca poſsidet juxta ſeriem annorum, ſeculis ſuis diſtinguit: adeò, ut quoties cunque de ætate alicujus Scriptoris dubitetur, ad hunc recurri poſsit Catalogum. Citatur ſæpe *Chryſoſtomus*, non *Theologicè* ſemper, quà *Theologus*; ſed *Hiſtoricè*, quà ſcriptor Chriſtianus, ſuo ſeculo celebris. Vbi Catalogum Patrum, nominibus ſuis expreſſorum, & inter eos etiam Chryſoſtomum, habere nihil juvat; ætatis ſive temporis, mihi neceſſaria eſt deſcriptio. Eadem ratio cæterorum eſt ſcriptorum. Mediæ cumprimis ætatis authores, in periodos diviſi, magna nos ſæpe liberant difficultate, &, ut cæteros uſus taceam, penè loco Indicis Chronologici eſſe poſſunt. Hic verò ad διχοτομίαν revocatus Catalogus, Bibliothecam præmittit *Biblicam*, *Eccleſiaſticam* verò, *primæ*, *mediæ* & *ultimæ* ætatis, *ſubjicit* *Illa* iterum Patres ad ſeculum 6. incluſivè, *iſta* à ſeculo 6. ad Reformationem, *hæc* à Reformatione ad noſtra procedit tempora. Hujus verò Catalogi textura, tantò eſt difficilior, quantò ejus, qui de Bibliothecis ſcripſerunt, minorem obſervo rationem habuiſſe. **1. Chronologicus.**

Logicus. Index materiarum ſibi ſubordinatarum ζυνάφειαν ſequitur. Hic verò maximè eſt neceſſarius. Non in Authores ſemper inquirimus, *Auguſtinum*, *Chryſoſtomum*, *Ariſtotelem*, *Euclidem*, *ſed* in Commentatores ſæpe vel ſacros, vel Eccleſiaſticos, vel Profanos. Occurrit caſus Conſcientiæ, vel Thema Oratoriè ſive coram plebe, ſivè Eruditis tractandum. Sunt qui de *Decretis*, de *Angelis*, de *Fide*, &c. te ſolicitant, Authorum, qui de iis ſcripſerunt, nomina quærunt. Hic jam Indice opus eſt, qui materias illas, & authores, qui præſentes ſunt omnes, oſtendat. In Thematibus præſertim rarioribus hic index hæſitanti dexteram porrigit. Hujus proinde conſcribendi Catalogi Methodus præ aliis placet, id quod ſupra breviter indicavimus, plenius id ipſum præſtituri in ſequentibus. In hóc etiam Indice Methodicè concinnando, plura obſervavi impedimenta, quàm quæ hactenus ſublata animadverterim. Vbi de *Eccleſiaſticâ* ſupellectili, de *Patribus*, *Conciliis* &c. ſermo eſt, obiter ferè operum & Autorum in Catalogis ordinariis fit mentio, quæ tamen, generali tantùm Patrum notione pauciſsimis inſervit, & eruditis quidem ſolùm. Vbi verò themata & tractatus diſtinctè, ex vaſtis illis voluminibus operum *Auguſtini* &c. ſeparantur, ſeparata in certas claſſes rediguntur, tum latiùs longè ſuum uſum ad alios diffundunt. Ad hanc autem Indicis ſtructuram non grandes modò tomi, ſed & *theſes*, *programmata*, *præfationes* &c. & quicquid in hunc venit cenſum, debet referri. Et certè, ut de *Præfationibus* aliquid **2. Logicus.**

ἐν παρόδῳ moneamus, miror, de illis, earúmque uſu, adeò paucos hactenus fuiſſe ſolicitos. Cùm antehac, animi recreandi gratia, poſt ſumtum ſtatim cibum, ad lectionem præfationum curſoriam acceſsiſſem, adeò nectare illo fui allectus, ut ægrè à conſuetudine illa potuerim avelli. Vidi enim ibi unitam quandam virtutem, & majorem nonnunquam in paucis pagellis, quàm vaſtis voluminibus *δεινότητα*; theſaurum latentem, ſed à paucisſimis obſervatum. Styli, ut plurimùm, ibi vernans, imò florentisſima obſervatur elegantia, usque adeò, ut ab eruditis jam ſit animadverſum, vel tres Præfationes, *Calvini* in Inſtitutiones, *Thuani* in Hiſtoriam, *Caſauboni* in Polybium, omnem fermè exhaurire Latinitatem, & formandi ſtyli, exemplum præbere. Vt verò admirari quidem poſſumus: debemus etiam: ſtyli in præfationibus iſtis faſtigium: ita & rerum in iisdem reperias apparatum eximium, Hiſtoricum, Theologicum, &c. Nam & *Ille* Antiquitatum ſuffragio cumulatè probat, novitatis nomine immeritò nobis conflari invidiam. & *Iſte* apertè condocefacit, ſanguine Martyrum Eccleſias non, quod intendebant adverſarii, extirpari, ſed ſeri potiùs & plantari. Abſtinendum ergò ab hoc eſſe rigore, & aliam excutiendam quercum. Sed de his plura ſuo loco.

I. Theologicus.

I. Tertius Index ſit *Theologicus*, ſtrictè ſic dictus, qui, pro diverſitate Authorum, ſive ſubjectorum, *Chriſtianorum*, *Iudæorum*, *Muhammedanorum*, *Gentilium*, &c. nobis ſuis nominibus, *Theologos* exhibet. Habet & hic Index inſignem utilitatem. Sunt quædam ſcripta *ἀνώνυμα*, quædam authorum, ſed ambiguorum præferunt nomina. Themata quædam, Chriſtianiſmi latè ſumti, communia, ita nonnunquam ab authoribus, cæteroquin vel ſuſpectis, vel apertè heterodoxis, tractantur, ut niſi monitor præeat, incautis venenum facillimè inſtilletur. De hoc quidem Indice ſcio paucos eſſe ſolicitos, meo tamen judicio, multum refert nôſſe Authoris, in qua, vel de qua quisque ſcripſerit, religionem. Quoties contingit, ut lecturo librum practicum, ad pietatem hortatorium, talis offeratur, qui quidem in hoc ſcribendi genere aliquid fortè profert *οὐ κακίστου κόμματος*, ſed nec tutò, nec tanto cum fructu, quanto ab Orthodoxis idem exhibetur. Miratus ſæpe fui, in noſtratium, hominum cæteroquin non malorum, manibus obvia eſſe ſcripta, *Franci*, *Mennonis*, *Behemi*, *Schwenckfeldii*, aliorum, &c. qui tamen, etiam quo [illegible] ſeologiam vel ita ſunt obſcuri, ut Evandri vix mater illa aſſequatur: vel [illegible] ſi, ut ſpeciem quidem oſtendant pietatis, potentiam verò ejus planè abnegent. Nihil profectò, etiam in Practicis, novi illi Prophetæ ſunt meditati, quod non & ſolidiùs & efficacius, & clarius noſtri proponant Theologi. Vt magna ſit erroris efficacia tot obſcura ænigmata planis & perſpicuis noſtratium lucubrationibus præferri. Huic verò malo Index ejusmodi Theologicus præſentisſimam affert medicinam.

Index

Digitized by Google

Index ſequitur *Grammaticus*, ſive *Alphabeticus*. Hic tamen iterum vel *Realis* eſt, vel *Perſonalis*. *Realis* vel latior eſt, vel ſtrictior. *Latior*, ordine Alphabetico, materias exhibet κατὰ πλάτος ab Authoribus, integris *Tractatibus*, ſive *voluminibus*, ſive *Diſſertationibus* propoſitas & enucleatas. Sit exempli loco, *Scriptura*, cujus in litera S. Indicis Alphabetici ita diſponenda acies, ut quicquid vel à *Patribus*, vel *Scholaſticis*, vel *Reformatis* Theologis; quin & *Iudæis*, & *Muhammedanis* de hoc Themate occurrit in Bibliotheca, titulo illi, accidentibus ſuis de Efficiente, materia, Forma &c. diſtincto, ſubjiciatur. Præbet & hic Index tum inſignes uſus alios, tum cumprimis promtæ & expeditæ inveſtigationis ſubſidium. Non ſemper meditando & diſcurrendo licet ordinem Logicum, & ſυνάφειαν materiarum ſive Naturalem, ſive Methodicam inveſtigare, in arena ſæpe capiendum conſilium, præſertim ubi in mora periculum. Hujusmodi verò Indicis beneficio omnis facilè tollitur mora, & protinus, qui ad eandem pertinent materiam, Authores ſunt ad manus. *Strictior* non integros tantùm tractatus, ſed ſingulas tractatuum partes ad certum revocat ordinem. Ita e. g. ad Latioris Indicis præſcriptum, Petri Martyris *Locos Communes* refero in Lit. L. ad Titulum, *Loci Communes* &c. Hic verò ſtrictior index ipſos Authoris Locos *de Deo*, *Scriptura*, *Decretis*, *Creatione* &c. ſigillatim enarrat, & unam quamque materiam vel obiter tractatam ad hanc ſeriem Alphabeticam refert. Tale opus optandum potiùs, quàm ſperandum eſt. A Bibliotheca enim ditiori hæc opera fuſiſsima quippe, & ampliſsima, expectari vix poteſt; *contractior* verò non ſufficit. Exiſtimo tamen, indicem ejusmodi judiciosè collectum, & Methodicè diſpoſitum, procul dubio, magnum refuſurum operæ pretium, & illorum cumprimis, qui per obſtantem rem anguſtam domi, ſupellectilem librariam augere non poſſunt deſiderio potiſsimùm ſatisfacturum. Neque enim omnibus uberior materiarum deductio vel neceſſaria, vel grata eſt. Sufficit interdum in promtu habere Authorum mentem, tribus verbis, quod Indices ejusmodi præſtant, expreſſam. *Perſonalis* denique non nomina ſimpliciter ſcriptorum, eorúmque opera, ordine Alphabetico ponit; ſed & breviter Authorum *Patriam*, *Nativitatem*, *Profeſsionem* & *obitum* indicat; & tum demum tractatus eorum vel abſolutè, vel cum Epitheto, aut epimetro judicij, anno Editionis ſubnexo, indicat. Vt de utilitate hujus Indicis multa addam, non eſt neceſſe. Satis eſt, eruditorum judicio conſtare: Perſonalem hunc indicem & contractam eſſe Authorum *Proſopographiam*, & *Hiſtoriam Eccleſiaſtico-Scholaſticam* compendioſam, *Criticam* denique neceſſariam. 4 Grammaticus.

Agmen in abſolutis Indicibus claudit, *Topographicus*, quo, ſecundùm orbis climata, authores exhibentur, ſicque Bibliothecæ Nationales, *ὡς ἐν τύπῳ*, proponuntur. Hac Methodo conjunguntur Germani, Galli, Angli, Hiſpani &c. Et primo ſtatim patet intuitu, quæ cujusque nationis in re literaria 5. Topographicus

Syncriticus Catalogus quis.

ſit gloria. Hæc mihi Indicum *Abſolutorum* ratio videtur expeditiſsima: *Syncriticus*, ſive *Comparativus*, ipſam inter ſe confert unius Bibliothecæ mercem, ſive pretio ſuo, ſive æſtimatione aliorum, non verò uſu & argumento diſtinctam. Sunt enim qui MMSS. vel aliquo antiquitatis Schemate veſtita magnifaciunt. Alij ejuſdem authoris diverſas editiones flagellant. Alij unum alterumve nummum in pretio habent. Extat authoris pridem diſtracti vel unicum exemplar, quod multis alijs antefertur. Documenta domeſtica multi amant &c. Hæc omnia ubi diligenter fuerint obſervata, accuratóque indice diſtincta, magnum Bibliothecæ pretium addunt, ſive retineri illa poſsit, ſive venditione diſtrahi debeat.

Nactæ ſunt non publicæ tantùm; ſed & privatæ quædam Bibliothecæ, eximios præcones, qui magna facundia librarias commendârunt tabernas. Hoc nomine de Civica noſtra præclarè meritus eſt magnus noſter amicus, Balthaſar Venator: de alijs alij. Egregia cumprimis extant epigrammata Valentis Acidalij in Matthæi VVolfij, Martini Braſchij in Pappi, & Iohannis Poſthij in Fichardi Bibliothecas.

Valentis Acidalij ita habet, in delitijs Poet. German. pag. 115.

Itala quos tellus, quos mittit Iberia libros,
Quos dat Belgiaci nobilis ora ſoli;
Gallia quos edit, vel quos Germania, vel quos
Ultimo vix noto terra ſub axe parit;
Tempora vel quotquot nobis antiqua tulerunt,
Tempora vel quotquot nunc quoque noſtra ferunt;
Heic licet uno omnes oculo perſtringere, & uno
Congeſtos toto ex orbe videre loco.
Plena vides denſo ſtipatis ordine libris
Omnia, & ad numerum non revocare potes.
At quos nec numerus certa ſub lege coercet,
Tectáque vix ſpatio liberiore tenent:
Unicus ingenio & canis venerabilis annis
Wolfius, hoc memori mente, animóque tenet.

Martini Braſchij verò Ibid. pag. 782.

Hic pluteos cerno, nec Franca, nec Itala tellus
Certet eis, cedat Sequana, cedat Arar.
Et quæ compoſuit victoris dextera Syllæ,
Et Ptolomeæa pulpita facta manu.
Admirérne magis nitidum ſplendoris honorem,
Singula tam illâ quo ſine labe micant?

An

An mage, me dives trahat & diverſa ſupellex,
Milliáque è variis ſcripta petita locis?
An digeſta ſuis cognata volumina metis,
Ordine nec nullo ceu rude jacta chaos?
Felix Pappe quidem tali elitare taberna,
Sed magis, unguiculis cuncta quod illa tenes.

Iohannis Poſthij, Ibid. p. 259.

Scriptorum monumenta animo celeberrima volvens
Sumptibus haud modicis empta, Fícharde, tibi;
Et numerum ingentem miror tamque ordine pulcro
Diſpoſita, & titulis cuncta notata ſuis.
Huc redeant ſacri, cœleſtia pectora, Vates,
Qui cecinere almi juſſa verenda Dei:
Huc redeant Arabes, Græci, veteréſque Latini,
Qui medicæ æternum nomen ab arte tenent:
Sacrarum redeant legum Iuriſque periti,
Rhetores, & famæ nobilis Hiſtorici:
Antiqui redeant, genus immortale, Poetæ,
Roma ſuperba tui, Græcia docta tui:
Denique Phæbe pater Muſis comitantibus adſis,
Sanctáque Muſarum numina quisquis amas:
Omnes ingeniis hîc convenientia veſtris,
Librorum & raras ievenietis opes.
Salvete illuſtres, animæ, æternúmque valete
Tam precioſa quibus ſcribere cura fuit.
Dii faveant noſtris & dent bona fata libellis,
Ut legar hoc olim Poſthius in numero.
Táque adeò longùm, vir laudatiſsime, ſalve,
Creſcat ut hæc ſtudio Bibliotheca tuo.

Ita quidem *poeſis* hinc inde fecit officium, quæ ut *famam* & nomen Conciliare poteſt Bibliothecæ, ita & alios ad *uſum* earum copioſiorem monſtrandum provocare debet. Efficacior autem, certior & plenior *ἔνδειξις* non datur, quàm quæ Catalogis ſuprà à nobis expreſsis oſtenſa eſt. Exemplis heic agerem, *κατὰ μέρος* ſingulorum Indicum, niſi *ſpecialior* præmittenda eſſet tractatio. Quanquam & illa non *chronologicum* tantùm temporum, ſed & *Logicum* argumentorum ſit traditura Indicem, & talem quidem, qui ad cujusvis Bibliothecæ uſum poteſt revocari, ut alibi commodius monebimus.

BIBLIOTHECAE THEOLOGICÆ,

Libri I. *de Theologia Biblica.*

CAP. I.

De Bibliorum Exemplaribus Authenticis, Hebræis Vet. & Græcis, Novi Teſtamenti, tam MMSS. quàm impreſſis

Argumentum.

1. In Bibliothecis Europæis rari ſunt Codd. V. T. MMSS. In Oriente fortè plures. 2. Impreſſa exemplaria quam lectionem ſequantur. 3. inde à duobus penè ſeculis multa, quorum. 4. alia *uſui* quotidiano, alia *ornatui*, alia Bibliothecarum *complementis* inſerviunt. 5. Fragmenta Bibliorum Hebraicorum varia. 6. Pentateuchus *Samaritanus* ſuperioribus ſeculis in Europa penè ignotus, nunc in Bibliothecis obvius eſt. 7. Codices N. T. Mſc. varii, undè & ex quibus fontibus noſtræ deductæ ſint Editiones. Cautela in examinandis Codicibus illis adhibenda.

De Codd Heb. Mſſ.

QVo olim loco literæ Hebraicæ ſint habitæ, id verò prolixè alibi à nobis occupatum eſt. Vnde mirari non ſubit, librum cujuscunque facultatis Hebraicum; rarum in terris noſtris fuiſſe avem: Bibliorum certè Codices in Europa MMſſ. ἀνεξήγητα erant, & κειμήλια in Regum, Principum, Ordinum &c. Bibliothecis depoſita. Quod *Ferrariæ* alii, alii *in Burgundia* Eſræ autographum oſtenderunt, illud νοθείας pridem poſtulatum eſt. Sed & *Durlicenſem* Codicem alterum (alter enim Epochæ indicia nulla habet) ultra Aben Eſræ, adeóque ſecul. XII. tempora extendi non poſſe, ex calce patet. *Archipalatinum* olim, Iudæorum judicio, fuit antiquiſſimus, nihil tamen de ſcriptionis tempore à quoquam definitum: Qui in Bibliothecis, *Regia*, *Domus Oratorii* Pariſienſis

Piciſenſis, oſtenduntur decem Codices Mſc, vel ἀνεπίγραφοι ſunt, vel anno 1208. aut 1300 terminantur. In *Synagogis Iudaicis* obvia Legis Moſaicæ MMſſ. Exemplaria videas, quæ מגלות ἰδίᾳ διαλέκτῳ appellantur: Antiqua, procul dubio, nonnulla. Ejuſmodi & Bibliotheca noſtra Civica habet Exemplar, præter elegantiſsimum & nitidiſsimum integri Contextus Hebraici, in forma 8. exaratum & Pergameno inſcriptum; Codicem, qui tamen & ipſe, non usque adeò antiquus (Annum obſervavi 1495.) donum eſt Illuſt. *Ducis Robanæi.* In *Oriente* & plura, & antiquiora aſſervari exemplaria; & talia quidem, quæ *Thargumim* ſive translationes Chaldaicas habent interlineares (cujusmodi & Marchio Durlacenſis poſsidet, & Synagoga Francofurtenſis) admodùm exiſtimo veriſimile. Nomina celeberrimorum per Orientem exemplarium ſunt *Hillelianum*, *Sinaiticum*, *Hierichuntinum*, *Hieroſolymitanum*, *Ægyptiacum*; quæ, cujusmodi fuerint, alibi jam excuſsimus.

Unde nostri Codices impreſsi.

Ex quo verò primùm Codices noſtri ſint editi, nondum ſatis exploratè habeo perſpectum. Illud in genere notandum, duos potiſsimùm Criticos, *Ben Aſcher* & *Ben Naphthali*, Codices ſuos ea accuratione correxiſſe, ut *illius* authoritatem ſequerentur Occidentales, Palæſtini; *hujus* verò Orientales, ſeu Babylonii. Noſtræ Editiones, quod ſciam omnes, lectionem *Ben Aſcheris* admittunt. Neque enim harum regionum Iudæi aliis utuntur. Id quod *Kimchii*, *Eliæ Levitæ*, *Balmeſij* authoritate [a] probatum pridem eſt. Sed & author lib. [illegible] ad Geneſ. 1. v. 3. obſervat: *Solent omnes Iſraëlitæ in his regionibus ſequi lectionem Ben Aſcher, ac ſi filia vocis egreſſa eſſet & dixiſſet, ubi diſſenſio eſt inter Ben Aſcher, & Ben Naphtali, habeatur ratio lectionis Ben Aſcher.* Hanc etiam retinet Editio Legis *Conſtantinopolitana* in folio. Quando verò, & in quibus, duo illi differant Critici Hebræi, ex tabulis variatum lectionum manifeſtum eſt.

Ordo Editionum V. T. Hebraic. In Italia.

Ad *ordinem* nunc Editionum accedemus. Prima obſervatur prodiiſſe editio an. Chr. 1491. in folio, quarto & octavo, quæ emendatiſsima eſt, ſed rarò noſtris viſa. *Buxtorfius* monet, exemplar in 8. ejuſmodi apud Iudæos, ſemel tantùm ſe vidiſſe. Proximè *ſucceſsit* editio Piſaurenſis ann. Chr. 1494 in 8. quam nuper demum inſpicere mihi contigit. Aſſervatur enim in Bibliotheca noſtra Carolina; qua jam an. Chr. 1500. uſus erat literarum Hebraicarum in Helvetia feliciſsimus reſtaurator, *Conradus Pellicanus*, Theologus Baſileenſis primùm, poſtea Tigurinus, de qua ipſe ita in vita ſua: *Eodem anno* (1500) *providentia Dei contigit Bibliopolam Tubingenſem attuliſſe Biblia Hebraica integra, minimâ formâ impreſſa Piſauri in Italia, quæ nemo curabat. Ego audiens, rogavi virum ſineret me opus aliquot*

[a] Buxtorf. de Antiq. Punct. P. 1. pag. 264.

quot diebus inſpicere, dedit, dicens floreno cum dimidio poſſe emi. Audiens tam parvo ære comparari poſſe, exultavi, adii meum Gardianum Paulum, orans pro me fidejubere. Conſenſit. Craſi divitias me aſſecutum gaudebam. Statim Spiram ad avunculum ſcribo, orans, ut duorum florenorum munere vel eleemoſyna me proſequeretur, quibus pro libris comparandis pauper egerem. Statim annuens miſit ea conditione, ne me emacem ad alienam crumenam exhiberem. Induſtriam hanc imitati mox fuerunt Typographi *Veneti*, qui quatuor brevi tempore dederunt Editiones. *Prima* inchoata an. Chr. 1515. (in quem etiam *Complutenſis* initium incidit, de qua tamen rectiùs inter Polyglotta) prodiit, an. Chr. 1518. Typis *Danielis Bombergi*, curâ verò & induſtria *Felicis Pratenſis*. In *folio* excuſa eſt editio, cum Targum & Commentariis & *quarto*, in Bibliothecis publicis & privatis obvia. *Secunda* an. Chr. 1523. incepta, abſoluta verò 1518. cui perficiendæ, varióque apparatu inſtruendæ, *Bombergius* præfecit R. *Ben Chajim*, magnâ pecuniæ ſummâ conductum. Et hæc in folio eſt; quam prolixè commendavit *Elias Levita*: *Tertia*, eadem eſt cum ſecunda, edita 1618. ſed multò correctior, neque tamen ita correcta, ut nullam amplius admitteret manum medicam, obſervante Cl. *Buxtorfio*. Præf. in Biblia Baſil. *Quartam* dedit annus 25. ſuperioris ſeculi. Elegans eſt & nitida hæc editio, cujus exemplar habeo, quod anno jam 1526. uſibus magni Bullingeri

2. In Germania. noſtri inſervierat. *Germania*, mox Italiæ æmula, integrum etiam Codicem vulgavit; *Baſileæ* primùm per Sebaſtianum Munſterum 1534. Hebraico Latinum; poſtea ſæpe, diverſis formis, & in quarta quidem 1536. *Frobenii* ſecuta eſt editio; Magna illa Biblia *Buxtorfiana* ex intervallo ſucceſſerunt 1618. Typis Regiis: quæ, præter Criſin Maſorethicam, pleroſque Commentatores Judæorum Biblicos, paraphraſin etiam exhibet longè emendatiorem, quàm unquam antea fuit viſa: ſed & *VValdKirchianis* typis editionem ferimus acceptam portatilem, & quotidianis deſtinatam uſibus, ut & *Hannovienſibus*; & nuperam, operâ ſtudio & ſumptibus Ioh: *Georgij Niſſelij* Lugduni Batavorum 1662. ela-

3. Gallia. boratam. In *Gallia* de hoc præclarè meritus eſt ſtudio *Robertus Stephanus*, qui per partes primùm elegantem illam in 4. Editionem procudit, ſed longa demum annorum ſerie abſolvit. Primæ partes prodierunt annis 1541. 42. 43. 44. Quinque Megilloth demum 1555. quæ ſecundâ prodiiſſe videntur curâ. Prima enim quinque libellorum Editio incidit in annum 1540. cum privilegio Regio, cujuſmodi exemplar & ego habeo, cum translatione & Notis D. *Cevalerii*, à Ioh. Friſio, Theologo poſtea Tigurino, an. Chr. 1563. exceptis. Tertia ejuſdem, ſubſequuta eſt an. Chr. 1559. quam, cum verſione, affecta tamen, D. *Gualtheri* Mſc. poſſideo. Sunt ergò diverſæ Stephani editiones, eæque vel *ſola*, vel *cum verſionibus*. Ex *illis* aliæ ſunt in *quarto*, cujuſmodi Spiræ mihi videre

dere contigit, aliæ in *duodecima*, quales hinc inde in Bibliothecis latent. Ex iis verò, prior in amplo quarto, tribus voluminibus; poſterior 1586. ex officina Sant Andreana, totidem voluminibus, in folio, Hebraica, Græca & Latina, ex gemina verſione, Linguis. Præceſsit tamen an. 1539. Editio *διαδικαστεό-φητος*, operâ Franciſci Vatabli.

4. Belgio.

In *Belgio* initium fecerunt Chriſtiani, & *Antverpiæ* quidem Chriſtophorus *Plantinus*, cujus aliquot extant Editiones in *folio*, *quarto*, *octavo*; elegantes omnes, & ſatis correctæ: etiam cum verſione interlineari diverſis formis. Secuti poſtea demum fuerunt Iudæi, *ἐργοδιώκτῃ Menaſſe*, *ben Iſrael*, cujus auſpiciis duplici forma prodierunt Biblia in quarto, cui ſpecioſam diligentiæ hederam ſuſpendit editor; & octavo, quæ compendii plus habet in quotidiano uſu, quàm accurationis, quod ipſum Editorem aliquando coràm monui.

Diſcrimen Editionum reſpectu uſus.

Ex his Bibliis Editiones alias putamus, tanquam *ζώνης καὶ περιφορή-τους quotidianis* deſtinari poſſe *uſibus*, ut ſunt recentiores *Baſileenſis* VValdkirchii, *Hannovienſis*, *Amſtelodamenſis* Menaſſe ben Iſrael, & nupera Niſſeliana: *Genevenſes* editiones variæ. Alias Bibliothecarum potiùs cenſemus *ornamenta*. Neque enim qui *Bombergi*, *Plantini*, *Stephani* elegantiſsima exemplaria quotidiana terunt, brevique conterunt manu, rectè faciunt. *Κειμήλια* ſunt, quæ ut diu Bibliothecam ornent, mundè tractari, parcéque contrectari debent. Hoc certè ſi antehac fuiſſet obſervatum, tot exemplarium pretioſiſsimorum, ad quæ, varia oborta lectione, non rarò recurrendum, jacturam non feciſſemus. Aliæ, ſunt neceſſaria Miniſtrorum verbi *ſubſidia*, illæ videlicet, quæ verſione vel collaterali, qualis *Munſteri* eſt, vel Interlineari, Pagnini, ſunt veſtitæ. *Hæc* tantò magis commendata eſſe debet, quantò religioſiùs verbis textûs inhæret, quantóque parabilis magis eſt. Novam enim, eàmque elegantem Editionem Hebræo-Latinam nobis dedit & *Lipſia*, & *VValtonianum* opus Londinenſe. Sunt denique exemplaria, quæ Bibliothecæ conſtituere poſſunt abſolutum penè *complementum*, cujusmodi cenſeo Biblia *Veneta* majora, cum Maſora, Thargum & Comentariis, quæ tamen multò exhibuit abſolutiora duobus Tomis Baſileæ *Iohannes Buxtorfius*, quod ſolum opus multorum loco eſſe poterit Commentatorum, ſeparatim excuſorum.

Fragmenta V. T.

Fragmenta quin etiam Contextus ſacri plura & à Iudæis, & à Chriſtianis elaborata inde à multis annis vidimus. *Bombergus* an. M.303. i. e. 1543. excudit *chummaſch* ſive Pentateuchum Hebraico Chaldaicum, cum 5. Megilloth Hebraicis, & Haphtaris. Poſtea an. Chr. 1590. & 1591. Iohannes de Gara ibidem edidit Pentateuchum cum triplici Targum *Onkeli*, *Ionathanis* & *Hieroſolymitano*, Commentariis Iarchii, notis quibusdam Maſorethicis & ſymbolicis. Accedunt quinque libelli cum Targum & Iarchio; Liber *Toledoth Aharon*, ſive Index locorum Pentateuchi & V. Libellorum omnium, quæ in Talmud, Zohar,

Akida, Ikkarim citantur, aſsignato librorum capite, folio & columna. Quæ certè poſterior appendix librum non mediocriter commendat. Chriſtianorum ſtudiis Scholaſticis, toties repetita Pſalterii Editio, videtur potiſsimum deſtinata, qualem *Baſilea* non ita pridem dedit cum verſione Pagnini; *Franekeræ* cum nova translatione Cocceji. Quanquam fortè primis ἑβραϊζόντων tyrociniis; libri Hiſtorici commodiùs traderentur. *Rabbinica* ſtudia juvare pridem voluit *Mercerus* Editione Δωδεκαπροφήτου cum Thargum & Rabbinorum Commentariis: quorum in Collegiis privatis uſus eſſe poteſt commodiſsimus. Sed & ſeparatim, præter *Vatabli* exemplar, de anno 1539. antehac prodierunt *duodecim Prophetæ* Minores cum Præfatione *Chytræi*, *Threni* Hieremiæ & Ionas, cum verſione *Munſteri* & *Hieronymi*. Elaus *Terſerus* Geneſin, ſpecimen Novæ verſionis, paucis ab hinc annis nobis ſubmiſit.

Samaritanorum Pentateuchus. *Samaritani* Legem tantùm *Moſis* admittunt. Ab Hebræo Pentateucho charactere potiſsimùm differunt: rariùs, notoriè tamen, verbis & ſententiis. Inde ab *Hieronymi* ætate ad Reformationis tempora obſcurum ferè Samaritanorum fuit nomen. Pentateuchum certè videre paucis contigit. Primus, quod ſciam, de eo in Europam accerſendo ſolicitus fuit *Scaliger*, qui eo nomine ad *Eleazarum* Samaritanorum ſacerdotem ſcripſit. Voto tamen potiri non potuit. *Peireſcius*, Senator Aquiſextienſis, primam rariſsimo obtinendo ſcripto impendit operam: ſed ſucceſſu à Petro Valleo, Patritio Romano, & *Achille Harvæo*, Legato primùm Conſtantinopolitano, poſtea *Epiſcopo* Maclovienſi, præventus, tertio demum loco ſecutus, Codices aliquot obtinuit Samaritanos. Quanquam & hîc palmam mereri videantur noſtrates. *Primus*, vel *inter primos*, qui Samaritanum Pentateuchum in Europam intulerunt, erat Illuſtriſſ. *Armachanus*; cum quo tamen paria feciſſe exiſtimo celeberrimum *Golium* noſtrum, qui & ipſe, Mercatoris Veneti opera, exemplar acquiſivit elegans, omnibúsque καλλιγραφίας numeris abſolutiſsimum. Quod quidem totum cum contextu Hebraico ego contuli, variasque lectiones tum ſeparatim excerpſi majores: tum minores ad marginem exemplaris Hannovienſis annotavi. De his Codicibus alibi à nobis prolixiùs eſt actum, ut & de eorum authoritate, quàm ὑπὲρ τὸ δέον καὶ ἴσον extendere quidam voluerunt. Ex his Codicibus MMſc. Editionem habemus Pariſienſem, cui, ratione temporis, primæ omnino debentur, & *Londinenſem*, quæ uſu magis commendata eſſe poteſt, de quibus ſequenti Capite ex profeſſo. Satis heic eſt indicaſſe, quando, & qua occaſione Bibliothecis etiam noſtris noti eſſe cœperint Samaritanorum Pentateuchi, de quibus tam altum ſuperioribus ſeculis erat ſilentium.

Novi Teſtamenti Codices. Ad *Novi* ergò *Teſtamenti* Codices accedimus Græcos. Manu ſcriptorum hîc magna ſe offert copia. Qui notiorum habent rationem Codicum N. T. oſtendunt *Rhodienſem*, *Vaticanum*, *Conſtantienſem*, *Britannicum*, *Aldinum*, *Hiſpanicum*

ſeus &c. Qui verò hic ἀκριβολογοῦσιν apparatum longè auctiorem promunt. Solus VValton in opere πολυγλώττῳ variarum lectionum συλλογὴν collegit locupletiſsimam, ex Codicibus MMſc. quorum alii ſunt,

א. *Hiſpanici*, a. Codices illi vetuſtiſsimi, ex quibus adornata fuit Editio N. T. Complutenſis, de quibus poſtea. b. Sedecim exemplaria, quorum octo erant ex Bibliotheca Regis Laurentiana: unde Marchio Veleſius, Petrus Faxardus Hiſp. lectiones varias IV. Evangeliorum collegit. ב. *Gallici* & Genevenſes a. Evangelia & Acta Græco-Lat. vetuſtiſsimum exemplar, quod Academiæ Cantabrigienſi Beza donavit. b. Epiſtolæ Pauli Græco Lat. antiquiſsimum Fratrum Puteanorum. Hunc Codicem Beza Claromontanum ſuum vocat: alterámque exiſtimat partem Codicis ſuis vetuſtiſsimi. Verſio Latina à Vulgata ſæpe differt, unde probabile eſt, eſſe verſionem illam antiquam, qua utebatur Eccleſia Latina ante Hieronymi emendationem. c. Septem Codd. quibus ex Bibliotheca Regia uſus fuit Robertus Stephanus. d. Quinque Codd. alii, quos idem aliunde corrogavit. ג. *Italici*. Inter Codd. MMſc. Stephani vetuſtiſsimum ex Italia erat exemplar. ד. *Anglici*, iique plurimi, a. Quatuor Evangelia MMſc. in Collegio Gonvilli & Caii in Academia Cantabrigienſi, quondam Communitatis Fratrum Minorum Oxoniæ. Nullam habent annotationem κεφαλαίων, Lectionum aut στίχων. b. Epiſtolæ S. Pauli Græcè in Collegio Emmanuelis Cantabrig. liber (teſte D. Iameſio in Catalogo librorum MSS. utriuſque Academiæ) præſtans ob antiquitatem, minutis characteribus deſcriptus. c. Evangelia MSS. Henrici Googe, S. T. D. & Collegii S. Trinitatis apud Cantabrig. nuper Socii. Habet hic liber diſtinctionem ordinariorum κεφαλαίων (ſed non quæ Euſebianis Canonibus ſunt accommodata) & lectionum Eccleſiaſticarum, cum præfixo Menologio. Liber ex Oriente aduectus eſt. d. Novum Teſtamentum quod olim fuit fratris Froy Franciſcani, poſtea Thomæ Clementis, deinde Guilielmi Clerk, & nuper Thomæ Monfortii, S. T. D. Cantabrig. in Evangeliis habet utraque κεφάλαια tum ordinaria, tum Euſebiana, cum στίχων numero. e. Quatuor Evangelia, Acta & Epiſtolæ, [illegible] exemplar in Collegio Lincolnienſi Oxoniæ. f. Novum Teſtamentum integrum, excepta Apocalypſi, in Coll. Magd. Oxon. g. Epiſtolæ ad Romanos & Corinthios, cum Oecumenio, in Magd. Coll. Oxon. h. Quatuor Evangelia, Acta & Epiſtolæ S. Pauli cum Scholiaſte, in Novo Collegio Oxon. i. Acta, & ſeptem Epiſtolæ Canonicæ, cum alio Scholiaſte Græc. MSS. in Novo Collegio Oxon. k. Quatuor Evangelia MSS. in Bibliotheca Bodleiana. l. Evangelium S. Iohannis (quod Ioh. Trithemii aliquando fuit) in Bibliotheca Bodleiana. Ex quibus omnibus magno ſtudio & labore varias lectiones collectas Apparatui Londinens. Oper. inſeruit VValtonus: Titulo Variantes lectiones Græcæ N. T. ה. Helvetici, a. Baſileenſis quatuor Evan-

geliorum, & ipſe antiquiſsimus, uncialibus ſcriptus literis Codex. Ita *Ioh. de la Cerda*, Adverſar. ſac. c. 91. Catalogum exhibet variarum lectionum, ex exemplari, quas manu propria adnotarat Illuſtriſsimus Marchio Veleſius, Petrus Faxardus de quo ſupra. Sed & Monaſterium *Augiæ majoris* Codicem habuit (an *Conſtantienſis* ille ſit, de quo antea, neſcio) tempore Concilii Baſileenſis M. *Georgio Schörlein de Schorndorf*, Decret. D. mutuo datum, qui Epiſtolas exhibet Paulinas Græco-Latinas omnes, unâ exceptâ, ad Hebræos, quæ Latina tantùm eſt. Antiquitatis, mediæ ſaltem, non obſcura oſtendit indicia: uncialibus ſcriptus eſt literis. Nullæ accentuum, ſpirituum, apoſtrophorum apparent notæ. Singulæ voces ſingulis punctis diſtinguuntur. Capitum verò diviſio nulla eſt expreſſa. Omnia antiquitatis deprehenderem veſtigia, niſi Orthographia ad mediæ ætatis Græcos apertè nimis accederet.

Vnde Codd. noſtri prodierint.

Videamus tandem, quorum quique Codicum authoritate freti, vel Editiones nobis N. T. dederint primas impreſſas, vel in illud conſcripſerint notas. *Laurentius Valla*, primus, ni fallor, fuit, qui de Codicibus Græcis ſolicitus eſſe cæpit. Iam an. Ch. 1505. ejus publici juris factæ ſunt annotationes in N. T. ex collatione Græcorum Codicum. Eum ſecutus fuit *Eraſmus* Roterodamus, cujus ſtudio, typis Frobenianis, verſio Latina, cum textu Græco an. Ch. 1516. lucem aſpexit. De utraque ipſe Eraſmus Apol. ad N. T. *Laurentius Valla ſeptem bonæ fidei Codices ſe ſecutum fuiſſe teſtatur. Nos in prima recognitione quatuor Græcis adjuti ſumus, in poſteriore quinque. Complutenſis* ſuccedit Editio, an. Chr. 1515. (quam & *Regia Antuerpienſis* Plantiniana retinuit) ex antiquiſsimis expreſſa exemplaribus, cui cum *Stephani* Editionibus, in pleriſque, amicabilis eſt conſenſus. Hanc excepit *Aldus Manutius*, qui an. Chr. 1517. Biblia Græca; & *VVolfius Cephalæus*, qui Argentorati N. T. ann. Chr. 1524. evulgavit. Lutetiæ poſtea ſecutus *Simon Colinæus* an. Chr. 1534. *Robertus Stephanus*, an. Chr. 1550. qui elegantem dedit Editionem. *Stephano* certè eximia diligentiæ laus debetur, qui magna cum cura exemplaria inter ſe contulit 16. de quibus ſuprà. *Beza* aliquot ſubminiſtrat Editiones N. T. & textum quidem non modò cum variis 17. Græcorum Codicum, à *Roberto Stephano* citatorum, lectionibus rurſus contulit, ſed cum Syra etiam & Arabica verſione. *Multa præterea* (ut loquitur ipſe) *in quatuor Evangeliſtis, & Actis Apoſtolicis ex Mſc. Græco Latino ex Irenæi Cœnobio Lugdunenſi emto, tantæ vetuſtatis Codice, ut ipſius penè Irenæi tempore extitiſſe videri poſsit. In Pauli Epiſtolis ex alio paris vetuſtatis exemplari in Claremontano apud Bellovacos Cœnobio reperto, plurima non parvi momenti obſervavit.* Satisfecit *Stephani* & *Bezæ* induſtria Eccleſiis Reformatis hactenus omnibus. Quotquot enim, vel in

in *Belgio*, vel *Germania*, vel *Gallia* N. T. novas procurarunt editiones, magnorum illorum virorum Codices religioſè ſunt ſecuti. *Caſaubonus* etiam & *Heinſius*; quorum tamen in Criſi & antiquitatis ſtudiis magnum eſt nomen, in illis acquieverunt. Nihil enim ferè acceſsit recentiſsimis Belgii, Germaniæ vel Galliæ Editionibus, quàm πίναξ περιέχων τὰς ἐκ τῆς παλαιᾶς διαθήκης παραλειφθείσας εἰς τὴν καινὴν μαρτυρίας; & veterum diſtinctio, ab hac noſtra aliena. Celeb. *Boëclerus* in Edit. ſua de anno 1660. antiquiſsimarum quidem meminit membranarum, quæ Acta continent Apoſtolica, Epiſtolam Iacobi, Petri utramque, Iohannis tres, Epiſtolam Iudæ, Paulinas poſtea 14. addito memorabili prologo, quo Hiſtoria Pauli, & Epiſtolarum Paulinarum argumentum comprehenditur, ex Mſc. antiquiſsimo eruto: ſed non obſervantur diverſæ ex eo aliæ lectiones. *VValtoniana* Editio textui ordinario & recepto, variantes lectiones *Codicis Anglicani*, qui Teclæ Virgini, ϛυγχρόνῳ Concilii Niceni I. tribuebatur, ſubjecit. Quid *Curcellæus* de ſua Editione polliceatur, ex præfatione ejus patet. *Primùm*, inquit, *in manus ſumſi Græcam Bibliorum impreſsionem, quæ Francofurti apud Andreæ VVecheli hæredes an. 1597, operâ, ut dicitur, Franciſci Junij, doctiſsimi Viri prodiit, & ex ea omnes N. T. adjunctas variantes lectiones deſcripſi. De quibus ſic loquitur Præfatio: Ad Novum Teſtamentum quod attinet, exemplar Roberti Stephani, Typographi Regii, Patris & Filii, ſecuti ſumus, atque varias lectiones, quæ non tantùm in eo exemplari ex Codicibus regiis collectæ continebantur, ſed & in Complutenſi, ac in aliis editionibus, & quorundam annotationibus, reperiri potuerunt, adjici curavimus. Et ubi aliquis locus mendi ſuſpectus mihi fuit, eum cum Stephani editione contuli, atque inde correxi. Deinde iſtis inſerui varias lectiones excerptas ex antiquo admodum Epiſtolarum Pauli Codice Mſc. quo olim Beza in ſuis annotationibus concinnandis eſt uſus; nempe quem Claromontanum appellat, qui poſtea in Cll. Puteanorum fratrum manus devenit. Item ex alio locupletiſsima Illuſtris Thuani Bibliothecæ Codice Mſc. in toto, ſi Matthæum exemeris, N. Teſtamento. Quæ duo collectanea fuerunt mihi ſuppeditata à doctiſsimo ſimul & humaniſsimo Michaële Falcario, qui nunc ἐν ἁγίοις. Addidi poſtea alias ad Evangelia pertinentes ex Mſc. Conſtantinopolitano pluſquàm octingentorum annorum, qui eſt in Bibliotheca Cardinalis Mazarini, nec non ex alio Mſc. adhuc*

vetuſtiore. Præter quas nonnulla adhuc occurrunt, quas ex veteribus mea qualiscunque Bibliotheca libris collegi. Et hæ omnes ſimul in margine inferiori noſtra Editionis continentur, qua ad præcedentes Elzevirianas expreſſa fuit, nulla prorſus in textu facta mutatione. Meminit, alias poſtea ſibi ſubminiſtratas varias lectiones ex Frobeniana, Hiſpanica editionibus, Notis Caſauboni in Evangelia, & iis quæ Apocalypſi in Hervagiano exemplari anno 1545. adjunctæ fuerint. Intermiſcuiſſe nonnullas Henrici Stephani aliorúmq; emendationes ex conjectura. Obtinuiſſe inſuper variarum lectionum Catalogum tum ex Codice quatuor Evangeliorum Cantabrigienſi, qui Bezæ fuit, tum ex Theclæ Bibliis Græcis collectum cura Patritii Iunii, Cantabrigienſis Bibliothecæ Præfecti, quæ alii Editioni reſervarit. Ita de ſua Editione Curcellæus, quæ etiam, quod ſciam, poſtrema eſt.

Hæc ergò ſunt, quæ quidem hucusque in Editionibus fontium, *Hebraicorum* & *Græcorum*, ſunt præſtita. Cenſura μεγάλη non eſt hujus loci. Hoc tantùm monemus, magnum requiri judicium in annotandis variis lectionibus, nec prudenter egiſſe *Curcellæum*, quòd promiſcuè ex promiſcuorum Codicum (nullo prævio examine, publici fuiſſent uſus an privati tantùm,) varias nobis N. T. dederit lectiones. Diligenter enim Codicum obſervandum eſt diſcrimen,

Diſcrimen Codicum variium.

1. Ratione *authoritatis*. Alii enim privati tantùm, in privatos conſcripti erant uſus; alii verò publico magis inſervientes, majus habebant pondus.

2. Ratione *religionis*. Alii enim ab Orthodoxis ſunt exarati, alii ab Heterodoxis. Hîc verò cautè agendum, ne ſpuriæ hæreticorum obtrudantur voces, & inter varias Eccleſiæ lectiones referantur, quæ Eccleſia non agnoſcit.

3. Ratione *amanuenſium*, qui diligentiæ & accurationis admittunt gradus. Certè, non eſt tutum, nos cujuslibet σφάλματα aut παροράματα [a] in variis oſtendere lectionibus. Quin etiam mallem, Codicum antiquiorum, & pluriũ conſenſu ſuffultam varietatem, non ad ipſum contextum (quod periculo carere non videtur) ſed ad calcem rejici. Imprudenter omnino fecit *Curcellæus*, quòd omnes, ſine diſcrimine, ex omnibus collectas Codicibus differentias ipſi textui ſubjecit. Ita enim, præter neceſſitatem, numerus variarum lectionum, quæ, niſi in antiquis, probatis, & receptis occurrant exemplaribus, ne quidem in cenſum venire debent; augetur, & ipſorum inter ſe exemplarium authoritas & fides confunditur. Patrum cumprimis liberas, fontium Græcorum integritati fraudi eſſe non debet. Cùm enim, Scripturæ loca aliquando aliter illi citant, quàm Codices habent noſtri; non ex diſſenſu illud oritur Codicum, ſed vel è memoriæ uſu & lapſu, vel è Commentariorum penu, vel ex opinione ſua

[a] Vide Heins. Præfat. in N. T. & Croji obſervat. l. 1. c. 29.

ſua, & de ſuo, vel ex uſu Græcæ Linguæ, vel ex conſilio ac fine, quem ante oculos habent, nempe ut Scripturæ verba ad cauſam ſuam, aut ad eos, quibus cum agunt, poſſint accommodare, & vocibus aliunde petitis, ea quæ ſuſcipiunt, illuſtrare & exponere. Ex quo Patrum more nullas varias lectiones eſſe eliciendas, rectè obſervarunt eruditi. Sobria ergò in Editione N.T. ſit κρίσις, neque id ſtatim, ceu oraculum, cum ipſo miſceatur textu, publicis Eccleſiæ commodis deſtinato, quod vel deſidis, vel malitioſi, vel aliud agentis amanuenſis eſt peccatum.

CAP. II.

DE EDITIONIBUS POLYglottis.

1. *Diglotta* ſatis ſunt antiqua: Hebræo-Chaldaica. 2. Origenis *Hexapla* olim penè ſtupori erant. Labore tamen magis, quàm uſu commendata. 3. Biblia *Polyglotta* inter Reformationis prodromos referuntur. 4. *Ἀποσπασμάτια Auguſtini*, Nebienſis Epiſcopi. Complutenſe præcedit *ordine*. Regium Antuerpienſe *cura & elegantia*. Pariſienſe *textuum varietate* & externo ſplendore. Waltoniana Anglicana *perfectione*; quæ Bibliothecæ inſtar eſſe poterit. Mantiſſa de *Hutterianis*.

CUm Hebræi in captivitate Babylonica jacturam Linguæ feciſſent vernaculæ, Contextum V.T. ſacrum, ut intelligi ille poſſet, in linguam transvaſarunt Chaldaicam. Hinc exemplaria *Chaldæo-Hebræa*; quorum ſuprà jam meminimus. Atque hæc etiamnum inter Iudæos ſunt uſitata. An *Samaritanis* ante Chriſtum idem fuerit receptum, à paucis hactenus fuit obſervatum. Sed habuiſſe Samaritanos jam olim Legem, non Hebræa tantùm, ſed & Samaritica Lingua, probabile eſt, ex iis, quæ de origine verſionis Samariticæ alibi monuimus. Et ut Iudæi per orbem diſperſi univerſum, Imperio cumprimis Arabum & Perſarum collum ſubdere coacti, editiones procurarunt πολυγλώττους (anno quippe 1551. *chumaſch* ſive Pentateuchus cum Targum *Onkeli*, Verſione *Saadiæ* Arabica, & *Tuſi* Perſica jam prodiit Conſtantinopoli) ita & Samaritani

Orig. πολυγλώττων inter Iudæos & Samaritanos.

ritani Saracenis parere juſsi, ſuos etiam Codices πολυγλώττους eſſe voluerunt. Extant enim, ut ſuo diximus loco, Textus Samaritanorum *Hebrai*, *Chaldai* & *Arabici*. Illi & iſti toti ſunt impreſsi, horum fragmentum tantùm dedimus in Bibliotheca Orientali.

Inter Christianos. Hexapla &c. Origenis.

II. Primam inter *Christianos* glaciem fregit ὁ χαλκέντερος Origenes, cujus *Hexapla* & *Octapla* & antiquitati veneranda erant, & poſteritati propemodum miranda. Plus tamen illa laboris habebant, quàm vel ingenii vel uſûs. Diglottum enim tantùm erat vaſtiſsimæ molis opus, *Hebraicum* & *Græcum*: illud gemino charactere expreſſum, hoc ex LXX. virali, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, editione Hierichuntina & Nicopolitana collectum. Hos libros in Alexandrina Bibliotheca ſeorſim fuiſſe repoſitos, lib. de menſuris & ponderibus oſtendit *Epiphanius*. Hæc omnia, *Hieronymus*, miro labore inveniſſe Origenem; hæc immortale illud ingenium ſuo nobis labore donaſſe, ſcribit. Majorem iniit gratiam laborioſiſsimus ſcriptor; quòd, teſte eodem *Hieron.* & aliis, in Editione LXX. virali Theodotionis Editionem ita miſcuit, *ut aſteriſcis deſignârit, quæ minus fuerant, virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita.* Irritavit hoc exemplum poſteriorem etiam ætatem, Virum comprimis de re literaria præclarè meritum, *Franciſcum Ximenium*, Epiſcopum

Ximenii.

& Cardinalem, qui primus inter Chriſtianos fuit auſus opus tentare πολύγλωττον. Susceptum enim eſt Compluti an. Chr. 1515. opus inſigne, quod & *Complutenſe* appellatur; ſex diſtinctum tomis, quibus V. T. libri diverſis Linguis tum primùm erant impreſsi. Textum exhibet *Hebraicum*, *Chaldaicum*, *Græcum* & *Latinum*. *Ille* unde deſumtus ſit, in præfatione quidem non indicatur; monet tamen Editor, *accentuum apices à ſe omiſſos, quòd ad ſignificatum vel accentuationem nihil faciant, uno ſaltem & altero, quibus, vel voces conſtituebant paroxytonas, vel commatum, colorum & punctorum notas oſtendebant, relictis. Quod ad Græcam ſcripturam attinet* (inquit Cardinalis) *illud Te non latere volumus, non vulgaria ſeu temerè oblata exemplaria fuiſſe huic noſtræ impreſſioni archetypa; ſed vetuſtiſſima ſimul & emendatiſſima, quæ S. D. N. Leo X. P. M. cæptis noſtris aſpirans ex ipſa Apoſtolica Bibliotheca ad nos miſit, tanta integritatis, ut niſi eis plena fides adhibeatur, nulli reliqui eſſe videantur, quibus merito ſit adhibenda. Quibus etiam adjunximus alia non pauca, quorum partem ex Beſſarionis caſtigatiſſimo Codice ſumma diligentia transſcriptam. Illuſtris*

ſtris Venetorum Senatus ad nos miſit: partem ipſi magnis laboribus & expenſis undique conquiſivimus, ut copia emendatorum Codicum aliunde ſupereſſet. Latina itidem B. Hieronymi translationem contulimus cum quamplurimis exemplaribus venerandæ vetuſtatis, ſed his maximè, quæ in publica Complut. noſtræ Univerſitatis Bibliotheca reconduntur, quæ ſupra octingenteſimum abhinc annum literis Gothicis conſcripta, ea ſunt ſinceritate, ut nec apicis lapſus poſſit in eis deprehendi. De Paraphraſi Chaldaica nihil monet, *niſi quòd eam alia Latina, ferè de verbo ad verbum à viris ejus Linguæ peritiſſimis elaboratam voluerit.* Verſionem non ubique contuli. Textus tamen Chaldaicus, & primitiva ad marginem poſita, Grammaticæ non ſatis commodè reſpondent. Nec mirum, cùm nullus eo tempore Chaldæam Linguam præceptis Grammaticis comprehendere fuerit auſus. Et ut mallent eruditi, doctiſsimo Epiſcopo comparationem incommodam non excidiſſe, qua monet *Præf.* ad Lect. *mediam ſe inter Hebræam & Græcam Editionem poſuiſſe Hieronymi Latinam, tanquam duos hinc & inde latrones, medium autem Jeſum*; ita & ſeq. præf. ad Lect. & præced. Dedicatione ad Leon. X. fontium integritati optimè conſuluit. *Accedit* (ita ad ipſum Pontific.) *quòd ubicunque Latinorum Codicum varietas eſt, aut depravatæ lectionis ſuſpicio (id quod librariorum imperitiâ ſimul & negligentiâ frequentiſſimè accidere videmus) ad primam Scripturæ originem recurrendum eſt, ſicut B. Hieronymus & Auguſtinus, ac cæteri Eccleſiaſtici tractatores admonent; ita ut librorum V. T. ſinceritas ex Hebraica veritate; Novi autem ex Græcis exemplaribus examinetur. Ut ipſa igitur Originalia in promtu haberet quicunq; divinarum literarum ſtudioſus, poſſetque nō ſolis rivulis eſſet contentus, ſed ex ipſo fonte ſalientis aquæ in vitam æternā ſitim pectoris extinguere; juſſimus archetypas S. ſc. Linguas impreſſioni mandari.* Opus certè ea ætate admirandum, quod majori exprimere voluit *Auguſtinus, Nebienſis Epiſcopus* apparatu, qui, ut ad Cardinalem *Berdinellum* ſcripſit, *utrinque Teſtamenti octapla dare conſtituerat.* Initium jam fecerat an. Chr. 1516. quo Genuenſis typographia Pſalterium dedit, in cujus ſingulis foliis prima columnella habet *Hebræam* editionem, ſecunda *Latinam* interpretationem, reſpondentem Hebrææ ad verbū, tertia *Latinam communem*, quarta *Græcam*, quinta *Arabicam* ſexta paraphraſim *Chaldaicam*, ſed literis Hebraicis conſcriptam: ſeptima *Latinam*, reſpondentem Chaldææ. Nebienſis octapla.

Digitized by Google

Vltima continet ſcholia. Ad eundem modum, univerſum vetus Teſtamentum ac novum paravit: ubi præter quintuplicem ordinem Hebrææ, Latinæ, Græcæ & Arabicæ linguæ, addidit etiam Chaldæam, figuris tamen Hebraicis, unàque ejus interpretationem cum columnella ſcholiorum. Teſtatur hoc *Auguſtinus* ipſe in epiſtola ad Bandinellum Cardinalem.

Reformationis Prodromi.

Sunt hæc opera πολύγλωττα non obſcuri reformationis prodromi, quo loco à magnis ſemper habebantur viris: unde & ſeriò à Reformatoribus conquiſita. *Zuinglius* Nebienſi uſus fuit Pſalterio; *Complutenſe* verò opus; Bibliothecarum publicarum ornamentum: Bullingerus cùm Bibliothecæ Carolinæ infereretur, ſua manu Codicem *inſignem* ſcripſit.

Antverpienſe Regium.

Regium (ita appellatum, quod Philippus *Rex* Hiſpaniarum ſumtus ſuppeditaret) ſucceſsit opus an. Chr. 1571: priori *Complutenſi* perfectius & illuſtrius. Nam & à typis *Plantinianis* multum ſplendoris, & ab *Ariæ Montani* exacta Linguarum & rerum Orientalium notitia, non parùm acceſsit authoritatis. V. T. Linguis prodiit *Hebraica*, *Chaldaica*, *Græca* & *Latina*; Novum *Syriaca*, Hebraicis & Syriacis literis excuſo, auctum Contextu, & egregio apparatu, in quo varia Lexica, Grammaticæ, cum tractatibus quibuſdam, variis lectionibus, Indicibus &c. Qua quidem opera magnam apud Eruditos Arias *Montanus* iniit gratiam, Societas tamen hanc ſibi gloriam ereptam fuiſſe, ægrè ferebat. Qua de re nata & nota *Montani* querela, ubique ferè obvia. Aliorum [a] tamen, etiam Pontificiorum, illa tulit punctum.

Polyglotta perfectiora.

Et quanquam nihil amplius felicitati eorum, qui ſacras Literas cum laude decoreque tractare vellent & ſucceſſu, deeſſe videretur: creſcente tamen paulatim literaturæ Orientalis deſiderio, apud Reges etiam, Principes, Politarchas, factum eſt, ut quod votis anteceſſores ſperare non poterant, ipſa, noſtrum foret, fruitione. Codices in Europam & Mercatorum liberalitate, & in Orientem ablegatorum ſtudioſorum opera *Hebraici*, *Chaldaici*, *Samaritani*, *Arabici*, *Syriaci*, *Armeniaci*, *Perſici* &c. invecti: unde eximium illud & æternitate dignum opus

Pariſienſe.

Pariſienſe, quod quidem; etſi ſuos, ut alibi obſervavimus, Interpretum potiſſimùm culpa, habeat nævos: primum tamen fuit in orbe, quod tot diſtinctis prodiret Linguis. Quibus gradibus Clerus Gallicanus illud *interpiato* perduxerat, ex judicio, primo Tomo præmiſſo, patet. *Retulerunt*, (ita habent verba judicij) *quibus negotii cura erat commiſſa, opus Biblicum jam ad Editionis Coronidem penè deductum, ejuſmodi eſſe ut nulla unquam ætas ſimile in eo genere, repererit: cùm non modò Origeniana Tetrapla, Hexapla, imò & Octapla omnium Eccleſiæ Patrum ore & ſcriptis decantatiſſima ſuperet, ſed & Complutenſia Cardinalis Ximenij.*

[a] Conſule Rivet, Iſag. Script. de utroque p. 174.

nij, & Antuerpienſia Regis Catholici, hactenus editorum, omnium conſenſu, operum Biblicorum præſtantiſſima, in immenſum quantum antecelleret. Quicquid Antuerpiæ à Plantino editum eſt, id ab Antonio Vitre, Regis & Cleri Gallicani Typographo, non minore ſtudio & vigilantia, ſed meliore & majore char[illegible] excuſum eſſe; præeuntibus iis excuſionis Inſpectoribus, & ectyporum emendatoribus, qui, Linguæ Hebrææ & Chaldææ Græcæ & Latinæ eruditione, & diuturna exercitatione Pariſiis cæteros antecellunt. Utriuſque Editionis Characterem eſſe eundem, ſed Pariſienſis characteres, Chaldaicum, Græcum, Latinum, Romanum, ſeſqui eſſe majores, & elegantiores quàm in Antuerpienſi. Retulerunt inſuper, præter iteratam tanto cum apparatu Antuerpienſem. Editionem, novum, & orbi Chriſtiano nondum cognitum Vet. Teſt. Textum, Syriacum, & Arabicum, cum totius Pentateuchi Samaritani Textu Hebræo, atque illius in Dialectum, Samaritanis vernaculam, Translatione, horúmque omnium Latinis verſionibus ad excuſionis finem vergere. & nativis unumquemque Textum Characteribus, non minore cum apparatu quàm ſuperiora conſpiciantur, evulgare. Gabrielem Sionitam, natione & ortû è Libano Maronitam, ab adoleſcentia Romæ in Maronitarum Collegio educatum, annis jam 22. Orientalium Linguarum Profeſſorem Regium; Pſalmorum præterea è Syriaco & Arabico, nec non veteris Geographi Arabici Translationibus apud viros doctos celebrem, Syriacum & Arabicum Textum ex antiquis Syrorum & Arabum Mſcis, quos è palæſtina allatos penes ſe habet, Latinitate donatos in lucem edere, & quod ipſis Syris, præſertim Arabibus admirationi ſit puncta vocalia omnia, Dictionum Syſtolas, Diaſtolas, Accentus, Literarum apiculos, cæteráſque Grammaticorum Arabum minutias univerſo Textui, ut Euphonicè legi poſſit, affigere, ipſúmque ectypa ſingula, ne irrepat error, luſtrare & emendare. Joannem quoque Morinum, Congregationis Oratorii Jeſu Chriſti Presbyterum, cujus multiplicem in eo literarum genere eruditionem teſtantur, Romana LXX. Interpretum Editio, multis in lectorum commodum adjectis, eo moderante Pariſiis re-

 cuſa.

euſa, diſſertatio huic Editioni de Hebræi, Græcique Textûs diſcrimine præmiſſa; Exercitationes Samaritanæ, libríque Maſoreth, Habberith, ſive Exercitationes Biblicæ, innumeris antiquorum & recentiorum Rabbinorum, nec non Talmudiſtarum, & Interpretum Chaldaicorum teſtimoniis condita; Pentateuchum Samaritanum, Latinè vertiſſe, illius editioni præfuiſſe, ſingula ectypa legiſſe, & correxiſſe, habuiſſe autem adminiculantes ſibi Codices ſex Mſcos Pentateuchi ſcilicet, Hebræo-Samaritani quatuor, Samaritanæ autem Dialecti duos: unum è Bibliotheca illuſtriſſimi & eruditiſſimi Achillis de Harlay de Sancy, Macloviensis Epic. omnium integerrimum, & elegantiſſimè ſcriptum: alterum à Petro de la Valle, Nobili Romano miſſum Româ: Cæteros ab Ampliſſimo Nicolao Claudio Fabri, Dno de Peireſt, Provinciæ Senatore, Viro antiquitatis ſacræ & profanæ ſtudioſiſſimo commodatos.

Retulerunt denique, ſe non modò magna illa volumina attentè conſideràſſe, & illuſtràſſe: verùm etiam de eorum utilitate, & cum vulgato Eccleſiæ Textu conſenſione, cum Gabriele Sionita, Joanne Morino, Hieronymo Parent., Doctore Sorbonico Veterano, Linguarum Orientalium cognitione percelebri, qui maxima cum diligentia, & indefeſſo labore Textus Syriacos, Arabicos, Samaritanos, & ſeorſum legit, & cum verſionibus ſuis, nec non cum vulgatis Eccleſiæ Textibus attentiſſimè comparavit: cúmque nonnullis aliis, qui idem multis in locis præſtiterant diligenter contuliſſe, quorum ſententias in hujus Operis approbationem, & laudem maximam conſpirantes nobis enarraverunt.

Quapropter his omnibus à nobis maturè conſideratis, & cum Rev. Collegis noſtris ſedulò examinatis, cenſemus multilinguem illam Bibliorum Editionem à C. V. D. Le Iay, ingenti cum laudis merito cœptam, & adornatam, Eccleſiæ Catholicæ utiliſſimam fore ad illuſtrandam & confirmandam vulgatam Eccleſiæ Translationem, ad eruendas novas & ſaluberrimas è Scripturæ penetralibus Interpretationes, ut olim poſt divulgatas in Origenis Hexaplis varias Translationes, id maximo cum fructu, & Catholicorum admiratione

ratione præſtiterunt Antiqui Patres, ad revincendas & confutandas plurimis in locis malignas Hæreticorum verſiones: ad Religionis Chriſtianæ adverſus Ethnicos, & Muhammedanos, ex tot populorum, etiam Judæorum, & Samaritanorum, Chriſtiano Nomini infenſiſſimorum hoſtium ſuffragia, comprobationem, & commendationem: ad Religionem Catholicam adverſus Orientalium hæreſes propugnandam; ad pios Eccleſiæ alumnos, è Latinis regionibus in Orientem, fidei propugnandæ causâ miſſos, in Lingua Syriacæ & Arabicæ cognitione juvandos & inſtruendos: denique ad maximam Eccleſiæ Catholicæ laudem conciliandam, adverſus inanes hæreticorum de Sacræ Scripturæ æſtimatione oſtentationes & gloriationes; è cujus ſcilicet ſinu, ut minoris momenti ditiones Catholicas prætereamus (quibus tamen nihil habent hæretici, quod comparari poſſit) memorabiles illæ Editiones prodierunt, Complutenſis, Anverpienſis, Romana, omnéſque magnificentiâ, Linguarum & verſionum multitudine, longo intervallo ſuperans, hæc Pariſienſis. Ita Clerus Galliæ de ſua Editione.

Sed nondum hoc opere ſatisfactum erat vicinis *Anglis*, qui, hoc maximè ſeculo, præ cæteris Europæis Linguas Orientales (quam puto laudem eis non denegandam) amant & æſtimant. Hi quidem, ut τὰ ὑϛερήματα complerent, magnis ſumtibus, ex remotiſsimis Orientis angulis, antiquiſsima MMſc. & ſedulò conquiſiverunt, & ingenti numero acquiſiverunt. Radices, ſtudium hoc in Principibus, Archiepiſcopis, *Laudo* cumprimis Cantuarienſi, & *Vſſerio* Armachano; Epiſcopis, nupero cumprimis *VValtono*, ita egit altas, ut de novâ, eâque perfectiori Editione πολυγλώττῳ, etiam turbatiſsimis temporibus, quidam cogitârint. Præivit diligentiſsimus *Brianus VValtonus* (unde & *VValtoniani* operis nomenclatura) qui, adſcitis viris per univerſam Angliam celeberrimis, novam aggreſſus Editionem, paucis, quod mirum, annis feliciſsimè eam abſolvit. Videbantur nonnulli, ſive ut *Pariſienſi* faverent Editioni, ſive aliis de cauſis, ſeriò hoc agere, ut operi ſub prælo ferventi invidiam conflarent, quaſi, vel nihil ſupra Pariſienſe, promitteret, vel ad ejus præſtantiam non accederet; ſed prolixo demonſtratum mox fuit Elencho, fruſtrà metuere, quibus hæ inſederant cogitationes. Ipſum audire placet ἀπολογούμενον *VValtonum* p. 92. præf. ad Introduct. Lingg. Orient. 93. Vt finem, *inquit*, huic diſſertationi imponam, etſi invidorum latratus non moramur, quibus nihil glorioſum magis, quàm quæ alii ſciunt ignorare, & qui ipſi ignorant vituperare, & dum alii

Londinenſe, quantum præcellat.

ſtudiis & vigiliis ſe macerant ad promovendum bonum publicum; ipſi turpi otio conſeneſcunt, vel vino madidi cutem curant, & inter pocula virus ex impuro pectore in omnium ſcripta evomunt; inter quos ſunt, qui jactant, nihil novi in hac editione haberi, quod non in Pariſienſi, quæ calumnia ex ipſa editionum collatione in fumos evaneſcit. Ad ora tamen hujusmodi obſtruenda libet paucis Catalogum eorum quæ in hac editione ſupra Pariſienſem, vel jam præſtita, vel auxilio divino præſtanda, expectari poſſunt, hîc contexere. I. Textus & verſiones quæ in *diverſis* voluminibus habentur in Pariſiana editione, hîc *ſimul* per varias columnas ſingulis paginis Lectori objiciuntur, ita ut omnes uno intuitu aſpicere, collationémque inſtituere poſſit ſine aliorum librorum evolutione. II. Editio noſtra quanquam ſtudioſorum uſibus magis accommodata, *vix quarta parte pretii* Pariſianæ conſtabit. III. *Multa* etiam exhibebit quæ in Pariſiana non habentur, qualia ſunt quæ ſequuntur: 1. *Verſio interlinearis* Hebræi textûs, Pagnini & Ariæ Montani. 2. Verſio 70. editionis *Romanæ*, juxta exemplar Vaticanum omnium quæ hodie extant maximè genuinum, rejecta Complutenſi mixta, & pro arbitrio interpolata, quam tamen, quatenus à Romana differt, inter varias lectiones Lector inveniet. 3. Vetus etiam *Vulgata Latina* τῶν 70. qua ſola uſa eſt Eccleſia Latina per 400. circiter annos poſt Apoſtolos, jam *ſupra mille annos inter mortua*, rediviva ſiſtitur ex Patribus Latinis per Nobilium compilata. 4. MS. *Alexandrinum* 70. Verſionis, è Bibliotheca Regia deſumtum, nobiliſsimum & antiquiſsimum, non multò poſt Concilium Nicenum deſcriptum, diu & avidè à doctis expectatum, quod quatenus à Romano differt ad finem cujusque columnæ annexum: adeò ut *duo totius orbis Antiquiſsima* & maximè ſincera exemplaria verſionis Græcæ, Vaticanum ſcilicet & Alexandrinum, hîc ſimul Lectori repræſententur. 5. *Verſionis Samaritanæ* ubi à textû Samaritano differt translatio Latina. 6. Pentateuchus *Perſicus* Iacobi Tuſii, Charactere Perſico deſcriptus, cum verſione Latina. 7. *Chaldaica Ionathanis* (quæ dicitur) paraphraſis in Legem, cum verſione Latina. 8. Targum, ſeu Paraphraſis *Hieroſolymit.* cum verſione Latina. 9. Pſalmi *Æthiopici*, Canticum Canticorum, & N. Teſt. Æthiopicum cum verſione Latina. 10. Evangelia 4. *Perſico-Latina.* 11. Liber Eſther Canonicus, cum Tobit, Iudith, Maccab. uno, qui nec *Syriacè* nec *Arabicè* in Pariſienſi habentur, ut ex MSS. quibusdam typis mandentur, operam dabimus. 12. *Prolegomena* ſeu *Apparatus*, in quibus quæſtiones quæ de Textu Hebr. & Græco, de verſionum ſingularum antiquitate, authoritate & uſu, & de variis lectionibus inter doctos agitantur; cum Chronologia ſacra ab orbe condito, Tabulis Geographicis terræ ſanctæ, &c. deſcriptione Templi, Tabernaculi, eorúmque utenſilium, veſtitûs Aaronici, &c. 13. *Variæ lectiones* Textus Hebr. ubi de Keri, Ketib, &c. de variis lectionibus exemplarium Ben Aſcher & Ben Nephthali, de literis deficientibus, redundantibus, &c. aliisque quæ ad textum

illuſtran-

illuſtrandum & confirmandum conferunt; Buxtorfii Clavis Maſoreth. & Caſtigationes Maſoræ &c. 14. *Differentiæ Textûs Hebr. à Textû Samaritano*, cum variis lectionibus ex codicum Samaritanorum collatione; notis & obſervationibus, viri doctiſsimi opera collectis. 15. *Flaminii Nobilii* in Rom. 70. notæ & lectiones variæ longè doctiſsimæ, cum fragmentis veterum Translationum, Aquilæ, Sym. & Theodot. 5. & 6. Anonym. per Druſium & alios collectis. 16. *Patricii Iunii* annotationes ad MS. Alexandr. cum aliis aliorum virorum doctorum ex MSS. & antiquis ſcriptoribus, à Nobilio & Iunio prætermiſsis. 17. *Syriacæ Verſionis* & Arabicæ cum MSS. variis Syriacis & Arab. collatæ variantes lectiones, cum notis & obſervationibus, opera virorum doctorum collectæ. 18. Variæ lectiones *Chaldaicæ* Paraphraſeos, ex variis exemplaribus cum notis & obſervationibus, ſtudio viri doctiſſ. collectis. 19. *Indices varii*, rerum & verborum. Præter, prædicta omnia, quæ in Pariſienſibus non habentur, verſiones etiam quas habent Pariſienſes, ex melioribus exemplaribus & MSS. exhibemus, ſc. 1. Samaritanam, Syriacam & Arabicam, collatione variorum MSS. antiquiſsimorum, in plurimis locis obſcuris, vel malè redditis, Typographi vel exemplarium vitio, emendatas. 2. Chaldaicam Paraphraſin exhibemus editionis Baſil. ab infinitis in punctatione erroribus, qui erant in Veneta, Complut. Reg. & Pariſ. ad analogiam Eſræ & Danielis, immenſis Buxtorfii laboribus reſtitutam. 3. Vulgatam Latinam juxta exemplaria emendata & recognita & à diverſis mendarum millibus repurgatam, cum correctionibus Romanis Lucæ Brugenſis. Hæc ſunt inter alia, per quæ judicium ferat æquus lector quid inter hanc aliâſque editiones interſit &c. Ego certè, ut Editioni *Pariſienſi* laudem ſuam publicè aſſerui, *ita VValtonianam* multis ſemper nominibus, ſi uſum ſpectes, non chartam, rem ipſam, non characteres, prætulerim. Hæc enim una Bibliothecæ propemodum integræ vicem ſubire poteſt. Id quod ex anatomia operis ſupra à nobis [a] inſtituta manifeſtum eſt.

Meditatus etiam fuit Editionem *Hexapli* Scaliger: quo oſtendere ſaltem ſuo voluit exemplo, quanti referret, ejusmodi haberi ad Scripturæ explicationem ſubſidia. *conabor*, [b] inquit, *ſi poſſum editionem Pſalterii mei quam molior, aut per me, aut per alium emittere, Hexaplum fieri, Hebraicè, Syriacè, AEthiopicè, Arabicè, Græcè & Latinè, una cum ſcholiis, & in aliquot Linguas præceptis.* Scaligeriana Hexapla.

De *Hutterianis* Bibliis mirum videri queat, quod adeò difficulter Bibliothecæ ſe inſinuarint. Opus *Elias Hutterus* primo dedit quadripartitum, τετράγλωττον, Hebraica, Græca, Latina & Germanica Linguis, Hamburg. 1597. Acceſſerant paulatim Linguæ aliæ; *Italica*, *Gallica*, *Sclavonica*, *Saxonica*. N. T. Norimbergæ (ubi adhuc multa ſupereſſe audio exemplaria) excudi curavit primum Polyglotta Hutteriana.

[a] Pag. 57. [b] Epiſt. pag. 79.

Digitized by Google

mum *Syriacè, Ebraicè, Græcè, Latinè, Germanicè, Bohemicè, Italicè, Hiſpanicè, Gallicè, Anglicè, Danicè, Polonicè*, an. Chr. 1600. in fol. & 4. poſtea 1603, & 1615. *Ebraicè* tantùm, *Græcè, Latinè* & *Germanicè*. Iudicia eruditorum de hoc labore, peculiari Epiſtolarum libro comprehenſum inſpicere nondum contigit. Ego putem, rariùs in Bibliothecis reperiri, quòd nec eruditorum ſatis aptum eſſet *ſtudiis*, nec plebeiorum, vel *ſumptibus*, vel *uſibus*. Pulchrum erat, in publica Bibliotheca ea haberi exemplaria Bibliorum, quæ probarent, nullam eſſe Linguam Europæam, quâ verbum Dei non legeretur, in tot veró verſiones (novas pleraſque, & quæ non eundem, quem *eruditarum*, quas vocant, *Linguarum* tranſlationes Orientalium antiquæ, ad illuſtrationem rei Theologicæ conferunt, uſum, eóque nec ab eruditis addiſci facile ſolent, tantos impendere ſumtus, non ferebant cujus libet res privatæ. Quod ſi veró hoc opus cum *Anglicano*, aut *Pariſienſi* conjungatur, inſigne non modò Bibliothecæ ornamentum, ſed & luculentum eſt documentum, turpiter eos hallucinari, & in meridie cæcutire, qui negare audent, Bibliorum in Linguas vernaculas tranſlationem toto orbe eſſe receptam. Diſtinctio literarum ſervilium & radicalium in Textu Hebraico Hutteriano, diſcentium conatibus plus obeſt, quàm prodeſt. Trihorii propemodum ſpatio tot ſeptimanarum labor compenſari potuiſſet. Neque enim inveſtigandi radicis ratio longiori conſtat termino, ubi præceptoris fides accedit, & diſcipuli induſtria.

CAP. III.

DE VARIIS BIBLIORUM IN LINguas vernaculas Translationibus.

1. Singulare Dei beneficium eſt, quòd tot brevi tempore prodierint tranſlationes. 2. Catalogo Alphabetico eas enarramus. 3. De origine & progreſſu verſionum Germanicarum. 4. De Tranſlatione Germanica, Tigurinorum, ejúſque variis Editionibus. Schluſſelburgij calumnia retunditur.

QVod *Pſal.* 19 *v.* 5. dictum, Paulus *Rom.* 10. v. 18. refert ad Evangelii præconium, de Bibliorum, quoque dici poteſt Tranſlationibus: *Tranſivit ſonus eorum in omnem terram.* Vix dici poteſt, quanto & Tranſlatorum ſtudio, & lectorum Zelo Tranſlationes S. Sc. brevi tempore fuerint tentatæ, & perfectæ. Habent enim, ut ordine Alphabetico, ſed συλλήβδην, Hiſto-

riam

Digitized by Google

riam enim & judicium plerarumque noſter exhibet *Methurgeman* & *Theſaurus Philologicus*, potiores ſiſtamus Verſiones, Translationes ſuas habent I. *AEgyptii*, idque ab initio ſtatim recepti in nobiliſsima regione, Evangelii, Dialecto [a] *AEgyptiaca*, *Arabica*, & *Syriaca*. II. *Arabes*; quibus & Iudæi & Chriſtiani, hac in re, ſuam mutuàrunt operam, idque, ut probabile eſt, jam ante [b] exortum Muhammediſmum. Editionum nomina & jam [c] alibi à nobis ſunt expreſſa, & ſuo loco ſequentur. III. *Armeni*, qui poſt Græcos, aliis laudem antiquitatis eripiunt. Sed præter fragmenta nihil dum vidimus. Romæ integra eſſe Biblia, alibi monuimus. IV. *AEthiopes*, qui, antiquiſsimorum Patrum teſtimonio, jam olim ſuas habuerunt verſiones. Hodie non modò in Bibliothecis publicis & privatis totum S. Sc. oſtenditur ἔδαφος; ſed & *VValtoniana* Editio *Pſalterium*, quod Potkenius pridem dedit, *Canticum Canticorum & N. Teſtamentum* exhibet. Ex veteri etiam Teſtamento initium *Geneſeos*, Prophetiam Ionæ, ex Novo Teſtamento, Epiſtolas Iacobi, Iudæ, Iohannis tres cum verſione & Notis, *Petrejus* & *Niſſelius* dederunt. V. *Angli*. Quorum [d] Editiones ſunt plures. 1. *Bedæ*, qui Evangelium Iohannis Anglicè tranſtulit. 2. *Alvredi*, & *Athelſtani* tempore ante 900. annos Scripturas, in ſpecie Pſalmos, Anglicè fuiſſe verſos, *Treviſanus* & alii monent. 3. *Alani*, Pontificii. 4. Verſiones ſub Henrico VIII. ſed minus accuratæ, & è lacunis Latinorum derivatæ. 5. Translatio ab exulibus Anglis adornata, & hinc inde publicata, Tiguri an. Chr. 1550. Genevæ 1560. 6. *Epiſcopalis* verſio, ut appellari ſolet, ab Archiepiſcopo Cantuarienſi Parckero contexta, & procurata. 7. *Regia*, Iacobi Regis auſpiciis edita, & bene docta præfatione munita: Aliquoties & aliquot formis prodijt VI. *Belgæ*, quorum verſiones ſunt. 1. *Nicolai Bieskens*, qua & Anabaptiſtæ utuntur. 2. *Vulgaris*, ex Luthero translata, ſed à viris [e] doctis nunquam probata. Prodijt aliquoties Amſtelodami 1527. Lugduni 1581. 3. *Nupera* & Synodi Dordracenæ decreto imperata, an Chr. 1637. vulgata Editio. De origine, progreſſu & ſucceſſu hujus verſionis multi [f] multa. Certum eſt, medullam ſolidioris Theologiæ continere notas illas, ab ipſis proinde Theologis, Miniſterii Candidatis, de meliori nota commendatas. 4. Verſio Belgica, quam *Lutherani* Amſtelodamenſes adornârunt. 5. N. T. Vtenhoſij & Fauckelij. VII. *Bohemica*, ſuperioris ſeculi an. 78. adornata: & Polyglottis Hutterianis Norimb. 1599. inſita. VIII. *Chaldæi* in T. V. aliquot ſua Lingua legunt Paraphraſes, *Onkeloſi*, *Ionathanis*, *Hieroſolymit.* *Ioſephi Cæci*, quæ variis extant Editionibus. IX. *Croatæ*, qui ſua Lingua, & characteribus *Cyrillianis* habent Novum Teſtamentum, cum præfatione, Oſiandri. Extat & Linguæ illius ſpecimen *Pſal.* 117. X. *Danica* verſio auſpiciis prodiit *Chriſtiani*, Friderici ſucceſſore, hortante *Bugenhagio*. Habetur in Polyglottis Hutterianis. XI. Sed

T &

[a] De quibus diſtinctè in noſtro Methurgem. [b] Ib. prolixè p. 94. [c] Ib. & Analect. P. 1. p. 261. [d] Vide Hodeget. P. 1. p. 123. [e] Marnixio præſertim, & Sixtino Amama [f]. Videal. vitâ operibus ejus præfixâ, & vitâ VVidmarii Th. Groning.

Digitized by Google

& *Finonicæ* translationis ex Pſal. 117. editum eſt ſpecimen. XII. *Gallorum* Verſiones variæ ſunt. a. *VValdi* ann. Chr. 1160. b. *Pipini & Caroli* ab Oreſmio, ann. Chr. 1380. accurata *Lugdunenſis* 1521. *Antverpienſis* 1534. 1537. *Neocomenſis* VValdenſium 1535. *Pariſienſis* 1540. 1543. *Genevenſis* 1543. 1569. *Lovanienſis* 1557. Et privatæ Ioh. *Diodati*, Genev. 1644. *Abbatis de Marolles* N. T. nupera Ejusdem Pſalterium, ut & aliorum; de quibus *Anal.* P. I. p. 139. XIII. *Germanicæ* etiam verſiones tum ante, tum poſt Reformationem prodierunt, de quibus paulò uberius poſtea. XIV. *Græcorum* verſiones ſunt variæ, *Veteres* & *Novæ*. Ex *illis* præcedit a. *Iudæorum* Ægyptiorum LXX-Viralis, ut appellari ſolet, cujus correctores & reſtitutores ſunt *Origenes*, *Lucianus*, *Heſychius*, *Euſebius & Pamphilus*, *Baſilius*, *Patrophilus*, *Iohannes Ioſephus*, *Apollinarius*. b. *Samaritanorum* Symmachi. c. *Aquilæ*, *Theodotionis*. Recentiores vel *Iudæorum* Karæorum ſunt, vel *Phariſæorum*, vel *Chriſtianorum*, qualis cumprimis eſt Editio N. T. Vnde verò & ex quibus Codicibus noſtræ ſint Editiones, poſtea monebimus. XV. *Hebræi* Matthæi habent Evangelium ex Munſteri, &c. editione & Epiſtolam ad Hebræos ſuâ Linguâ, libros Apocryphos, ſed à recentioribus translatos, *Tobiam* ſeorſim edidit Munſterus. XVI. *Hiſpanica* Biblia vernaculâ dedit Linguâ *Caſſiodorus de Regno* ann. Chr. 1569. quæ poſtea polyglottis ſuis 1599. addidit Elias Hutterus; recognovit tandem *Cyprianus de Valera* 1602. & Amſtelodami divulgavit. XVII. *Hibernicæ* translationis fragmentum extat Pſal. 117. XVIII. *Hungarica* dedit Albertus Molnar Hanov. 1608. XIX. *Italicæ* ſunt a. *Antonii Brucioli* 1542. Venet. b. *Iohannis Diodati* cum annotationibus, Genev. 1641. Lugdunenſis. 1556. Bruciolí eſt. c. N. T. Maſsini Theophili Florentini. XX. *Iſlandicæ* verſionis ſpecimen exhibet Pſal. 117. XXI. *Latinorum* editiones plures ſunt, quàm ullâ aliâ Linguâ. 1. Antiquiſsima illa *Itala*, *Italica*, quæ & *vulgata*, ex contextu Græco translata. 2. Hieronymiana. 3. Mixta ex utraque, quæ in hodierna Vulgata apparet. 4. *Sanctis Pagnini*. 5. *Sebaſtiani Munſteri* 6. *Leonis Iudæ*, cæterorùmque Theogolorum Tigurinorum. 7. *Caſtalionis*. 8. *Tremellii & Iunii*. N. T. *Eraſmi*, Bezæ. *Pellicanus* & *Oſiander* vulgatam caſtigatam retinuerunt, *Vatablus* ex Tigurina & vulgata dedit mixtam. Teſte Luca *Brugenſi*, [a] prima Editio Latina Moguntiæ an. Ch. 1472. prodiit, qua tamen priorem alii ſe vidiſſe dicunt. Et certè *Colonienſium* rerum graviſsimus author obſervat, an. Chr. 1450. prima Moguntiæ Biblia fuiſſe impreſſa. Subſecuta ſunt *Colonienſis* 1479. *Norenbergenſis* 1478. *Veneta* 1497. aliàque de quibus poſtea. Semper enim in Latina Vulgata aliquid fuit deſideratum. XXII. *Livonicæ* translationis fragmentum editum eſt, Pſal. 117.

XXIII. *Ma-*

[a] Vide Proleg. VValton. [b] In Boxhorn. Hiſtor. Vniverſal. pag. 959.

XIII. *Malaica* De hac juſtus Heurnius ad *Chriſt. Ravium*: *Quærebas, cùm dulciſsimo tuo colloquio fruerer, ubinam volumen aliquod Malaicum literis Arabicis exaratûm nanciſci poſſes? Mihi incidit, me audiviſſe, in manibus viduæ Alberti Cornelii Ruyl, qui Enckhuſæ, ni fallor, habitat, eſſe quatuor Evangelia Arabicis literis conſcripta. Hic eſt ille Ruyl, qui Evangelia Malaicè, literis nobis uſitatis edidit, addito textû Belgico.* XXIV. *Moſchorum* ſive Moſcovitarum Pſalterium & Novum Teſtamentum potiſsimùm innotuit. XXV. *Perſarum* etiam Editiones extare primæ, mediæ & ultimæ ætatis, alibi [a] probavimus. *Illarum* Theodoretus meminit. Exiſtis ſunt tranſlatio Novi Teſtamenti, quatuor cumprimis Evangeliorum tum, ex *Syriaco*, tum ex *Græco* contextu in Anglia nuper editæ. Ex his Pſalterium à Theologis Romanenſibus adornatum. XXV. *Poloni* geminam habent verſionem, *alteram* Iacobi VVovvieski Pontificiorum, *alteram* Reformatorum Vide *El. Hutteri* Bibl. Polyglotta. Sed & Pſalterium ſeparatim Polonicè prodiit. XXVI. *Rhetica* etiam Linguâ legitur N. T. ex editione Iacobi Biſruni 1560. Lucii Gabrielis 1648. Ioh. Gritti, 1640 Ex V. T. Siracidem vertit Lucius Papa, 1628. Tigur. XXVII. *Samaritanos* Pentateuchum habuiſſe πεντάγλωττον, *Hebræum*, *Chaldæum*, *Græcum*, *Arabicum*, noſter probatum dat *Methurgeman*. XXVIII. *Suevis*, vernaculâ Linguâ, contextum ſacrum explicuit primùm *Olaus Petri*, ſub Guſtavo; Holmiæ impreſſum; Novum Teſtamentum verò Leidæ, 1633. XXIX. *Syrorum* Editiones V. T. duæ erant *ſimplex* ex Hebræo *tranſlata*, quæ & antiquior; & *Figurata*, quæ LXXviralem exprimit. Neſcio an ſit Mor. Aba Magni, qui, teſte *Eben* [b] *Ieſu*, Vetus Teſtamentum Græcum in idioma Syriacum tranſtulit. Novum Teſtamentum originis etiam antiquiſsimæ, & Apoſtolicis temporibus proximæ, variis & typis, & formis prodiit. *Viennenſis* VVidmenſtadii *prima* pariter, atque elegantiſsima eſt. Succedit *Antverpienſis* tum in folio majore, tum, ex eadem, *Guidonis Fabricii* ſtudio procurata literiſque Hebraicis expreſſa, in quarto; poſtea etiam in 8. & 12. ſed ſine punctis, *poſteriores* characteribus etiam Hebraicis. Proxima eſt *Cothenianа* Troſtii, ſuis exhibita characteribus, addito textu Græco & Latino, variarum inſuper lectionum tabula. His verò omnibus hactenus defuerunt Epiſtolæ *Catholicæ* & *Apocalypſis*, quarum *illæ* ex Bibliotheca Oxonienſi prodierunt, cum notis & verſione Pocokii, *hæ* ex Legato Scaligeri, per Ludovicum de Dieu. Omnium abſolutiſsima *Londinenſis* eſt, ad quam, quod in aliis deſideratur, accedit a. *Accurata punctatio*. b. *Epiſtolæ Catholicæ* cum *Apocalypſi*. c. *Verſio* Collateralis. Quæ, ut uſibus inſervire poſsit quotidianis, alio, ut ſperamus, eoque portatili propediem prodibit ſchemate Francofurti.

T 2 II. Atque

[a] In Methurgem. [b] In Bibliothec. Syr.

De origine Verſionum Germanicarum.

II. Atque ita habet *Catalogus* plerarumque per orbem, quantum quidem penetrare hactenus potui, *Translationum* in Linguas Vernaculas, & quia ſingulorum propemodum, Orientalium præſertim, tum textuum, tum Editionum examen jam alibi operoſius inſtituimus, de *Germanicarum* etiam verſionum origine & progreſſu aliquid dicemus. Altius verò, quantum quidem rimari mihi licuit, Verſiones Germanicæ reperi non poſſunt, quàm à *Carolo Magno*, cujus potiſsimùm tempore & ſacræ & profanæ literæ in Germania reſtitui cœperunt. Et de Carolo quidem ipſo authores fide digni referunt, ejus ſive curâ, ſive operâ N.T. in Linguam Germanicam fuiſſe translatum. Et certè ſive ſpectemus ejusdem per *Paulum Diaconum* collectos textus ἐγκυκλίες; circulari anni curſu abſolvendos, ſive *Capitulare* ejus Saxonicum, & in eo de verbo Dei audiendo ſingulis diebus Solis ſtrictum mandatum, à vero non abhorret, jam tum eo tempore Germanos ſua Lingua vel totam Scripturam, vel certa ejus tmemata legiſſe. Præſertim cùm conſtet, quòd aſſervata fuerint in Bibliothecis Pſalteriorum Davidis exemplaria, quibus vel ſola ſtyli ratio antiquitatem tribuit. *Audio* (ita Geſſnerus [a] noſter ὁ πολυΐστωρ) *&* *Pſalterium ſacrum ſimiliter translatum eo tempore* (anno videlicet 870. ut ex eadem pagina apparet) *extare in cœnobio D. Galli*. Quæ author ἀνώνυμος Berlini an. Chr. 1614. in Doctorem *Hoë*, de Codice Bibliorum à Carolo Magno Eccleſiæ Collegio; donatorum, pag. 62. refert, de exemplari intelligenda ſunt Latino, mutuata quippe ex Rodolfo *Lavat*. de Deſcenſu ad Infer. pag. 559. Sed & ante eum *Ludovicus Lavat.* ejus meminit, de ritibus Eccleſ. Tig. c. 19. Extat & in Bibliotheca noſtra Civica ſpecimen vetuſtæ Germanorum Linguæ, ex Pſalterio depromtum. Quid ante hæc tempora factum fuerit, nihil occurrit, quod certò definiamus. Veriſimile eſt, Gentem tam barbaram, & vix Chriſtianis moribus aſſuetam, Catecheticis antea diligentius imbutam fuiſſe principiis: unde hinc inde formulæ occurrunt *Orationis Dominicæ*, *Symboli Apoſtolici*, abrenunciationis Diabolo &c. cujusmodi nuper ex Bibliotheca Vaticana prodierunt, eo tempore ſcriptæ & collectæ. Eruderavit etiam duas ſymboli formulas, *Saxonicam* & *Germanicam*, ex Mſc. tum Boxhornius [b] in *Hiſt. Univerſ.* [c] tum *Geſſnerus*. *Beatus Rhenanus* Valdoni Epiſcopo Friſingenſi circa a. Ch. 800. translationem Evangeliorum vendicat, de qua tamen nihil judicare poſſumus. Vereor enim, ne antiquarum illarum verſionum, niſi fortè rudera quædam in Bibliothecarum deliteſcant forulis, jacturam fecerimus. Vix certè, qui de Germania magna ſcripſerunt volumina, vel verbo earum meminerunt. Quæ deinceps ſucceſſerunt, ad Reformationem uſque, verſiones, tam ſoluta quàm ligata, vel Rhytmica ſaltem oratione, certiora ſuppeditant argumenta, induſtriam veterum Germanorum in transferendis Bibliis vel aliquam fuiſſe, nec

[a] Mithrid. pag. 46. [b] pag. 30. coll. 106. [c] P. 101. 102.

nec, quod fruſtrà quidam contendunt, novum hoc ſtudiorum eſſe ἕρμαια· *Theodorus Bibliander*, Scholæ noſter Theologus πολύγλωττος, doctiſſimo de ratione Linguarum Commentario, [c] quo primos in Germania oſtendit libros Arabicos typis excuſos. *Legi*, inquit, *vetus inſtrumentum verſibus Germanicis redditum à Rodolfo quodam oriundo ex familia, quæ nomen habet ab eminente arce in Rhetia, quam vulgus nominat* Hohen Ems/ idque *rogatu & juſſu Regis Conradi* (regimen ejus in an. Chr. 1250. incidit) *filii Friderici II. Cæſaris Auguſti, qui verſus Orthographia, verbis, inflexione, ſtructura, modóque carminis diſcrepant à præſenti conſuetudine. Id quod uno exemplo perſtringam. Nam de fide Gabaonitis à Joſua & cæteris Iſraëlitis data, ſic canit:*

Swel man den ban Gottes breche;
da man es an ihm reche. Pro illo, quòd ſermo nunc uſitatus diceret:
Welcher mañ den Gottes ban brach/
daß man es an ihm billich räch.

Hujus & aliorum quorundam Interpretamentorum meminit [d] *Goldaſt.* Alemannicarum rer. Tom 1. *Pretrita* (inquit) *vox ſera* (ſchr/weetag/leyden) *Ottfrydo VViſſenburgenſi in eo libro, quem Gratiam Dei Theotiſce præſcripſit, Notkero Labiani (hic enim auctor eſt, non Balbulus, ut falsò hactenus opinatus ſum) in Pſalterio Barbarico, VVilleramo Abbati in Cantico Canticorum, Rudolpho ab Ems in Paraphraſi Veteris Teſtamenti, cujus Flaccius Illyricus & Theodorus Bibliander meminere, & ab hæredibus Schobingeri noſtri deſideratiſſimæ memoriæ viri poſſidetur, Strikero in Geſtis Caroli M. & quorum volumen ſoleo Aulicum & Antiquitatis Germanicæ theſaurum appellare. Kero Monachus in Lexico; Dolum,* (Dolum pro dolore dixit, cujus notionis exempla apud Savaronem notis in Sydonium) *ſeer. Dolentem, ſeeraZZanta.* Otfrydus lib. 3. c. 4. de paralytico;

Thaz er lag zi ware
In themo ſelben ſeere. Et in fine, de Jeſu Salvatore;
Thaz er was ther Heilant/
Ther inan thes ſeres in bant. Et aliis millenis locis.

Sed & alia, ſi non eadem, eóque antiquiſsima, dubio procul, eſt verſio illa Rhytmica (paucis tamen, quòd ſciam hactenus vel indicata, vel obſervata) cujus

[c] P. 49. [d] P. 1. pag. 198.

geminum hoc loco ſubjiciemus ſpecimen, *alterum* quidem ex hiſtoria Geneſeos de Ioſepho, *alterum*, magis liberum, ex Numerorum libro, de æneo ſerpente. *Primum* ita habet:

Do der hunder ſere je mere vñ aber meere.
Begunde herrin ober dü lant. vñ nieman nicht kornis vant.
Daz livt in hvngers not began. den Kunic ſere rüefin an.
Daz er in hieze geben da. die nordvrfte die hiez er ſa.
Daz ſi ze Joſebe giengin. vñ von im da enpfiengin.
Korn vñ ſpiſe daz geſchach. die ſchiüre man vfſliezin ſach.
Da ſi vs verköften korns vil. Naht vñ tac vñ alliv zil.
Waz vmbe in vil groz gedranc. daz livt vil grozir hvnger twanc.
Daz ſi gvltin dvrch hvngers not. daz korn dvrch not ſwie mans in bot.
Joſeph gewan in kvrzim zil. goldis vñ ſilbers vil.
Vz wendic rehtir maze zil. daz ez was mere danne vil.
Vñ der Künic ſo richite. daz ſih im niht gelichete.
Wan er mit dem rainen man. ſo ſere uchin began.
Daz ſin güt wüchſ vñ ſin gewalt. vñ wart mit richait manicvalt.

Nv wart in terra Canaan. Iſrahele kvnt getan.
Div warhait rehtir mæri. daz in Egypte wæri.
Korn vaile. vñ ander Lipnar. do ſander ſiner ſüne dar.
Zehine vñ belaip Benyamin. bi ime die zehine füren hin.
Gein Egypte als ſi ſoldin. da ſi do koufen wolden.
Korn. do vorden ſi geſant. bi der zit in Egyptin lant.
Alſe in daz zil vf der vart. geſtozin noch der verte wart.
Da kamens an den ſtunden. da ſi Joſebin funden.
Den man do da zelande des landes Herren nande.
Alſe ſie für dem kamen hin. zehant do anbettin ſi in.
Wan er waz in gar vnbekant. vñ er bekande ſi ſa ze hant.
Alſer ſie zuz ime komin ſach. nach frage er herteclicher ſprach.
Mit ainem ritære. was ir geverte wære.
Vñ wie ſi waren komin dar. ſi ſprahin daz ſi wærin gar.
Ze kinden ainem man ir korn. von dem ſi wæren geborn.
Der wære in terra Canaan. bi dem hætin ſie verlan.
Da haime dannoh ainen. vñ hatten me di kainen.
Wan ainen. in wart vnvernommen. wan der ſelbe wart komen.

Moyſes

Digitized by Google

Poſterius verò:

Moyſes der wiſe man. daz her her ſchiet von dem Lande dan
vñ ir creftericher gezoch. ſie fürin übir den Jaboch.
In ain lant daz lac da bi. daz waz gehaizen edrai.
Daz waz mit dieniſt vndertan. Og dem Künige von Baſan.
Der waz von riſen Künе geborn. ſo ſtarc mit craft als vzirkorn
So manlich vñ alſe ellenthafft. daz ſich nieman gein ſiner crafft.
Mohte in den ſelbin richin. gnozin vñ gelichin.
An ſterki an müt an ſtriten. verſaminde bi den ziten.
alle ſine crafft ze wer. vñ beſtünt daz Iſrahelſche her.
Do fügte got mit ſælden gar. So riche helfe ſiner ſchar.
Daz er mit creffteclicher hant. So ſtarc helfe ratet irkant.
Daz ir crafft oggis frechait. Mit Gottis helfe übir ſtrait.
Wan Gottis craft an Oggis craft. wart bi den ſinin ſigehaft.
Alſe Gottis hohgewalt gebot. Og wart irſlagin vñ lac da tot.
Vñ alle die er brahte dar. dar ſlüc dez hohſten Gottis ſchar.
Die aitterhaften wrmlin. da mit ir bizin fivrin.
Daz her dort alſo nætin. daz ſie vil manigen tætin.
Tatint an vns daz ſie ſint. mit zarte vnſerv liebiſten kint.
Vnſer hobit ſchulde. die vns Gottis hvlde.
Verlieſint vñ vnz nætint. mit ir bitzen die vns tætint.
In den ewigen tot. ſwer von den lidet todis not.
Der ſehe mit raines herzen ſitten. Waz criſt dvrch vns hat irlitten.
Vñ ſehe ſine martir an. ſo ſchaidet er geſund von dan.
Ob in der ſündin giftic mvnt. mit giftic ze tode het verwont.
Geſhiht daz er mac ſiher weſen. daz er des todes iſt geneſen.
Der d' ſele lebinden tot. git vñ iemer werndе not.
Als dort genaſen in der ſchar. die des ſlangen namen war.
Do von dannen geſhiet. daz her der Iſrahelſchen diet.
Si kamin an ain wazzer groz. daz durch die ſelben Wüſte vloz.
Daz hiez zaret de gein dem her. ſih vf tet alſe daz rote mer.
Als daz von ir durchvart. ir füz nie deſte nezzir wart.
Biz daz ſie da dvrch kamen. herberge ſie do namen.
An ainem wazzer ſa ze hant. daz waz vñ iſt Arnon genant.
Daz gat ab den bergen dan. da noh Arabia ſtozit an.
Vñ ſchiebt do ze ainer ſiten. daz lant der Moabiten.

Vñ Amorream daz lant. div ſchrifft tůt vns für war bikant.
Daz bi dem Wazzer her vnhin. die bvhil ſihtin ſih genin.
Die vf der planie lagin. ſwie hohi ir joch ſi wagin.
Sie ſihtin ſi gar in div tal. vñ ebintin ſich vbir al.
Daz deſte lihter dan vñ dar. mohtin komen die Gottis ſchar.

Fortean & hujus naufragium feciſſemus verſionis penitus; niſi fragmenta quædam in membrana ſcripta, quæ jam antbac ab interitu & oblivione, cui devota erant, vindicavi; divina; ſupereſſe voluiſſet providentia, quæ tamen veterum Germanorum pietatem in dubium vocantibus ſatis facere poſſunt. Et quia hæc talia, quorum non negligenda aut contemnenda eſt fides, diſtrahi facilè poſſunt, & vel ignarorum, vel ignavorum incuria amitti, placuit aliquod ſive vetuſtatis monumentum, ſive aſſertionis noſtræ documentum hoc loco adjicere.

Hæc de *Biblis* Germanorum *Rhytmicis*; quo dicendi genere Majores noſtros fuiſſe delectatos tam in profanis, quàm ſacris, notius eſt, quàm quod prolixè à me ſit probandum. In illis certum eſt quæſiviſſe eos memoriæ ſubſidium Quæ *proſaicè* ante Reformationem prodierunt ſive Mſc. ſive typis excuſa exemplaria, non eandem ubique illa obſervant rationem.

Antiquiſſimam, typis excuſam, Editionem, & quæ non multò poſt inventum ſubſidium chalcographicum prodiit, vidi anno hujus ſeculi 57. in Bibliotheca Auguſtana publica; Ad ſcriptam, niſi fallor, Epocham habet 1448. quæ in aliis rarò obſervatur exemplaribus. *Succeſſit* Norimbergenſis prior 1477. & poſterior 1483. Eſt & verſio Germanica, cujus partem inde ab Eſaja ad finem uſque N. T. nuper amicus mecum communicavit, manu Sacellani cujusdam *Nicolai Brackmii* an. Chr. 1472. exarata. Habeo quidem ad manum Codicem ἀνεπίγραφον, quem non nemo ann. Chr. 1457. impreſſum conjectat. Ita ſua ad Cod. obſervavit manu *Ioh. Iac. Huldricus*, Theologus Tigurinus. Tertia vulgata eſt an. Chr. 1518.

De ſingulis illis Editionibus ſigillatim jam judicare, inſtituti noſtri non eſt. Notamus tamen 1. Deplorandum illius ætatis ſtatum, vel eo fuiſſe nomine, quòd nullus eo tempore de Editione ad Contextum Authenticum examinanda cogitârit. Rivulos omnes ſequebantur, fontibus non conſultis. 2. Nimis moroſè vocabula τεχνικὰ, propria cumprimis, ſæpe etiam ineptè, Interpretes reddidiſſe. Sacellani ſuprà memorati πίναξ librorum minus accurata eſt. E. G. Threnos, vocat, Jeremien klag. Sind die lectiones, die man liſet in der Karrwochen / und zu Metten. Nanon der Prophete. Abacuge der Prophete. Simphonias der Prophete. Et in N. T. Paulus zu den Römeren &c. 3. Non modò libros Apocryphos, quos Eccleſiaſticos veteres appellârunt, cum Canonicis conjunxerunt; ſed eos etiam, qui νόθειας apertæ

ab

ab Eccleſiæ ſunt poſtulatæ, addiderunt. Talis eſt Epiſtola ad *Laodicenſes*, quam exemplaria quædam habent. 4. Magna libertate uſos Translatores, ut vix unus & alter reperiatur Codex ante Reformationem Germanicus, in quo non tam quoad ſtylum, quàm quoad res ipſas, notorium ubique ſit diſcrimen. Et quoniam hæc libertas vitio Interpretibus noſtris poſt Reformationem fuit verſa, in rem eamus præſentem, & collaterali διατυπώσει veterum Interpretum vel conſenſum oſtendamus vel diſſenſum. Sumamus loco ſpeciminis C. 53. Ieſaj.

1.

Exemplar Auguſtæ 1477. cui proximè accedit Norimberg. 1483. & Argent. 1485.

O Herr wer gelaubet unſer gehörd. Vnd wem wirdt eroffnet der arm des Herren. Vnd er ſtig auf alß ein rüt vor ihm und alß ein wurtzel von dem durſtigen landt. Jhm was nit die geſtalt noch die gezierdt. Vnd wir ſahend yn/ und was kein angeſicht/ vnd wir begehrten yn verſchmächt iſt / den letſten der mann einen maß der ſchmertzen vnd wiſſend den ſiechthumb vnd ſin antlitz was als verborgen vnd verſchmächt davon ſchätzt wir yn nit. Fürwar er nam hin vnſer ſiechtagen vñ trug vnſer ſchmertzen vnd wir ſchätzten ihn alß einen uſſetzigen vnd geſchlagen von Gott und gedemütiget. Wañ er ſelb iſt verwundt umb unſer mißthat und iſt zerkni-

2.

Manuſcriptum Sacellani de anno 1472.

WEr hat unſer gehorde erloubet/ vñ wem iſt des Herren arm geoffenbahret/ uñ wyrt uffgon vor ime. alß ein rütelein / und alß ein wurtzel us einem turſtenden ertrich und iſt an ime kein ſchöne noch gezierde uñ wir ſohent in/ uñ was nit ſine angeſicht/ und wir habent in begert verſmehen uñ den jungſten der mannen / den man/ der ſmertzen / unwiſſenden die krangheit/ und iſt ſin antlitz alß ein verborgen ſin / und verſmahet. Davon achten wir in nit. Gewerlichen unſere ſiechte leider und unſere ſmertzen trüchet / und wir hant in geachtet/ alß einen malatzen und alß einen geſchlagenen von Gotte / und alß

3.

Ἀνεπίγραφον, *quod tamen ætate reliquis cedere videtur.*

O Herr wer glaubet unſer gehörd: und wem wirt eroffnet der armb deß Herren. Vnd er ſtaig auf alß ein rüt vor im: und alß ein wurtzel von dem durſtigen land. Jm was nit die geſtalt noch die gezierd / und wir ſahend in/ uñ ſein angeſicht was nit: und wir mercken in verſchmecht und dem jüngſten der maß: ein maß ſchmertzen und wiſſend den ſiechtumb. Vnd ſein antlitz was alß verborgen uñ verſchmecht: dovon acht wir ſein nit. Fürwar er nam unſer geſuntheit/ und trug unſeren ſchmertzen. Vnd wir maſſen in/ alß einen mißligen: und geſchlagen von Gott / und demütiget. Wann er ſelb iſt verwundt / um unſer ungangkeit: und iſt zer-

Aug:

ſchet um unſer ſünd. Die zuchte unſers frids iſt uff im und in ſiner wunden ſyn wir geſundt worden. All irrten wir alß die ſchaffe ein yglicher der neyget ſich in ſin weg/ un der Herr der ſatzt ym in die mißethat unſer aller. Er iſt geopferet worden wann er wolt es und tet nit auff ſinen mund. Er ward geſürt zu der ſchlachtung als das Schaff und erſtummet als das Lam vor dem ſcherenden es/ und thet nit uf ſinen mund. Er iſt erhöbet von dem urtheil und von der angſt. Wer wirt verkünden ſin geſchlecht.

Wann er iſt abgeſchniten worden von dem lande der lebendigen. Ich ſchlug yn umb die miſſethat mines volcks. Und er gibt die ungütigen für die begräbnuß/ und den richen umb ſinen tod. Darumb das er nit tet die mißtat/ noch die triegteyt was in ſynem mund und der Herr wolt yn zerkniſchen in dem ſiechtumb. Ob er ſetzt ſin ſel umb die ſünd / er ſicht den langwirdigen ſamen/und der willen des Herren wirt geſchicket/ in ſiner Hand. Darumb das ſin ſel hat gearbeyt: er ſicht und wirdt geſat.

Manuſc:

einen gedemütigten. Aber Er iſt verwundt umb unſerer ungangkeit/ Er iſt zerkniſchet um unſerer miſſethat. Die zucht unſers friden komme über in/ und wir ſindt von ſinen ſmertzen geheilet. Wir alle giengen irre alß die ſchoffe. Ein jeglicher gieng in ſinem weg / und der Herr hat uff in geleyt / unſer aller ungangheit. Er iſt in den tot geopferet/wenne er wolte das / und tet ſinen Mund nit uff. Er wurt alß ein ſchoff geführet zu dem tode und wurt erſtummende alß ein ſchoff vor gīnem/der es ſchert/ und tet nit uff ſinen munt von der angſt / und von dem gerichte iſt er hin genommen: wer ſaget ſine geburth?

Wann er iſt abgeſnitten von der erden der lebenden, um die meintat mins volckes hab ich in geſchlagen / und er würt die unmilten geben in begraben und die richen für ſinen tot. Darumbe wann er nit ungangheit hat getan/ un noch kein triegen in ſinen munde iſt und der Herr wolte in zerkniſchen in der kranckheit/und er wyrt ſegen ſetzen ſine ſele für die ſünden ſo würt er

Avenix:

kniſche umb unſer ſünd. Die zucht unſers frids iſt uff ihn/ und in ſeiner wunden ſey wir geſundet. All irrten wir / als die ſchaff/ ein jeglicher der naig ſich an ſein weg / und der Herr ſatz in ihm die ungangkeit unſer aller. Er iſt geopferet wann er ſelb wolt es; und er tet nit uff ſein mund. Er ward geführt alß das Schaff zu der erſchlachung; und der ſtummt alß das Lamb vom dem ſcherenden es; un that nit uff ſein mund. Er iſt abgenommen von dem urtheil und von der angſt: wirt erkunt ſein geſchlecht.

Wann er iſt abgeſchnitten von dem land der lebendigen. Ich ſchlug in um die miſſetat meins volcks. Und er gibt die ungange für die begrebet und die richen für ein tod: Dorumb daß er nit tet die ungangkheit noch die triegkeit was in ſeinem mund: und der Herr wolt in zerkniſchen in dem ſiechthum. Ob er ſetzt ſein ſel umb die ſünd / er ſicht den langen ſamen: und der will des Herren wirt gerichtet in ſeiner hand. Darumb daß ſein ſel hat gearbeitet: er ſicht und wirt geſatt. Er ſelb mein gerechter knecht / der gerechthaffti-

In

Aug:	*Manu:*	*Auſtriæ:*
Jn ſiner kunſt hat gerecht gemachet er ſelb der gerecht min vil knecht / und hat ſelb getragen ihr boßheyt. Darumb will ich im manig ußteylen / und wirt teylen die rewb der ſtarcken darumb das er hat geantwurt ſin ſel in den tod. Vnd iſt geacht mit den ungültigen. Vñ trug oder nam hin die ſünd manger / und betet umb die übergeer.	ſehende das langwirige geſchlecht / und wirt des Herzen willen gerichtet in ſiner hand / darumbe das ſin ſele hat gearbeitet. So wird ſie ſehende / und wird geſattet : in ſiner kunſt wirt er rechtvertigende der gerechte min knecht wirt maniger / und ire ungangkeit tragende. Darumbe will ich ime mannigen theylen / und der ſtarcken rowp ſol erteylen darumbe wañ er ſine ſele in den tot hat gegeben / und mit den unterigen hat geachtet / und das er maniger ſünden getragen hat / und für die gebottbrecher hat er gebotten.	get manig in ſeiner weiſſenheit und er ſelb tregt ihr ungangkeit darumb verzeich in manig / und erteilt die raub der ſtarcken dorumb das er hat geantwurt ſein ſel in den tod / uñ iſt geacht mit den ungengen. Vnd er nam die ſünd maniger / und bettet umb die übergeer.

Poſt Reformationem, cùm Eccleſia Romana metueret, ne noſtræ verſiones aliis etiam placerent, permiſit illa, ut Lingua ſua; impetrata tamen ſemper prius venia; Biblia legerent Germani. Vnde verſio N. T. *Hieronymi Emſeri*, Vtriusque verò *Iohannis Dietenbergii* 1550 & *Caſpari Vlenbergii* (quam poſteriorem vel hoc nomine, quòd fideliſsimè textum exprimat Latinum Vulgatum) Pontificij præferunt. Eandem nuper hac ipſa de cauſa, quoad fieri potuit, viſum fuit retinere Editoribus Moguntinis.

Noſtri interim ab ipſa ſtatim Reformatione in hanc maximè incubuerunt curam, ut ſacram Scripturam populo Chriſtiano non modò redderent intellectu faciliorem, quoad ſtyli evidentiam; ſed etiam certiorem, ex collatione fontium. Initium fecit *Martinus Lutherus*, qui opera *Melanchthonis, Forſteri Vrogelli*, &c. aliorúmque, perſpicuitatis majori, quàm proprietatis habita ratione, Biblia edidit Germanica, in quibus etiam Eccleſiæ hactenus Germanicæ, etſi non ſemel hinc illinc, à noſtris etiam, *Pareo, Toſſano*, &c. reviſis, acquieverunt. *Tigurini* ſucceſſerunt, qui, ut Genti ſuæ conſulerent, propriúsque ad textum originalem accederent, ſuam etiam paulatim adornârunt verſionem, quæ inde ab anno 1525. decies ſepties, variis prodiit formis. *Prima* 1525. duobus

 Tomis,

Variæ Editiones Tigurinæ.

Tomis, apud Froſch. cum præfatione Miniſtrorum Eccleſiæ Tigurinæ. Ubi tamen notandum, lentis hanc Editionem paſsibus proceſsiſſe. Initium factum à Novo Teſtamento, quod jam ann. Chr. 1523. & 1524. Baſileæ ex Lutheri Verſione prodierat. Finis impoſitus 1529. Ejuſdem anni alia eſt Editio, in 8. diverſis characteribus expreſſa. Sed & in 12. vulgata eſt literis Latinis, partibus conſtans ſex, quarum prima an. Chr. 1527. quarta 1529. abſoluta eſt, præmiſſa præfatione Miniſtrorum Eccleſiæ Tigurinæ in Prophetas, & *Leonis Iudæ* in Libros Apocryphos. *Secunda* Editio 1530. in forma quarta, literis Latinis apud Froſch. Tranſlatio librorum Apocryphorum, qui ad calcem N. T. annectuntur, *Leoni Iudæ* tribuitur. *Tertia* eſt de an. Chr. 1530. in magno folio, perfectiſsima & abſolutiſsima, cui proximè accedunt Editiones 1536. 1540. *Quarta* 1534. apud Froſch. cum præfatione. Hac disertè Editione, ut & ſequenti 1536. monetur, *tota Biblia, utriusque Teſtamenti libros, accuratè à Miniſtris Tigurinis fuiſſe translata. Quinta* 1536. Eadem cum ſuperiori. Sexta 1538. in forma 4. cum præfatione Editionum 34. & 36. modò præmiſſarum. *Septima* 1540. cui figuræ quædam acceſſerunt, & argumenta capitum. *Octava* 1542. in quart. *Nona* 1548 in folio cum præfatione, quâ ſingularis Editorum, in collatione hujus verſionis ad contextum originalem, commendatur induſtria: *quæ proinde Editio repetita* eſt 1554. 1597. 1618. paucis mutatis. *Decima* 1554. in folio, apud Geſſner. Ectypus edit. 1548. *Undecima* in fol. Typis Froſchovv. cum præfatione encomiaſtica operis. *Duodecima* an. Chr. 1570. eadem cum ſuperiori 1548. *Decimatertia* 1571. in fol. reſpondet per omnia Editioni 1586. *Decima quarta* an. Chr. 1580. in fol. Typ. Froſch. *Decima quinta* 1589. quæ & prima habet expreſſos verſiculos, & capitum argumenta, & annotationes doctrinales ex *Pareo*: qui ut *Tigurinorum Editionem prolixè commendat*; ita & Tigurini *Pareano* hoc *labore* ſuam uſibus commodiorem reddiderunt verſionem. *Decimaſexta* 1597. in majori folio, Typ. VVolphian. quod opus commendatur reviſione, accurata capitum diſtinctione, Capitum argumentis, Concordantiis, Tabulis Chronographicis &c. *Decima ſeptima* 1618. eadem planè eſt cum ſuperiori, cui & *ſequens* 1638. reſpondet. In his autem Editionibus diverſis id dederunt noſtri operam, ut poſteriores veſtigiis priorum, quantum fieri poſſet, inſiſterent: ſi quæ mutationes occurrunt, Linguæ potiùs ſunt, verborum & Dialecti, quàm rerum; etſi negare non poſsimus, hoc etiam ſtudium admittere δευτέρας φροντίδας. Conſenſum autem maximum obſervavimus I. inter exemplaria 1520. 1530. II. 1534. 36. 38. III. 1540. 48. 54. 70. 71. 80. raró ab iis diſcedit 1565. IV. 1554. 1597. 1618. & 1638. Non poſſum, hoc loco, intactum relinquere malignum in Eccleſiam Tigurinam affectum *Conradi Schluſſelburgii*, Theologi Lutherani, Superintendentis Stralſundani, qui Theol. Calviniſt. lib. II. pag. 79. ſcribit, ſe an. 1560. Mündæ, in Saxonia, vidiſſe exemplar Bibliorum Tiguri impreſſorum, ubi verba

Cœnæ;

Digitized by Google

Cœnæ: *Hoc eſt corpus meum*, vertantur: *Hoc ſignificat corpus meum.* Mendacium τετράπηχυ. Collatæ ſunt exemplarium Tiguri vulgatorum inde à Reformatione diverſæ Editiones omnes: ſed hujus tranſlationis nec vola, nec veſtigium. Et tamen hanc cramben temerè reponere fuit auſus *Gretſerus* Admonit de Bibl. Tigur. pag 28. Quid, quod heri, Paſchatis feſto, vir eruditus ex Italia hac tranſiens, cùm adminiſtrationi ſacræ Cœnæ adfuiſſet, noſtræ potiùs gratulari quàm invidere voluit Eccleſię, quòd, cùm hactenus audiviſſet, inſtitutionis verba non retineri, ſed *eſt* in *ſignificat* mutari, contrarii jam teſtis eſſe potuit αὐτήκοος. Nempe, malunt multi ungues eſſe in ulceribus, quàm hianti vulneri adhibere medicinam, & animorum diſtractionem lenire! Sed אגב אורחא de iſtis. *Tertium* ordine temporis locum obtinet *Piſcator*, cujus induſtriæ & judicio multum deferendum illi non diffitebuntur; qui eundem contulerunt, ſive cum ipſis fontibus, ſive cum aliis Tranſlationibus: non parùm tamen *Tremellii* & *Iunii* & hic fuit adjutus laboribus: In N. T. *Polani* habemus Editionem de anno 1603. & *Breitingeri* 1619 quorum hic κατὰ πόδα textui Græco inſtitit. Veteris Teſtamenti, ſuo jam tempore, cum Notis, aliam dare conſtituerat verſionem *Rodolphus Gualterus*, cujus ſpecimen editum habemus in Geneſin; ἀνέκδοτον in Ieſajam. Terſa eſt & elegans illa verſio, & ita comparata, ut ſi integram illam haberemus, multis, procul dubio, alijs, palmam illa præriperet. Finem huic Capiti imponerem, niſi glorioſiſsimæ memoriæ Princeps, *Iohannes Bipontinus* aurem mihi vellicaret, qui per Legatum ſuperiori ſeculo Tigurum miſſum, quæri ex noſtris voluit Anteceſſoribus, quæ ratio pateret & via commodiſsima unam aliquam, eàmque correctam omnibus, per Germaniam Reformatis commendandi Tranſlationem Germanicam. Hæc utinam cura in præcordia Magnatum rediret! Non ſugillamus eorum, qui Sacras tranſtulerunt Literas in linguam Germanis vernaculam, labores: animum tantùm noſtris addimus, ut & ipſi ad Templi ſtructuram aliquid conferant. Hieronymum veneramur, Lutherus miramur, quod ipſos adire fontes in Eccleſia Latina & Germanica primi fuerint auſi: neutri tamen authoritatem ἀνυπεύθυνον relinquimus. Sperandum omnino, ſi *Celſiſsimi Principis Bipontini* non ad animum modò revocaretur conſilium; ſed & manus eidem admoveretur, redundatura ad Eccleſiam inde multa cōmoda. Non enim, hac noſtra ætate, nihil planè in hoc ſtudiorum genere debet expectari. Subſidia ad manus ſunt, quæ multis retrò annis ne ſperari quidem poterant. Neque metuenda vel in Lutherum, vel quemcunque alium Interpretem injuria. Alios laudemus, interim, ne vituperium mereamur aut talenti defoſsi opprobrium, caveamus. Certè, γνήσιοι Lutheri diſcipuli tot jam in Præceptoris verſione obſervârunt παροράματα, ut inſignes Eccleſiæ, quæ ex verſione illa ſuas quoque transvaſârunt, mutata paulatim mente, accuratiores dederint tranſlationes. Præiverunt Belgæ, tutò alijs, in eadem ſemita,

mita, ſequi licebit Eccleſijs. Maneant amici magni illi Viri, magis tamen ſit amica veritas. Expendant, rogamus, qui poſſunt & debent, annon ſancta Tranſlationis opera digniſsima ſit, quam ſeria ampleɛtamur cura, ita etiam comparata, ut fructu non ſit caritura. Iudicent, an quicquam æquè occupare nos debeat, atque religioſum illud ſtudium, quod Deum nobis ſuâ Linguâ loquentem proximè exprimit? Non invidebimus Anteceſſoribus meſſem uberrimam, modò ſpicilegio probemus, non fuiſſe nos in officio ſegnes aut deſides. Quæ de periculo ſcandali, requiſitis, ratione & modo novæ ejusmodi adornandæ verſionis dici poſſent, publica non ita pridem Diſputatione excuſsimus.

CAP. IV.

DE VARIIS IN VARIOS CONTE-xtus Sacros obſervationibus.

Extant notæ & Apparatus in Textum 1. Authenticum 2. In verſiones varias in *genere*, Editiones cumprimis πολυγλώττους. 3. In *ſpecie*, in Paraphraſin Chaldaicam. 4. Verſionem utriusque Teſtamenti *Syriacam*. 5. *Arabicam*. 6. *Perſicam*. 7. *Samaritanam*. 8. *AEgyptiacam*. 9. *AEthiopicam*. 10. *Græcam*. 11. a. *Latinam* vulgatam. b. Eraſmi. c. Pagnini. d. Munſteri. e. Tigurinorum f. Caſtalionis. g. Bezæ. h. Tremellii & Junii. i. Piſcatoris. k. Coccei. i. Terſeri. 12. *Germanicam*. a. Pontificiorum, præſertim Moguntinam. b. Lutheri. c. Tigurinorum. d. Piſcatoris. 13. *Belgicam*. 14. *Anglicam*. 15. *Gallicam*.

Mirum eſt, qua ſemper religione & induſtria in cuſtodiendo ſacro ſancto Scripturæ depoſito, non Eccleſia modò *chriſtiana*; ſed & Synagoga *judaica* fuerit occupata. Vnde tot ad noſtram uſque ætatem propagata pia eorum, qui authoritati fontium conſultum voluerunt, *μελετήματα*. Et de *veteris* quidem Teſtamenti integritate conſuli poteſt ex *Iudæis* præfatio R. *Iacobi ben chajim*, præfixa Venetis & Baſileenſibus Bibliis, docta & elegans: quam & Latinam habeo, ſed *ἀνέκδοτον*. Eandem, ſed majori cum ſucceſſu præſtitit operam

operam ex Chriſtianis D. *Buxtorfius* F. tum de Origine, & Antiquitate Punctorum Vocalium, tum in Anticritica ſua, quâ ſingula Contextus Hebraici loca vel mutationis, vel corruptionis inſimulata, doctè vindicavit. Notæ Maſorethicæ, quæ de *varia* veterum exemplarium *lectione* nos monent, non modò ad marginem Codicum tam integrorum, quàm partium ſingularum fuerunt annotatæ, ſed & de origine, authoritate, uſu, materia Maſoræ prolixè actum eſt à *Buxtorfio* in Tiberiade. cui, alia tamen Methodo, præivit *Elias Levita*, in ſuo Maſoreth hammaſoreth. Vt enim ille authoritatem Maſorethamrum, debitam ijs aſſerendo diligentiam oſtendit & defendit, ita hic, nimiam in punctorum vocalium &c. inventione induſtriam aſſignando, potiùs eam opprimit. De *Keri* & *Ketib*, earum origine, & numero conſuli debent *Buxtorfii*, *VValtonus* in Apparatu, *Vſſerius* ad *Capellum*: Nos ſuccinctè de illa materia hinc inde, præſertim in Theſauro Philologico. *Orientalium* & *Occidentalium* variæ lectiones in Bibliis Baſileenſibus, Anglicanis, &c. occurrunt, Antiquitatem *punctorum vocalium* prolixè & aſſeruerunt, & vindicârunt *Buxtorfii*, Pater & Filius, ille in Tiberiade: hic in tract. de origine Punctor. Negârunt, vel in dubium illam vocarunt author *Arcani Punctorum*, & Apparat. Anglicanus. Noſtram ἐπιχείρησιν ſemel atque iterum [a] de hac materia exhibuimus. Sed & *characterum Aſſyriacorum*, ſive quadratorum Hebraicorum antiquiſſimam originem monſtrârunt *Buxtorfius F.* peculiari diſſertatione, *Spanhemius* Ezechiel, *Leuden*, quibus nos calculum noſtrum libenter hinc [b] inde addidimus. Pro *Samaritanis* pugnarunt *Scaliger*, *Capellus*, *VValtonus*, *Morinus* &c. Et quia, Capitum loco, *Paraſchas* veteres adhibebant Iudæi & *Haphtaras*; de quibus alibi; earundem πίνακα Editiones Bibliorum Iudaicæ referunt diligenter. De *Linguis* quibus Vetus Teſtamentum exaratum eſt in genere, fuſiſſimè *VValton*. agit tum in Apparat. tum in Introd. ad Lect. Lingg. Orient. *Bochartus* [c] breviter; nos, & in Smegmate Orientali, & Centur. Quæſt Theol. prolixius. In *ſpecie* de Hebræa, ejus origine, & antiquitate; confuſione & plurium Linguarum ortu; conſervatione & propagatione, adeatur *Buxtorf*. Diſſertatio: *Altingus*, *Leusdenius*. Nos in *Centur*. noſt. totam hunc materiam compendiosè contraximus. Quæ præterea ad contextum ſacrum Hebraicum ſpectare videntur, inferius, ubi ad Bibliothecam *Topicam* deventum fuerit, excutiemus. Summatim monemus, hunc apparatum magna cum laude auxiſſe *Schickhardum* in ſuo bechinat happeruſchim, *Amamam* in Antibarbaro, *Leuden* in Philologo, &c. quorum potiſſimùm cura circa ipſos fontes Hebraicos, eorûmque cauſas tum procreantes tum conſervantes occupatur. Id ipſum *Theſaurus* etiam noſter *Philologicus* intendit. Hæc una nobis in Contextu Hebraico ſupereſſe videtur κορυφὴ, ut videlicet tam ex Maſorethicis Notis, quàm aliis Con-

[a] Theſ. Philol. p. 399. Centur. Quæſt. Theol. p. 125. [b] Exercitat. Anti-Morin. pag. 60. Centur. pag. 118. [c] Phaleg. & Centur. pag. 145.

Digitized by Google

contextûs ſacri Codicibus vetuſtis colligerentur variæ lectiones. Quo quidem nomine cùm nuper magno Theologo moleſtus eſſem, ita reſpondit: *De antiquis Bibliorum Hebraicorum codicibus inquirendis, res eſſet neceſſaria pariter & utiliſſima; non enim dubitandum, quin ratione punctorum quorundam, & accentuum, & ſimilium minutiarum, multa reſtitui poſſent. Laudabile hujusmodi collationis initium fecit Menachem de Lonzano in Pentateuchum, quem totum tranſtuli. Uſus ille eſt multis exemplaribus manuſcriptis, ex variis terris conquiſitis, annorum 400. 500. 600. & paulò ultra; Libris item variis Maſorethicis. Citat codices Hieroſolymitanos, Ægyptiacos, Arabicos, Hiſpanicos, Germanicos; Librum Eſræ, Codicem Hillelianam; laudat valdè Codicem antiquiſſimum ſcriptum in Catalonia; Codicem quendam, quem vocat* נשיאי. (Hillelianum, qui fuit נשיא) allum תמרי; (Hierichuntinum, à תמר palma: Hiericho enim aliâs palmarum civitas fuit appellata) *item* זנבוקי, (vel fortè זנדוקי Sadducæorum) *Poſtremi hujus meminit aliquando Mercerus in ſuis ſcriptis, ex notis Bibliis Regiæ Manuſcriptis adjectis. Rabbini Conſtantinopolitani Præfationem libro addiderunt, quo ſtudium ejus laudant, & ut feliciter continuare poſſit, hortantur omnes, apud quos bonæ notæ codices latitant, in Bibliothecis ſeu publicis, ſeu privatis, eos cum ipſo communicent, inprimis Synagogas Damaſci, Hieroſolymis, &* חלב *Halebi. Biblia Heidelbergenſia Mſ. ante hos 44. annos ibi vidi, & meis manibus ſemel atque iterum pervolvi, ſed junior adhuc eram, quàm ut debitam curam adhibere poſſem. Quantum memini, aberat Pentateuchus, quod in aliquot aliis etiam deprehendi; formâ erat grandi, nigro corio obducta, Maſorethicæ notæ adjectæ erant. Immenſus Theſaurus nobis in illo volumine periit: non enim puto, paris antiquitatis ullum uſpiam extitiſſe: Judæi ipſi maximi faciebant. In Bibliotheca Argentinenſi extat etiam Manuſcriptus Codex, tribus voluminibus compactus, ſcriptus in pergameno eleganter, itidem adjectas habens quaſdam notas Maſorethicas. Sed & in illo deficit Pentateuchus. Marchio Badenſis, præter Codicem illum majorem, habet adhuc alium, quem ego ex variis indiciis, aquè antiquum ac illum.*

illum, aut fortè antiquiorem, cenſui. Sed quis eſt, qui vel poſſit, vel velit, in his perluſtrandis, conferendis, examinandis, operam impendere? Extant & alibi in Principum Bibliothecis, ſed tanquam ad carceres & tenebras æternas damnati, quia ad uſum & inſpectionem vix cuiquam conceduntur. Ego hujusmodi laboris initium feci: cui licebit aliis plura addere. Antiquorum exemplarium vicem nobis ſupplent Maſoretha, qui procul dubio etiam ſuo tempore antiqua exemplaria habuerunt & uſurpârunt. Nolui, quod ſcopo noſtro inſerviret, lectorem hoc ἀποσπασματίῳ defraudare. Cætera, quæ de diſtinctione *capitum*, *Verſuum*, *Titulorum*; &c. diſcrimine inter noſtram & veterum diviſionem, disquiruntur, à *Caſaubono*, *Heinſio*, & *Crojo* diſputata ſunt. Nos etiam de origine, varietate & authoritate tum diſtinctionum tum accentuum quædam conſcripſimus in *Centur. Quæſtionum Theologicarum.*

De *Novo Teſtamento* non minor Chriſtianorum Criticorum fuit cura. Primè enim, Maſorethas quoque ſuos Chriſtianos habuiſſe reperimus. Nam planè ut Veteres Librorum, [a] Capitum, Verſuum, Vocabulorum etiam inierunt numerum: ita poſteriores ipſa inter ſe vetuſtiſsima contulerunt exemplaria. Initium feciſſe videtur *Laurentius Valla*, ſecutus *Eraſmus*; κορυφὴν aſſecutus *Robertus Stephanus*, qui ex XII. Codd. Mſc. aliiſque exemplaribus varias collegit lectiones. Eandem æmulatus induſtriam poſtea fuit ex noſtris *Beza*, ex Pontificiis *Brugenſis*, & *de la Cerda*, quos noſtra poſtea ætate inſecutus fuit *Hugo Grotius*, & *Curcellæus*; qui omnes Codicum inter ſe inſtituta collatione, Criticam, ſed diverſiſſimo tum ſcopo, tum eventu, exercuerunt. Vltimam tandem nuper manum impoſuit *VValtonus*, qui omnium, qui haberi poterant Mſc. & impreſſorum Codicum variantes lectiones ſtudioſiſsimè collegit & exhibuit. De ſtylo varia eruditorum ſunt certamina. Helleniſticum vocat & defendit poſt *Scaligerum*, *Heinſius*, & qui cum eo faciunt. Intercedit *Salmaſius* ſuis de Helleniſtica commentariis, funere & oſſilegio Helleniſtico. Quæ *Pfochenius* de N. T. ſtylo ſcripſit, *Thomas Gatacherus* diatribe docta recenſuit. Dialectos numeravit *Caſparus VViſsius* ſua Dialectologia, in quam cenſuræ extant *Iohannis Vorſtii*. In genere de N. T. ſtylo agit *Henricus Stephanus*; quem tractatum nuper Balduinus *VValæus* ſuo in N. T. præfixit perpetuo commentario.

Critica N.T.

II. Sed majoris operæ eſt, de *Biblijs* judicare *polyglottis*, & quantum vel laudis ſingulæ mereantur Editiones, vel vitij habeant, examinare: id quod pauci hactenus ſuſtinuerunt. Quid vel *Complutenſis*, vel *Regia* Antuerpienſis vel *Pariſienſis* polliceantur Editiones, ex præloquijs colligi poteſt. *Pariſienſis* cumprimis operosè, Editionis commendat tum elegantiam in characteribus, tum accurationem in tranſlationibus, tum perfectionem in textibus. Sed non ſa-

II. In Polyglotta.

[a] Vid. Centur. Heidelberg. pag. 184.

tis feciſſe per omnia. 1. *Interpretes*, Syrum cumprimis Ecchellenſem Maronitam, ipſi docuerunt Sorbonæ Doctores & Profeſſores Regij: Unde acerrimæ *Sionitæ* & *Flavignij* cenſuræ. Nos, prolixa diſſertatione de *Heptaplis Pariſienſibus* noſtrum expreſsimus judicium. 2. Textuum etiam numero & complemento *Anglicanâ* eſſe inferiorem, ſupra *VValtoni* demonſtravimus verbis. Hoc tamen & in Anglica obſervavimus, quod in textûs Arabici verſione cum Gallica illi ſæpe conveniat. Quid *Samaritico-chaldæa* Paraphraſis vel decori vel nævi habeat, *Methurgeman* noſter diſtinctis indicat claſsibus, quo & de reliquis; quas, ſupra Editionem Pariſienſem, oſtendit Londinenſis; Verſionibus Orientalibus, noſtram breviter ſcripſimus ἐπίκρισιν.

III. In ſingulas verſiones.

III. Quin etiam in *ſingulas* Translationes, ſingulæ & diſtinctæ ſunt *obſervationes, Cenſuræ* &c. Tres ſunt *Paraphraſtæ chaldæi*, Onkeloſus, Ionathan, Ioſephus cœcus: De quorum *ætate, ſtylo, authoritate, uſu*, prolixè ſcripſerunt *VValtonus* in Appar. *Buxtorfius* hinc inde, *Schickardus* in Bechin. happ. Nos, tum in *Theſauro philol.* tum in *Methurgem.* & *Append. Grammat. Chald. Syr.* Et quia punctatio Paraphraſium eadem in omnibus Editionibus non eſt, exhibet *Apparatus VValton.* collationes Editionis Londinenſis & Antuerpienſis Regiæ, ubi diſcrepantiæ annotantur, cum annotationibus & obſervationibus doctiſsimis.

IV. In Syriacam.

IV. Ita de *Syriaca* utriusque Teſtamenti Verſione in *genere* conſulatur *Apparatus* Anglic. VValtoni, ejusdemque *Inſtruct.* *Theſaurus Philolog.* *Methurgem.* In *ſpecie* verò ad *Veteris Teſtamenti* Interpretationem Syriacam pertinent collationes Textûs *Londinenſis* cum alijs vetuſtis Codd. Syriacis Mſc. *Vſſeriano Pocokiano* & *Cantabrigienſi*, adhibitis notis & obſervationibus circa loca illa eruditis: De *origine* & Antiquitate Translationum Syriacarum agitur in *Præfat. Pariſ.* & *Sionit.* in Pſalt. & à nobis in *Methurg.* De *Accidentibus* Grammaticis, origine præſertim & Antiquitate Punctorum vocalium Syriacorum ſcripſit *Ecchellenſis*. *Vitia* & *Virtutes* Interpretis illius Syri, qui in Editione *Pariſienſi* retinetur, examinavimus partim in *Heptaplis Pariſ.* partim in *Smegmate Orientali*. *Novi* verò *Teſtamenti* Translationi inſerviunt variæ lectiones, quarum *aliæ* collectæ ſunt in Editione *Antuerpienſi*; aliæ in Exemplari *Troſtiano*: aliæ denique in Codice *VValtoniano*. Quid differat antiquus *Quatuor Evangeliorum* Codex, qui in Bibliotheca Altorfina aſſervatur, jam etiam ab eruditis eſt obſervatum. Exemplar Notarum Grammatico-Criticarum accuratum ſatis ab amico pridem communicatum nobis fuit; de quo alibi. Scripſit & *Hackſpanius* obſervationes, ad Codicem illum Mſc. Sed & *VVidmenſtadii* præfatio in N. T. heic locum habeat. De *ipſo* textu, ejus cum fontibus convenientia vel diſcrepantia, *Ludovici de Dieu* obviæ ſunt animadverſiones in Evangelia, Acta, Epiſtolas Paulinas Syriacas &c. Hanc enim operam, contextui Syriaco magno cum labore impendit. *Tremellij* obſervationes Hiſtoricæ magis ſunt, quàm Grammaticæ. Ego vel difficilio-

rum,

Digitized by Google

rum, vel vocum uſu magis commendatorum locorum explicationem in *Grammat. chald. Syr.* & *Smeg. Orient.* exhibui.

V. *Arabicæ.* Verſiones vel *Iudæorum* ſunt vel *chriſtianorum*, & hæ iterum vel Vet. vel N. T. De *origine*, authoritate, prolixè egit *VValtonus*, tum in Apparatu tum Inſtruct. ut & *Præfat. Pariſienſis.* De uſu, abuſu, commodis & incommodis, nos verba fecimus diſſertat. de *Heptapl. Pariſ.* & *Smeg. Orient.* Collationes textûs *Londinenſis Saadiani*, cum alijs exemplaribus tam Mſc. quàm Conſtantinopolitana Editione, *Pocockius* collegit; quanquam hactenus ego impetrare à me non potuerim, ut crederem, vel *Pariſienſem* vel *Londinenſem* eandem eſſe cum *Saadiana*. Rationes meæ extant partim in *Analectis* partim in *Smeg. orient.* Obſervationes Arabico Syriacas in N. T. quaſdam dedit Hackſpanius. De *cenſuris Iudæorum*, in Saadianam Arabicam, breviter actum in *Theſauro Philologico.* Collationem Textûs *Græci* N. T. cum *Arabica* Verſione *incepit* Beza: *continuârunt* alij: *abſolverunt* propemodum *Lud. de Dieu*, & *Iob. Viccars*, Anglus: *ille* ferè per utrumque Teſtamentum, *hic* per Pſalterium. *Vſum* ejus in Theologia Exegetica oſtendimus in *Analectis* & *Smeg. Orient.* Certum enim eſt, ad ritus, ceremonias Orientalium ejusmodi Translationes multum conferre, ut locis citatis operosè monuimus. V. In Arabicam.

VI. In *Perſicam* Pentateuchi verſionem *Tuſij* extant notæ in Appendice Anglicana, ut & *Gravij* in quatuor Evangelia. *VVhelocus* in ſuam Evangeliorum Editionem, paulò dedit prolixiores: ſed & de Verſionibus *Perſicis*, tum in *genere*, tum ijs in *ſpecie*, quæ in Biblijs occurrunt πολυγλώττοις, *VValtonus* diſſeruit in *Apparat.* & *Inſtruct.* Nos in *Metburgeman.* & *Bibliotb. orient.* Prima hæc ſunt, & ſuperioribus ſeculis ferè ignota, collationum ſtudia, ex Perſicis etiam textibus inſtituta. VI. In Perſicam.

VII. Plures brevi tempore *Samaritanus* Pentateuchus tum originalis tum translatus, occupavit. De *illius* laboratum ſtatim fuit *autboritate.* Eum nimium extollere volebat *Morinus*, qui purum putum dixit ſe inveniſſe Moſis Pentateuchum. Ei contradixerunt ex ipſis Pontificijs *Simeon de Muis*, *Flavignius* &c. Ex noſtris, *Vſſerius*, *Buxtorfius*, *Taylor & Bootius* Ego *Exercitationes* Morino oppoſui, ex ipſo contextu Samaritano erutas. Plus etiam æquo ei detulit *Ludovicus Capellus*, cujus aliquando rationes Epiſtola prolixiori examinavi, ſed eſt ἀνέκδοτος adhuc illa. Inſtitutæ etiam ſunt collationes contextûs utriusque Iudaici & Samaritani: Initium earum pridem feci, annotatis lectionibus differentibus ad Codicem Hebraicum. Accuratior verò poſtea ζυμβιβάσις inſtituta, diſcrepantiæ omnes collectæ, loca etiam in quibus Samaritanus contextus cum Verſione LXX. Virâli convenit (in cujus rei rationem alibi à nobis inquiſitum eſt) uterque verò ab Hebræo recedit, in *Append. Londin.* *Morinus* in opuſculis ſuis varias lectiones & antiquis Textûs Hebræo Samaritani VII. In Samaritan.

Codicibus collegit, textum qua à Iudaico diſcedit, cum antiquis translationibus comparavit: Annotationes in Translationem Pentateuchi Hebræo Samariticam conſcripſit, de Legis ſectionibus Samariticis, colis, Periodis, alijsque notulis monuit. De *diſcrimine* Codicis Hebræo- & Chaldæo Samaritani inſtruunt notæ Textui Samarit. in Edit. Londin. ſubjectæ. *Paraphraſeos Chaldæo-Samaritanæ* vitia & virtutes prolixè conſcripſimus in noſtro Methurgeman. *Arabico-Samaritanæ* verò Verſionis ſpecimen, quantum à fontibus recedat, inſeruimus Bibliothecæ Orientali. Obſervationes aliæ & annotationes ad textum Samaritanum ſpectantes, in *VValton*. Appar. & Inſtruct. & Append. occurrunt

VIII. Æ-gyptias. VIII. In *Ægyptiacam* Verſionem, quam Romæ extare alibi diximus, nihil videre contigit, niſi quæ Kircherius hinc inde habet, VValton. in Appar. & nos in Methurgeman noſtro de Ægyptiorum varijs Verſionibus monuimus. Nec quicquam exſpectari tamdiu poterit, donec copia publici juris fuerit facta.

IX. In Æthiop. IX. De *Æthiopica* judicium ferri poteſt, in *genere* quidem, ex Apparatu *VValton.* & *Biblioth.* noſtra *Orient.* In *ſpecie* appendix Londinenſ. obſervationes habet in Pſalmos, Canticum & N. T. quas compendio & in ordinem redactas exhibet noſter Methurgeman. In Epiſtolas Iacobi, Iudæ, Iohannis tres, Prophetiam Ionæ, libellum Ruth, quatuor priora Geneſeos capita, Verſionem cum Notis Philologicis ediderunt *Niſſelius* & *Petræus*. Sed & *Ludov. de Dieu* ſuas ſubinde ex Textu Æthiopico auxit obſervationes N. T.

X. In Græc. X. *Græcas* Translationes utriusque Teſtamenti eſſe plures, ſupra jam monuimus. De *LXX. Virali* plena ſunt eruditorum ſcrinia. De *numero*, *patria*, *modo* translationis &c. extat Syntagma *VVovveri*, *VValtoni*. Appar. &, poſt *Schickardi* Bechin. Happeruschim, Theſaur. & Methurgeman noſter. Sed & de ijsdem in *genere* Chamierus, Rivetus, Altingius, Buxtorfius, agunt hinc inde prolixè. In *ſpecie*, quidam rivulos Græcos fontibus Hebræis præferre ſunt conati. Ita ex *Pontificijs* plures, præſertim *Morinus*: ex noſtris facem prætulit Lud. Capellus; ſequuti ſunt alij, nuper Iſacus Voſsius, cui Doctor Hornius, primùm, poſtea D. *Schotanus*, & *Hulſius* reſponderunt. Et ille quidem tum *Epocham* Mundi, contra LXX. vindicavit, tum integram de LXX. Interpretibus, peculiari diatribe, materiam aggreſſus eſt. Ego etiam æram Hebraitam in *Methurgem.* breviter defendi. De Codicum noſtrorum *integritate*, & an, quæ hodie LXX. Interpretum nomine circumfertur, jure tribui illis poſsit, varia eruditorum extant judicia. Affirmativam tuetur *VValtonus*; negativam *Vſſerius* integro tractatu: nos medium tenemus. Sed & plures in ipſum contextum ſunt *notæ Criticæ*, cujusmodi ex Appendice Anglicana ſupra citavimus *Flaminij Nobilij*, *Hugonis Grotij* &c. Habeo Codicem Editionis Argentinenſis 1526. quo *Bibliander* noſter fuit uſus, magnóque labore tum cum fontibus, tum etiam alijs ver-

ſionibus

ſionibus contulit, aliterque diſtinxit, & id omnino curæ habuiſſe videtur, ut caſtigatiorem daret Editionem. De *diſcrimine* Veterum & novorum exemplarium, Editione cumprimis *Origenica*; Prototypis, ex quibus noſtra omnia prodierunt ἔκτυπα, ex profeſſo, peculiari Syntagmate egit *Vſſerius*, ubi & affinem de Cainane pertractat materiam. In Novam N. T. Editionem Græcobarbaram, quam docta munivit præfatione *Maximus Hiero-monachus*, nihil vidi; Ipſis nondum ſatis videtur Græcis innotuiſſe; Europæis autem noſtris rarior eſt.

XI. Ad *Latinam* ergò *Vulgatam* accedimus, in quam extant 1. *Variæ lectiones* Steuchi & aliorum, de quibus ſupra. De *Origine*, authoritate, virtutibus & vitijs prolixè ſcripſerunt *Rivetus*, *Chamierus*, *Amama* (cujus & in Antibarbaro, & Cenſura Vulgati Interpretis in hoc ſtudij genere primæ ſunt partes) *VValtonus*, *VVovverus*; nos etiam in *Hodeget*. P. 1. *Apolog*. ejuſdem, & in *Theſauro Philol*. Obiter & incidenter caſtigata hinc inde fuit ab *Eraſmo*, *Valla*, *Beza*; defenſa à Bellarmino, Morino, Lapideo; ex noſtris *Heinſius* contra Bezam authoritatem ejus ſæpe defendit, archaiſmos excuſat & oſtendit *Dietericus*; ex *Reformatis* Pellicanus & Oſiander Vulgatam caſtigare, quàm novam cudere maluerunt. *Eraſmus* primus fuit auſus Vulgatæ authoritatem publicè convellere, novámque N. T. Editionem edere. Eam probavit Pontifex, &, ex eruditis, plerique. Alij tamen, quibus priſca magis placuit barbaries, ſtylum mox in ipſam ſtrinxerunt. Eraſmo ſe oppoſuit. 1. *Edoardus Leu*, quo cum ſerram Eraſmus aliquandiu reciprocavit. Vnde *Edoardi Lei*, Angli annotationes adverſus annotationes Eraſmi in N. T. Item Eraſmi liber unus, quo convitijs Leicis reſpondetur, Quibus etiam accedunt Eraſmi libri duo ad annotationes Edoardi Lei, & viceverſa duo Lei, contra Eraſmum. Sed & Recriminationem *Gertophius* adverſus Leum; qui primus eſt auſus Eraſmum luto adſpergere; ſcripſit. 2. *Natalis Beda* etiam novos Eraſmi conatus allatravit, cui opponitur, Prologus Eraſmi Roterodami in ſupputationem calumniarum, Natalis Bedæ; Reſponſiunculæ ad Propoſitiones à Beda notatas: Elenchus erratorum in cenſuris Bedæ. 3. *Iohannes Lopez Stunica*, quædam in quaſdam Eraſmi notas obſervavit. Reſpondit ei Eraſmus primum breviter; poſtea prolixiorem ſcripſit contra eundem Apologiam, ubi de Vulgata agitur, & ijs potiſſimum locis, quæ in cauſa Deitatis Filij pervertiſſe dicebatur. Prodijt & ejuſdem *Apologia*, palàm refellens quorundam ſeditioſos clamores apud populum & Magnates, quibus ut impiè factum jactitant, quod in Evangelio Iohannis verterit: *principio erat ſermo*: & libellus Iacobi Ziegleri Landavi Bavari adverſus Iacobi Stunicæ maledicentiam pro Germania. 4. *Sanctij Carranzæ* extat defenſio contra Eraſmum. Eodem facit Appendix de Antapologia *Petri Sutoris*, & ſcriptis Iodoci Clichtovæi: Conſule de eadem re Epiſt. Eraſmi ad Dorpium, & pag. 73. Epiſt. ſelectarum. Cur Eraſmus Anti-trinitarijs favere fuerit viſus, ab alijs notatum

XI. In Latin.

eſt: Ipſi tamen Anti-trinitarij ab hoc reatu videntur eum liberare. Adeò enim clara de Deitate Filij & Spiritûs S. in Paraphraſi ſua habet teſtimonia, ut ferre illa Anti Trinitarij nullo modo potuerint. Habeo exemplar Editionis 1523. quod Anti-Trinitarij gloſsis & cenſuris (Socini, Serveti &c. aut cujus manus ſit, non ſatis liquet, ego vel Socini, vel Ochini potiùs, manum eſſe puto) miſerè corruptum eſt. E G. Epiſt. ad Rom. 1. pag. 11.b. in phraſi declaratus eſt æterni Dei *æternus* eſſe Filius, vocem *æternus* delet. c. 8 pag. 35. Communem hominum naturam *aſſumſit*, del. *aſſumſit*. Paulò poſt expungit verba, *ſecundùm carnem aſſumptam*. P. 40. del. *cui* (Deo patri) *per omnia par eſt*. P. 51. b. Chriſtum *Deum*. P. 61. del. *factus homo*. Epiſt. 1. ad Corinth. pag. 87. del. *ſub homine latuiſſe Deum*. P. 90. b. del. *Chriſtum verum Deum fuiſſe pariter, & verum hominem*. P. 102. *Spiritus Dei noſtri* arcano afflatu efficacia ſunt Eccleſiaſtica Sacramenta. P. 118. b. del. *Chriſtum, de quo primum ſic temperavi ſermonem, ut eximium quendam hominem fuiſſe docerem, ac velut ob egregiè geſta in divos relatum, non Deum & hominem aſſeverans, quòd hujus myſterij ſcirem illos nondum eſſe capaces*. Epiſt. II. ad Corinth. c. 8. p. 161. b. del. *Divinitatis ſuæ: homo factus*. pag. 17. del. ac bonitatem *Spiritus Sancti*. Ib. Individui *ternionis*. Ad Gal. 3. pag. 189. b. del. *ſic medius interponens ſe inter Deum & homines, ut ipſe naturam in ſe utramque complecteretur, utramque alteri conciliaturus*. Ad Epheſ. c. 1. pag. 210. del. *æterno conſilio*. pag. 211. del. donec impleretur tempus ab ipſo præfinitum, huic arcano mortalibus aperiendo, quoniam abolitis ſuperiorum temporum diſpendijs, per quæ felicitas fruſtra quærebatur, alijs per obſervationem legis Moſaicæ, alijs per ſtudium Philoſophiæ, alijs per ſuperſtitioſam religionem cultúmque dæmonum. Summa cunctorum quæ ad veram innocentiam verámque beatitudinem pertinent conferretur in unum Chriſtum, extra quem nihil jam eſſet cuiquam expetendum, cùm ab hoc unico fonte peti poſſet, quicquid bonorum vel cœlum habet vel terra. Hunc enim *Pater Deus caput omnium eſſe voluit, ab hoc uno voluit omnes pendere, ab hoc ſperari, quicquid verè ſit expetendum, huic acceptum ferri, quicquid nobis ſua benignitate largitur*. pag 212. b. del. juxta naturam humanam, unde & Chriſtus *habet ut ſit Deus* pag. 213. del. ob *corpus aſſumptum*. pag. 215. b. del. *cùm eſſet Deus &* idem homo juxta carnem. pag. 217 b. del. *ab æterno*. Ib. del. qui *aſſumpto corpore humano*. Ad Coloſſ. Cap. 1. pag. 246. b. del. Ipſi ut ſimillimum, *ita etiam æqualem. Neque enim minus ſapiens eſt, aut minus potens, aut minus bonus quàm Pater*. Ib. del. *ab æterno*. pag. 247. del. *non conditus. Simúlque cum Filio*. Ib. del. hac quoque in parte *Patri compare & con-*

Digitized by Google

& conſorte Ib. b. del. *ut ipſe conditus non ſit.* Ib. del. ſic enim Patri viſum eſt, ut in *Filium transfunderet plenitudinem omnem Divinæ poteſtatis ac bonitatis*, quæ ſic in illo maneret ut non eſſet opus quicquam unquam aliunde petere, cùm nihil velit aut poſsit Pater, quòd idem non velit ac poſsit Filius. Ib. del. *quem in hoc ipſum voluit mortale corpus aſſumere.* Epiſt. 1. ad Timoth. pag. 8. 6. del. *factus homo.* pag. 12. del. *Deus*, &c. Decuit, ut *qui inter Deum & homines arbiter concordiæ intercederet, cum utrique haberet aliquid commune, & Deus apud Deum intercederet, & homines homo reduceret* in gratiam. pag. 18. del. ut homo etiam juxta carnem: juxta Spiritum Ib. del. *propria virtute revixit.* p. 31. b. per adventum Servatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui del. *ſumpto mortali corpore.* Ad Tit. c. 2. pag. 47. cum Patre apparebit del. *eadem gloria.* Ad 1. Pet. c. 1. pag. 56. del. *æterno conſilio.* Id. pag. 58. b. pag. 59. del. *Chriſtum noſtra omnium ſalutis cauſa factum hominem.* p. 60. b. del. *ab æterno.* Ib. *homo factus.* pag. 69. del. *corporis quod aſſumpſerat.* Ad 1. Epiſt. Ioh. c. 1. del. pag. 123. *ab æterno.* Idem Deus & homo, qui cùm nunquam non fuerit Dei Filius; nuper voluit eſſe virginis filius, & qui juxta Divinam naturam erat humanis oculis inviſibilis, dignatus eſt humanum corpus aſſumere. pag. 122. del. *Deus. Semper.* p. 132. del. *ſemper fuit.* p. 136. del. *aſſumpto corpore humano.* Ib. b. del. vel *Divinam naturam adimens*, quam eandem habet *cum patre*, vel humanam, quam accepit ab homine matre. ad cap. 5. p. 139. del. *aſſumpto noſtro mortali* corpore. pag. 140. del. *Deum pariter atque hominem.* Ib. del. *Pater eſt amor, Filius nuntius, ſpiritus ſuggeſtor.* In Epiſt. ad Hebræos c. 1. p. 146. b. del. *æterno ſuo conſilio.* Ib. *Nec mirum ſi voluit Filium habere ſecum commune Dominium totius orbis, cùm per illum condiderit orbem univerſum ſermone condidit, ac Filius Patris æterni ſermo eſt* æternus. pag. 147. del. ſed *ut eadem fuerit poteſtas condentis Patris ac Filij. Neque enim ſic eſt Filius Dei Jeſus Chriſtus, quemadmodum homines pij nonnunquam dicuntur Filij Dei; quòd illius præceptis obediant, ſed quod à Deo Patre genitus ſit genitus, ut eadem ſit illi natura cum Patre. Et tamen cum eſſet æternus ſplendor paternæ gloriæ, veluti lux manans à luce, & imago expreſſa ſubſtantiæ illius, per omnia ſimilis & æqualis illi à quo naſcitur, cúmque non ſolùm ſit conditor omnium, verùm etiam condita moderetur, ac verſet nutu juſſúque omnipotenti ſuo ſimul cum omnipotente patre, videte quo ſe noſtra cauſa demiſerit. Aſſumpſit humanam naturam noſtræ conditionis injurijs*

obno-

obnoxiam, ac moriens in crucis ara ſeipſum hoſtiam immolavit pro noſtris peccatis, cúmque antehac ſacerdos Moſaicæ legis pecudis ſanguine ſoleat expiare peccata, hic ſuo ſacro ſancto ſanguine expurgavit delicta totius humani generis, atque ex hac demiſſione ſui, tantam ſibi paravit gloriam, ut redivivus ac reverſus in cœlum conſederit dexter Dei Patris majeſtati, in qua ſemper illi fuerat æqualis juxta naturam Divinam. Ibid. b del. ſiquidem Angelos ex nihilo condidit, *Filium è ſua genuit ſubſtantia, per omnia ſimilem atque æqualem.* Ib. del Nimirum honorantur famuli, *ſed adoratur Filius, qui Patri eſt æqualis.* pag. 149. del. ſed *Deum humano indutum corpore* Ib. b. del Atque ut non poterat nos evehere ad immortalitatis conſortium, *niſi Deus eſſet*, ita non conveniebat, ut is qui condidiſſet omnia, & cujus moderatione gubernarentur omnia, ſineret in totum perire, quod condidiſſet. Vbi verò regnum Filij, ſi ſolus eſſet apud Patrem? Ita decere viſum eſt, ut Filius author ac princeps ſalutis &c. Ib. Ideo *corpus humanum aſſumſit* ut homo hominem purificaret. pag. 150. del. aſſumere carnem humanam. Ib. Chriſtus, ut illius aſſumta natura frater aut cognatus illi fieret. Ib. b del. conditor ac p. 158. del. juxta *divinam naturam*. pag. 166. del. indueret corpus humanum. pag. 167. del. qua ad tempus tegebatur apud homines illius Divinitas. En Sacrilegam harpyæ manum, & impudentiſsimum Indicem Expurgatorium! Sed ſatis de Eraſmo. *Pagninus* ſucceſsit in V. T. qui textum Hebraicum verbotim, & ita quidem reddidit, ut magnus ſcripſerit *Theologus*, Pagnini [a] verſioni *proprietatis* palmam deberi, *elegantiæ* Tremellij & Iunij, & *perſpicuitatis* Piſcatoris. Hanc Pagnini Tranſlationem ſenſu magis exprimere ſtuduit *Arias Montanus*, ut ex poſterioribus patet Editionibus. In hanc Pagnini Verſionem cujusdam ἀνωνύμου prodierunt obſervationes, quas cum reſponſis Arias Montanus Præfat. Bibl. Interlinear. præfixit. Paucæ admodùm ſunt, & quæ opus potiùs commendant, quàm ſuſpectum reddunt. Sed & judicium *Facultatis Theologicæ Lipſienſis* παροράματα quæ in utroque Teſtamento irrepſiſſent, tangit, originem ejusdem atque progreſſum indicat. Encomia hujus Tranſlationis apud noſtrates obvia ſunt. *Iſidorus clarius*, Brixienſis Epiſcopus, *Pagninum* ſequutus, eo nomine in Pontificiorum incidit cenſuram, quòd cùm novam penè daret, veterem tamen correxiſſe præ ſe tuliſſe. In *Munſteri* Verſionem nihil hactenus obſervavi, quod magni viri meritis derogaret: quòd uſu minùs videatur recepta, Seculi vitium eſt. *Tigurinorum Verſio* laudata ſemper fuit, à Pontificijs etiam ſcriptoribus plerisque, tum verbis, tum etiam iteratis in Gallia & Hispa-

nia

[a] Alting. Problemat. nov. pag. 137.

nia typis. *Primus* in eam, anſam fuit, arietare Lutherus privatâ, ſed admodum virulenta ad Froſchowerum Epiſtola, publicis verò impetere ſuſtinuit ſcriptis *Genebrardus*, & Joh. *Schluſſelburgius*, à nobis alibi fraudis convictus, ſed breviter: operosè & ex profeſſo hoc ſeculo *Gretſerus*, criſtas erexit quòd ægerrimè ferret, Editionem Reformatorum Theologorum ab *Hiſpano* Theologo *Ferdinando de Eſcalantes* adeò luculenter commendari. Sed masculè convitia Ieſuitæ profligavit, *Iohannes Iacobus Huldricus*, ſuis pro Translatione Tigurinorum Latina vindicijs: Quòd *Draudius*, eandem operam ſuis vindiciis præſtitiſſe *Lychardum Neocomenſem* indicat, de eodem authore κατ' ἀναγραμματισμὸν intelligendum eſt. Scripſit etiam *Gretſerus* cauſſæ ſuæ admonitionis ad exteros *defenſionem*. Cui *Huldricus* reſponſum paraſſe jam videtur, quod tamen, aliis intervenientibus occupationibus, ſuſpenſum fuit. Reſponſi διατύπωσιν, ex autographo, *Bibliothecæ Tigurinæ* adjecimus. Quæ in Germanicam Tigurinorum Editionem ſparſim *Foreri*, & aliorum extant ſive convitia, ſive injuriæ, illis ſatisfactum à nobis hinc inde eſt, præſertim in *Hodegetico* [a] noſtro, & *Apologia* [b] ejus Epiſtolica. Quæ *Vatabli* nomine vulgata eſt Translatio, Tigurinæ per omnia non reſpondet, quod obſervatum hactenus non ſatis eſſe, miror. Vatabli certè editio, mixta, pro Tigurina pura habenda non eſt. Sed & *Zuinglij* Verſionem Pſalterij Latinam, non diſplicuiſſe eruditis, vel hinc patet, quòd ſemel atque iterum, ſuppreſſo nomine, Lucernæ, &c. fuit edita. De *Caſtalionis* editione moderatiorum etiam judicium eſt, inter eas illam referendam, quas meliùs fuiſſet non natas, aut ſtatim interijſſe. Puerilem interpretationem alij vocant. Profano terminorum ſelectu, auribus magis quàm cordi conſulere viſus eſt. *Beza*, præ cæteris, tum in Notis ſuis, tum peculiari ſcripto ſive reſponſione ad defenſiones Sebaſtiani Caſtalionis, quibus ſuam N. T. Interpretationem tueri, & ejus viciſſim verſionem reprehendere voluit. *Bezæ* Verſionem verſus ubique receptus & dictionis caſtimonia commendat. Eam tamen hinc inde ſugillat *Daniel Heinſius* in N. T. & *Hugo Grotius*; vindicat Crojus. *Tremellij* & *Iunij* diverſæ ſunt Editiones. Sed & diverſiſſima [c] de ea judicia. Nimiam in ea multi reprehendunt libertatem. Inſtituta tamen collatione obſervavi, non malè virum aliquando magnum monuiſſe, pleraque ejus ſupplementa ex Rabbinorum Grammaticorum petita Commentarijs, ut nihil facilè in expoſitione Grammatica de ſuo addiderint. Exempla magno numero præſtò ſunt. Plus, meo judicio, admirationis labor ille meretur, quàm invidiæ. Iudicioſo *Piſcator* Iunio proximè accedit; qui tamen, ubi recedendum ſibi arbitratus, recedendi libertatem publicè quæſivit. Tota Editio ejus Latina non prodijt. Specimen in *Pſalterio* dedit & *Iobo*. *Tremellij* Verſionem Syriaco-Latinam *Genebrardus* flagellavit, cui ſcriptum doctum & elegans *Iunius*, ſub nomine *Specularij*, oppoſuit. *Coccej* & *Terſeri* fragmenta (illius *Pſalterium*, hujus *Geneſis*) noſtra

Y tantùm

[a] P. 1. pag. 134. [b] P. 97. [c] Vide Falcic. Diſput. Heidelb. pag. 243.

tantùm ſunt: Ab *illo* tamen in hoc ſtudiorum genere nihil niſi accuratum exſpectari poſſe, perſuaſum habemus. *Friſianæ* etiam Verſionis reliquias ſupereſſe, in *Bibliotheca Tigurina* indicabimus. Verſiones *Germanicæ* ſuas quoque habent cenſuras. *Lutheri* opera à multis Pontificijs, *Emſero* præſertim fuit accuſata. Defenſa ab alijs. Vnde Miniſtrorum Verbi apud Conſtantiam ad P. *Antonium Piratam*, N. T. à Luthero verſi impium calumniatorem, admonitio. Ejus in Epiſtolam *Iacobi*, quam vocavit *ſtramineam*, inſcripto, Apologia modeſta [a] fuit excuſanda. De *Biblijs Tigurinis* Germanicis ſupra quædam monuimus. Encomium eorum habet *Pareus*, Præfat. in Edit. Neoſtad. & *Beza* in Iconibus. *Piſcatori* inſultârunt *Fladungus* & *Roderus*, quibus prolixo ſcripto reſpondit Piſcator, & ita quidem, ut non modò textus controverſos judiciosè explicaret, ſed & ſecundùm locos communes, eos præſertim, in quibus nobis Lutherani movent litem, ab exceptionibus maſculè vindicaret. Illud mirari ſubit, quòd illi in *Piſcatore* deſiderârint judicium, qui ejus verſionem magnam partem ſunt ſequuti. Breve, de *pleriſque* noſtræ & ſuperioris ætatis Translationibus judicium dedit author vitæ *VValæi*. Germanicæ *Pontificiorum* eadem notantur cenſurà, qua Vulgata Latina. Illud dolendum eſt, quòd, ut Vulgatam commendent, adeò liberè in Codices Hebræos & Græcos authenticos Editores invehuntur. Et nuperæ quidem editionis Moguntinæ elegantiſsimæ cæteroquin & verè Germanicæ, veſtibulum eodem laborare nævo, deplorandum. Non negant, fontes præferendos rivulis: Nec inficiantur, Textum Hebræum Veteris & Græcum N. T. eſſe fontes; negant tamen illimes ampliùs illos fluere. Quo certè διδομένῳ Scripturæ Sacræ vix plura largiuntur, quàm Muhammedani, qui non negant, Iudæos Legem à Moſe accepiſſe, Chriſti diſcipulos Evangelium; negant tamen fideliter ad nos fuiſſe translata. Cautiùs video hactenus Theologos Romanos loquutos eſſe in *Gallia* & *Hiſpania*, qui non facilè Vulgati authoritatem cum fontibus ipſis; quos prærogativæ jus nolebant habere controverſum; commiſerunt. *Belgicæ* Verſiones multis anſam præbuerunt prolixiùs ſcribendi. In *Veterem* extant collationes *Sixtini Amamæ*, quas inſtituit operosè Lingua Vernacula, & doctè, ut novæ Verſionis commendaret neceſsitatem. Hac ipſa occaſione & *Ludovicus de Dieu* ſuas in S. ſc. ſuſcepit Animadverſiones. In ipſam verò *novam* Editionem ita Theologi Belgæ commentati ſunt, ut cæterarum etiam Eccleſiarum tulerint puncta. *Anabaptiſtarum* Belgicam adorſus eſt Abrahamus Coſterus; *Gallicam* Cottonus, cui ſemel atque iterum latranti os obthurârunt Theologi Genevenſes *Turretinus* & *Tronchinus*. Reformatorum *Anglorum* Verſioni inſultavit *Georgius Martinus*, quam defendit *VVilhelmus Reginaldus*. Notas verò in eam Exegeticas prolixas ſatis nuper dederunt Theologi Angli; ſupplementum *Vſſerius*.

CAP.

[a] Vid. Alting. Elenct. Nov. pag. 31.

CAPUT. V.

DE CRITICA BIBLICA.

Ad hanc Criticam pertinent 1. *Lexica* Biblica. 2. *Concordantiæ*. 3. *Encyclopædia* ſacra. 4. *Commentatores* Critici.

QVid *Critica Sacra* nomine veniat; quàm eximius non modò, ſed neceſſarius ejus in explicatione Scripturæ ſacræ ſit uſus, alibi diximus [a] Certum eſt, turpiter eos falli, qui per ſobriam Philologiam, ſive, quod idem eſt, Criticam Sacram, Grammaticam heic ſomniant jejunam, & quæ à ſolida Theologia ſit aliena. Non in ſubtilitate Scholaſtica, aut Rhetorica δεινότητι Scripturæ explicatio; ſed in accurata & ſolida tum textûs literalis explicatione, tum nervoſa ejus applicatione (quorum utrumque ex hac Criſi, id eſt, fontium inſpectione & examine, quod bonus tantùm pollicetur Criticus,) conſiſtit. Ad hæc ſtudia Critica multum conferunt 1. *Lexica Biblica*, cujusmodi varia ſunt, & alia quidem V. T. magis *Grammatica*, qualia Theſaurus & Manuale *Buxtorfij*, in quibus non modò vocum ſignificationes oſtenduntur; ſed & ratio Grammatica ex Rabbinorum ſcriptis enucleatur. Alia ſimul *Exegetica*, & locorum difficiliorum explicatoria, idque vel ex Rabbinorum ſcriptis, quale eſt Lexicon *Pagnini*, cujus & *Epitomæ* extant, & *diverſæ* Editiones. Illa commendatiſsima eſſe poteſt, quæ auctior prodijt notis *Merceri*, *Cevallerij*, *Bertrami*; ubi voces & phraſes obſcuriores ex tota antiquitate Iudaica, ſcriptis præſertim exegeticis, examinantur. Alia ex collatione Tranſlationum, Chaldææ, LXX. Latinæ inſtituuntur. Tale eſt Lexicon *Schindleri*, quod multis placere poteſt nominibus, tum quia ſignificationes diſtinctiſsimè proponit; tum quia obſcuriora loca eleganti verſionum συνθέσει illuſtrat, tum denique, quòd ipſarum inter ſe Linguarum Orientalium harmoniam oſtendit. Illud ſæpe deploravi, formoſiſsimum fœtum in obſtetricum malefidarum incidiſſe manus. Neque enim ita ille prodijt in lucem, ut formatus initio erat ab authore. Quid in hoc potiſsimùm ſtudiorum genere deſideremus, & qua ratione medela incommodo afferri debeat, alibi, exhibito ſpecimine, monſtravimus. Huc pertinet, ex *Hebræis* liber Radicum *Kimchij*, qui quidem; etſi in Lexico Pagnini magnam partem tranſſcriptus ſit; negligi tamen non debet, tum propter animadverſiones margini additas, tum quòd ex eo, ceu fonte, reliqui ſua mutuârint. Neque illa poſthabenda *Lexica* ſic μονόγλωττα, ſive πολύγλωττα, in quibus vocum

[a] Centur. Quæſt. Theolog 208.

Hebraicarum vel radices obſoletæ ex vicinis Linguis reſtituuntur, vel vocibus obſcurioribus ex eodem Principio lux affertur. Palmam hîc deferimus Lexico Polyglottato *Londinenſi*: nos utrumque tum in *Smegmate Orientali*, tum in *Lexico* noſtro *Harmonico* intendimus. Sed & Lexica *Synonymica*, quæ Synonymiam vocum Hebraicarum oſtendunt, quale *Ohel moed*, inſigni hic ſe commendant uſu. *Græca* Novi Teſtamenti ſunt, *Paſoris* potiſſimum Lexicon, Manuale, Syllabus: & Sylloge *Suiceri*. *Latina Lexica Biblica* magno prodierunt numero. Extant nonnulla in Veterem *Vulgatam*, & à noſtris & à Pontificijs edita, ſub finem, ut plurimum, Exemplarium obvia. Sed imperfecta hæc ſtudia fuerunt, ut alia, ante Reformationem: Poſt quam plura in hoc ſubſidij genere præſtitit *Flaccus Illyricus* in ſua *clavi*, quæ magni tum laboris, tum uſûs opus: majorem tamen reliquit utriusque campum *Ravanello*, Theologo Gallo; cujus *Bibliotheca Sacra*, opus eximium eſt, & ſtudio Practico accommodatiſſimum: non Indice tantùm Lexico perfectum, ſed & tractatione Logica perſpicuum. Hoc tamen nomine ſeipſum ſuperaturum, ſi ex fontibus potiùs, quàm ex Translationibus ſignificationum fundamentum depromeret. *Germanica* Lexica Editiones habent pleræque majores, ad calcem: Ita *Lutherus*, *Tigurini* *Belgæ*, &c. *Piſcator Indicem Biblicum*, quo ſtudia Theoretica non minùs, quàm Practica juvari poſſunt, ſeorſim exhibuit. Cætera, quæ ad reliquas intelligendas faciunt verſiones, Lexica, *Syriaca*, *Arabica*, *Æthiopica*, *Samaritana*, ſuo loco, ubi ſupellectilem dabimus Philologicam, ſequentur. Sed præter *generalia* Scripturæ S. Lexica, *ſpecialia* etiam occurrunt. In pleriſque Editionibus *Vulgatis* extat Lexicon *Hieronymi* nominum propriorum Hebraicorum, Chaldaicorum, Græcorum &c. quod caſtigatiùs *Stephani* & *VValtoni* opera prodijt. *Paſor*, appendicis loco N. T. nomina propria recitavit. Hanc ἑρμηνείας partem ex profeſſo tractavit Iohannes *Druſius* ad voces Hebraicas N. T. Ita & *And. Althamerus* Indicem conſcripſit propriorum nominum, virorum, mulierum, populorum, montium, fluviorum &c. Obſervavi tamen, Veteres in explicatione vocum Hebraicarum ut plurimum moroſiores eſſe, & Grammaticos magis, quàm Hiſtoricos, id eſt, qui Grammaticæ potius attendant analogiæ, quàm Hiſtoriæ complemento: quod tamen in iſtis fieri non debere, ipſi Hebæorum notârunt Magiſtri.

II. Concordantiæ.

II. Lexicis Biblicis *concordantiæ* ſunt proximæ. Eſt autem Concordantiarum ſtudium, Maſoretharum Veterum quædam δευτέρωσις. Initium in *chriſtianorum* ſcholis factum animadvertimus, complementum verò à Iudæis acceſſiſſe. Incunabula *Antonio Patavino*, qui an. Chr. 1230. floruit, quidam ferunt accepta: ſed conjecturis potiùs, quàm authoritate ducti. *Hugoni Carenſi*, ſive de Caro, Dominicano & Cardinali, qui an. Chr. 1245. claruit primas Concordantias alij tribuunt, ut *Sixtus Senenſis*. Sed utrique ſua videtur deberi laus. Illi initium Concordantiarum *Moralium*: huic *Grammaticarum*, quas 500. Fratrum

operâ

Digitized by Google

operâ collegit. Et habemus quidem editionem de anno 14 6. operâ *Iohannis de Secubia* D. Theologiæ, Concilij Baſileenſis, typis verò Petri de Langendorf, & Iohannis Frobenij de Hämelburg, (præmiſſa dedicatione *Sebaſtiani Brant*, ad Iohannem Geyler & Keiſerſperg. ex qua, quàm olim rara fuerint ſtudia Biblica, apparet) ubi & Concordantiarum *S. Iacobi* fit mentio. Hanc Editionem aliæ deinceps ſunt ſequutæ Concordantiæ & Indices, *Pellicani* cumprimis, *Stephani* &c. operâ auctæ. Abſolutus utriusque Teſtamenti *Index* ex Hervagij prodijt officina an. Chr. 1568. *Latinorum* ſtudium æmulati ſunt *Hebræi* & *Græci*. Ex *illis* erat R. Nathan, quem R. *Iſac Nathan*, alij *Mardochai Nathan* vocant. Binominem quidem eſſe voluerunt, & quidem occaſione morbi, quæ mutandi nominis conſuetudo non infrequens Iudæis eſt, qui circa an. Chr. 1438. Chriſtianorum induſtria, ſe ad conſcribendas Concordantias Hebraicas, excitatum monet. Glaciem hic fregit, ſed felicius in hoc navigavit Oceano *Buxtorfius*. *Illius* enim Methodus confuſa eſt, obſcura, difficilis, plebeja & injucunda: *Hujus* clara, ordinata, artificioſa, facilis, & jucundiſſima. Quid, vel in alijs Editionibus, vel Nathanis opera, vel prima *Reuchlini* translatione, hic deſiderârit, ex inſigni Concordantiarum Hebraicarum opere patet. Voces *indeclinabiles* & nomina propria adhuc expectamus. De quorum tamen ſupplemento ſpem non ſemel fecerunt eruditi, *Troſtius* cumprimis & *Ravius*. *Chaldaicas* Concordantias pleniſſimas, ne quidem neglectis particulis Indeclinabilibus, *Buxtorfius* etiam primus dedit. In *Græcia* initium defertur Euthalio cuidam Rhodo, qui, non longè poſt Concordantias *Hugonis*, memoratur, Græco ſermone, collegiſſe opus Concordantiarum in univerſa Biblia, ſed ignotus ferè eſt Europæis hic & author & labor, & authoris ætas; annus vulgò ei aſſignatur 1300. Compenſatus ſuperiori ſeculo à *Xyſto Betuleio*, *Henrico Stephano*, (quanquam velint alij, ob varia ἀγνήματα, Editionem 1595. Stephani potiùs mandato, quàm opera prodiiſſe,) & nuper *Eraſmo Schmidio*, Profeſſore VVittebergenſi, quod ſuum ταμιεῖον; ita Concordantias vocat, vult, hactenus uſitato correctius, ordinatius, diſtinctiùs & plenius lucem ſubiiſſe. Sed & in Veteris Teſtamenti *Verſionem LXX. Viralem* habentur *Conradi Kircheri* Concordantiæ, magno quidem labore, ſed non ſatis judicioſè collectæ, dignæ proinde, ob ſingularem uſum, ut à Viro Linguarum Orientalium perito ſub incudem revocentur. Ampliùs certè in iis caſtigandis campus relictus. *Germani* etiam Concordantias conſcripſerunt tum *Syſtematicas*, ut *Agricola* & alij; tum *marginales*, cujusmodi in [illegible] occurrunt Editionum majoribus pleriſque.

III. Ad Sacram accedimus *Encyclopædiam*, quo nomine ea intelligimus ſcien- III. Ency-
tiarum & artium *Syſtemata*, quæ ad Scripturæ ſacræ pleniorem notitiam ſunt clopædia
accommodata. Talia ſunt, ut ordine progrediamur N. *Grammatica*; cujus- Sacra.
modi cenſentur ad V. T. notitiam *Theſaurus* Buxtorfij *Grammaticus*, quem non malè Scripturæ clavem quidam appellant; *Glaſſij* Philologiæ Pars 1. quæ circa

Grammaticam, Idiotiſmos &c. occupatur eruditè, judicioſè etiam & ſolidè, niſi ubi τῇ ὑποθέσει δουλεύει, quod alibi jam obiter monuimus. Epitomator ejus eſt *Andreas Sennertus* in Centur. Canon. Philolog. In hac etiam palæſtra inter Veteres *Adrianus*, ſua in S. Lit. Iſagoge, cum laude deſudavit: in ijs præſertim, quæ ad ἀνθρωποπαθείαις faciunt: Inter recentiores, *Sixtinus Amama*, tum in Antibarbaro, tum in Grammaticis. Inter *Iudæos* agmen ducit R. *David Kimchius* Hiſpanus, cujus vitulâ cæteri fermè omnes arârunt. Eſt enim *Miclol* ipſius ditiſsimum pariter & Compendioſiſsimum ſcientiæ Grammaticæ cornucopiæ. Ità N. T. Grammaticam nuper dedit *Paſor*. Huc faciunt phraſes *Stephani*, & Abdiæ Prætorij *Hebraiſmi*, *Finckii* Canones, *Lapidei* & *VValtoni* de intelligenda Scriptura Sacra, Hebræorum Idiotiſmis &c. regulæ.

ב. *Rhetorica*. Cujusmodi eſt Philologiæ *Glaſſianæ* pars altera, abſolutiſsima Rhetorica Biblica, & ex ipſo quidem textu Originali eruta. *Beumleri* etiam eo nomine meritò à Theologis commendatur Rhetorica, quòd exemplis libenter & frequenter utatur ſacris. *Bartholomæi VVeſthemeri* troporum Theologicorum extat liber, ut & *Bedæ* Saxonis de Schematibus S. Scripturæ.

ג. Ad *Logicas* Biblicas ſive Theologicas referuntur *Danæi* Elenchus hæreticorum, ubi modus confutandi hæreticos ex Logicis traditur. *Antonij Sadeelis* de vera Methodo Theologicè ſimul & Scholaſticè diſputandi: *Andreæ Hyperij* Theologia Topica, qua ratio & uſus Philoſophiæ in Theologia oſtenditur. Tractatus *Polani* de legendis ſcriptoribus ſacris. Noſtra addi poſſunt ſpecimina tum *Philoſophiæ Hiſtoricæ*, ubi de Philoſophia ancillante &c. tum Analyſeos ſacræ, ex Verbis Cœnæ: Hoc eſt corpus meum.

ד. *Topica* Biblica tam didactica quàm Elenctica. de quibus jam olim, ſcholæ Chriſtianorum fuerunt ſolicitæ. Atque hîc, ad primum ordinem, pertinent *Compendia* Bibliorum vel *Univerſorum*, ut Petri Aureoli Biblia pauperum; vel *Hiſtoricorum*, ut Dillherri. Theſaurus virtutum & campus vitiorum, Germanicè ex actis Patriarcharum & Prophetarum collecti. *Memorialia Biblica* vel carmine expreſſa, qualia non modò *Gualtherus*, *Martinus Chytræus* dederunt; ſed & antè Reformationem in uſu fuiſſe conſtat: vel figuris etiam ſive picturis adumbrata; ſed periculoſiſsimè ſæpe, cujusmodi extat Hiſtoria Evangeliſtarum a. Ch. 1504. per *Sebaſtianum Brand* edita: ſcandali pleniſsima. Adeò monſtroſè adhibentur ſanctiſsimis & ἀπαῤῥήτοις demonſtrandis myſterijs figuræ! Impiè certè, imagines illæ pleræque Laicorum Doctores dicuntur. Eodem pertinent Loci Communes ex Biblijs collecti, quales *Stobæus* habet, & *Nicolaus Hannapi* Patriarcha Hieroſolymitanus. Elenctica ſunt, quibus loca potiſsimùm Scripturæ controverſa examinantur, ut eſt, ex parte *Pontificiorum*, ſcrutinium Scripturæ pro conciliatione diſsidentium dogmatum *Saſgeri* &c. ex *Reformatorum* ordine huc omnes illi referendi, qui in Scripturam ſacram ſcripſerunt *vindicias*, tum in *genere* contra quoslibet adverſarios, ut ſunt *Exegetica* Parei, Vindiciæ

Biblicæ

Digitized by Google

Biblicæ, ſive Examen Locorum Controverſorum N. T. Spanhemij: in ſpecie, contra *Lutheranos* Piſcator, Apolog. pro Biblijs Herbornenſibus, &c.

ח. *Phyſica*, eáque vel φυτολογία; *Levini Lemnij* liber ſimilitudinum ac parabolarum, quæ ex herbis ac arboribus deſumuntur; vel λιθολογία Epiphanii de 12. lapidibus habitui Aharonico inſitis; Franciſci Ruæi de gemmis, iis præſertim, quarum mentio fit in Apocalypſi: vel ζωολογία, ut *Franzij* Hiſtoria animalium. Iohannes *Buſtamantinus* etiam de animalibus ſacræ Scripturæ ſcripſit, & Bocharti ζωολογία, omnium abſolutiſsima calcem jam mordet: μετεωρολογία *Samuelis Rhorij*: vel integra *Syſtemata Phyſica*, ut *Danæi* Phyſica Chriſtiana. Huc faciunt meditationes in Hexaemerum, tum veterum de quibus poſtea, tum recentiorum. Nos etiam paulò prolixiùs hanc per quæſtiones materiam tractavimus.

ט. *Geographica*: Deſcriptiones terræ ſanctæ *Adrichomij*, cum annotationibus *Iacobi Bonfrerij*, quem ſequitur *Iacobus Iuſtus* Iudæus, compendioſa: accurata *Chriſtophori Heidmanni*, recentiſsima *Iohannis Beſſelij*: Chorographia ſacra *Lightfooti*, laborioſa: Eiusdem animadverſiones in tabulas chorographicas terræ ſanctæ: *Bartholomæi Saligniaci*, &c. Quibus illi etiam poſſunt addi, qui itineraria ſcripſerunt terræ ſanctæ, cujusmodi ſunt, *Brocardi* Monachi Germanicè & Latinè, de anno 1095. *Ruperti*, Abbatis Montani, qui deſcribit primam Bullionæi expeditionem: An. 1336. *Rudolfi*, Curati Suchenſis in VVeſtphalia, An. 1479. *Iohannis Tucheri* Norimbergenſis, An. 1449. *Stephani de Gumpenberg*, An. 1483. *Iohannis*, Comitis de Solms An. 1484. F. *Felicis* (Schmidii ni fallor) Lectoris Vlmenſis, deſcriptio itineris ſacri, *Johannis VVerti*, *Henrici* von Stoffel / *Johannis* von Walburg; *Bornij* von Rechberg An. 1495. *Alexandri*, Comitis Palatini, & *Ludovici* Comitis Naſſoviæ An. 1496. *Bugislai* X. Ducis Pomeraniæ Ann. 1556. Melchioris von Ridlitz Ann. 1565. *Iohannis Helfreich*, Lipſienſis An. 1552. Iohannis *Ecklini* Arovienſis An. 1573. *Iohannis Rauchvvolf*, *Medici* An. 1556. *Iohannis* von Ehrnberg An. 1561. *Iacobi VVormſeri*. Eodem anno, *Alberti*, Comitis Lovenſteinii. An. 1618. *Iacobi Ammiani*, Tigurini.

י. Εἰσαγωγαὶ *ad Lectionem Scripturæ*. Inter recentiores excellit *Rivetus*, cujus prolixa non minus, quàm ſolida de hac materia tractatio Lectori abundè ſatisfacit. Præivit *Hyperius*, tum tractatu de Lectione ſcripturæ, tum Calendario Biblico. Ex Veteribus non malè de Eccleſia fuit meritus idem ille, cujus ſupra memini, *Adrianus* Græcus.

יא. Διαλλαγαὶ ſive *Conciliationes* locorum φαινομένως pugnantium, quales ſunt *Chriſtianorum* & *Iudæorum*. Ex *illis* extant Diallage *Andreæ Althameri*, Conciliationes *Beneccij*, ſed excellunt Parallela *Amij*, Dubia *Spanhemij*, quæ ſi in univerſum

univerſum dari potuiſſent μελετήματα, contextum ſacrum, nihil in hoc ſtudiorum genere deſiderare amplius potuiſſemus, *Harmonia*. Ex *his* aliquid tentavit ex profeſſo, *Menaſſe ben Iſrael* in ſuo *Conciliatore*, quanquam *Abarbinel* eandem per univerſum contextum præſtiterit operam, ut inſpicienti ſatis eſt manifeſtum.

ט Eodem referuntur *Harmoniæ* vel totius Novi Teſtamenti, vel certarum ejus partium, quod ſcribendi genus ab ultima retro antiquitate Doctores Eccleſiæ occupavit. Ex *Veteribus* habemus *Ammonij Alexandrini* in Evangelia harmoniam, quam quatuor Commentariorum libris explicuit Zacharias: *Auguſtini* in 4. Evangelia: *Euſebij* Canones ſeu tabulas X. de conſenſu 4. Evangeliſtarum, quæ etiam in Tranſlationibus Orientalium, Arabica cumprimis, ut ex Editione Erpenij patet, ſunt ſervatæ. Extat & *Gregorij Nazianzeni* liber de Chriſti miraculis ſecundùm quatuor Evangeliſtas. *Hieronymus* in quatuor ſcripſit Evangeliſtas, quid inter illos conveniat, aut diſſonet. Sed & *Tatianus*, Alexandrinus in 4 Evangelia harmoniam dedit. *Mediæ* etiam ætatis authores aliquid hîc laborarunt. Unde Iohannis *Gerſoni* Monoteſſaron, ſive de Concordantia Evangeliſtarum: iiſdem etiam ſtudijs incubuerunt Conradus Ruſus, Gildas Albanius, Guilielmus Gotingam, Guido Perpinianus, Henricus Arnoldi, Honofrius Florentinus, Petrus Iousquius, Rupertus Golertus, Simon Cremonenſis &c. *Reformationis* lumine hæc ſtudia magis accenſa fuerunt, non inter Reformatos modò, ſed & inter ipſos Pontificios. Inter *illos* palmam deportârunt *Calvinus* ſuâ ex tribus Evangeliſtis compoſitâ Harmoniâ, *Gerardus Mercator*, in cujus harmonia ſinguli Evangeliſtæ inconfuſi & ſoli legi poſſunt, & iterum ex omnibus una univerſalis & continua Hiſtoria ex tempore formari. Harmonia à Martino *Chemnitio* inchoata, per *Polycarpum Lyſerum* Gerardum & continuata &c. Ex *his* celeberrimi ſunt Sebaſtianus *Barradius* Oliſipponenſis, Cornelius *Ianſenius*, cujus Epitomator eſt *Matthæus à Caſtro* &c. In certas etiam Evangeliſtarũ partes habentur harmoniæ *Gerhardi Iohannis Voſſij*, & *Iohannis Gerhardi* de paſſione, morte, ſepultura, reſurrectione & aſcenſione Chriſti: *Iohannis Buiſoni* Hiſtoria & Harmonia Evangelica, ſive vita D. N. I. C. *Gotwaldi Meſchini* Halopotamij tabula novæ Harmoniæ Evangelicæ, in qua numerus annorum Chriſti & profectionum ejus ad feſta Hieroſolymitana oculis ſpectandus exhibetur.

IV. Critici.

IV. Ad Commentatores *Criticos* accedimus, qui circa genuinum ſenſum Grammaticum occupati, de Exegetica Sacra præclarè merentur. Sunt enim *Critici*, qui pretioſum à vili, æra à lupinis certiſſimè & evidentiſſimè diſcernunt. Veteres Græci & Latini, ſi ab *Origene*, *Hieronymo*, *Epiphanio*, fortè etiam Peluſiota, & recentiori Adriano diſceſſeris, Philologiæ Sacræ potiùs commendatores fuiſſe videntur, quàm cultores: In Orientalium tamen cæterorum, *Syrorum* præſertim & *Arabum* Scholiaſtis ſtricturæ hinc inde apparent. Cùm ſuperiori jam, hoc verò maximè, ſeculo ſtudia Criticæ Sacræ honorata fieri cæpiſſent, Theo-

[a] Defenſ. admonition. de Bibl. Tigurin. pag. 30.

Digitized by Google

Theonino mox dente à quibuſdam illa rodebantur. *Gretſeri* [a] invectiva acerba fidem faciat. Et de bello Grammatico, querela. Tragœdia præſertim Lovanienſium, Colonienſium, Pariſienſium, & Reuchlini, Eraſmi Roterodami. In hac autem palæſtra ad eandem, ſed diverſis vijs, Critici ſive Philologi cucurrerunt metam. Generalem alij huc conferunt operam, alij ſpecialem. *Generaliter, alij* quidem *varias* inter ſe contulerunt in Commentarijs ſuis *Verſiones*, quam operam feliciſsimè præſtitit in utrumque Teſtamentum *Ludovicus de* Dieu, *Arnoldus Bootius & Iohannes Viccars*; Nos, in Pentateuchum potiſsimùm, occaſione Editionis Pariſienſis & Londinenſis. Alij *miſcellanea* ſcripſerunt, in loca Scripturæ, difficiliora; Idiotiſmos, ritus, ceremonias, explicantes, ut; ex *chriſtianis*, *Fullerus*, cujus miſcellanea ſacra erudita obvia ubique ſunt, de *la Cerda* Ieſuita, qui & ipſe loca Scripturæ S. varia examinavit; inſtituta verſionum collatione, *Vrſinus* in Analectis, &c. Ex *Iudæis* Maimonides præſtat & Kimchius, quorum ille in ſuo *More Hannevochim*, hic in *Miclol* & *Schoraſchim* Criticæ ſacræ, tum ad Linguæ ſancta, tum ad rituum & ceremoniarum notitiam tantum confert, ut à Bibliotheca Theologica non facilè poſsint abeſſe. *Alij*, in ſenſu eruendo verſati, omnem quidem excutiunt antiquitatem, priſcam tamen potiſsimùm, eàmque vel *Iudaicam*, vel *Patriſticam*. *Hanc* expenderunt *Eraſmus*, *Beza*, *Heinſius*, *Grotius Priceus*, *Illam*, *Munſterus*, *Vatablus*, *Fagius*, *Druſius*, *Amama*, Iacobus & Ludovicus *Capelli*, in obſervationibus ſuis & ſpicilegijs in N. T. *Camero* in ſuo Myrothecio, Scaliger *Caſaubonus*, tum in Notis ad N. T. tum in Epiſtolis, quos longo intervallo, ſed magno ſucceſſu fuit ſequutus ex noſtris *Lightfotus* in *Horis Hebraicis*; ex Pontificijs verò *Simeon de Muis*, qui Pentateuchi potiſsimùm loca obſcuriora & exercitationibus ſacris percurrit, & quædam etiam ex *Abarbinele* tranſtulit. Iucundum utriuſque literaturæ μίγμα collegit *Balduinus VValæus* in libris N. T. Hiſtoricis, perpetuo Commentario illuſtratis. Magno certè compendio author ſuis ſubjicit textibus, quæ ſparſa hinc inde fuerunt, & diffuſa. Cùmque conſtet, doctiſsimos ſæpe viros loca impeditiſsima παρέργε ὁδὸν ita tractare, ut vix feliciùs àb alijs ex profeſſo, extricentur, operæ pretium faceret, qui vel Indicem ſaltem in Vniverſa Biblia talem conficeret, ut ad difficiliorum textuum explicationem præſtò ſemper eſſent οἱ ἔξοχοι ἄλλων: Exemplo Synagogæ Iudaicæ, quæ in ſuis *Toledoth Abaron* omnes illos in Legem & quinque libellos habet textus notatos, qui in *Talmude*, libro *IKKarim*, *Zobar Akida* citantur & explicantur. Hanc meſſem magno augerent proventu *Bocbartus*, *Fullerus*, *L'Empereur*, *Salmaſius*, *Seldenus*, *Scaliger*, *Heinſius*, *Caſaubonus*. Atque de hac opera tantò majori ſtudio eſt cogitandum, quantò certiùs eſt, in locorum Communium Theologicorum, Hiſtoricorum, Philologicorum pertractatione plura latere κειμήλια. Ad *ſpecialem* Philologiam ſeu Criſin referri debent variæ exercitationes ſacræ, cujuſmodi ſunt de *uſu* Scriptorum Hebraico-

[a] Defenſ. admonition. de Biblijs Tigurinis pag. 30.

rum in N. T. quam materiam, poſt *Hackſpanum*, & nos tum in *Primitijs Heidelbergenſibus* tractavimus, tum nuper in *ſpecimine Philologico* in c. 5. Matthæi, quod Philologiæ ſacræ ſedes propria eſt. *Erici Oſtermanni* poſitiones Philologicæ Græcum N. T. contextum concernentes. *Hackſpanii* diſputatio, obſervationes Syriaco-Arabicas complexa. In V. T. varias ejuſmodi exercitationes pollicetur *Amama*, *Schotanus*, *Altingus* F. & D. Heideggerus, qui Methodo Hiſtorica res Veteris Teſtamenti diſputationibus publicis feliciter cæpit perſequi. Aliquid etiam præſtare conati ſumus in noſtro *Smegmate Orientali*. De *uſu* & *abuſu* Scriptorum profanorum in lectione & explicatione Scripturæ Sacræ non ineptam ſcripſit Diatribam *Conradus Dietrieus*. Sunt qui *voces* & phraſes obſcuriores Veteris Teſtamenti ex alijs vicinis linguis vel reſtituerunt, vel explicuerunt, quod ſtudium feliciter ceſsit *Lud. de Dieu*, *Bootio*, &c. Idem ſcopus nobis fuit in noſtro *Smegmate Orientali*, & *Lexico Harmonico*, ubi ultra 600. voces obſcuras, σπανίως λεγομένας reſtituimus aut explicuimus. Alij de *nummis* ſcripſerunt Veterum Hebræorum, Græcorum, Romanorum, ut *Villalpandus*, *Brerevvoodus*, *VVaſerus*, *VValtonus* &c. Nos addidimus Perſicos, Arabicos &c. Alij de *menſuris & ponderibus*, VVaſerus, VValtonus; quibus addi poſſunt; quæ Cippis Hebraicis præmiſimus. Alij, de ſtructura *Templi*: in qua alij ſequuti ſunt Scripturam, ut *Villalpandus*, alij mentem Ioſephi, alij Talmudicorum; quam exhibuit *L'Empereur* in Cod. Middoth, & author *Schebb. Iehuda*. Triplicem Templi delineationem compendio exhibet *Ludovicus Capellus*, adhibitis ad Villalpandum & Ioſephum obſervationibus: acceſſerunt in *VValtono*, ex Talmude & Majmonide, quæ ad eandem ſpectant materiam, quam & author Schebh. Iehuda prolixè pertractat. Alij *Chronologiam* vel utriusque, vel alterutrius Teſtamenti ſcripſerunt, de utrisque ſuo loco, ubi de Chronologia & Hiſtoria. Alij de Iudæorum *ſectis* ut Bertramus, Druſius, doctè, doctiſsimè Scaliger; Alij de *Politia* Hebræorum, Bertramus perſpicuè, accedentibus præſertim notis L'Empereur, Cunæus &c. Alij de *Scholis* eorum, Altingus &c. Alii de *Synedrijs*, *matrimonijs*, *jure ſucceſsionis* Hebræorum, Idolis & Idololatria V. T. ut Seldenus. Nos & Idolographiam V. T. dedimus: & compendioſè de *ſtatu quadruplici* Politico, Hebræorum Eccleſiaſtico, Scholaſtico, & Oeconomico ſcripſimus; Alij de *Legibus* Ceremonialibus, Moralibus, forenſibus, Maimonides, Munſterus, Leuſden; nos, tum in Iur. Hebræ. tum in Catalogo Præceptorum Moſaicorum. Alii *Adagia* Sacra, ut Iohannes Druſius, Andreas Scotus, Ioachimus Zehnerus, Martinus Delrio &c. Alii de *diſperſione Gentium*, origine coloniarum &c. ut Bochartus. Alii luculentiora Scripturæ themata ex Hebræorum vel ſcriptis tranſtulerunt, vel ex iiſdem excerpſerunt. De Paradiſo, Imperio antediluviano, arca Noæ, diluvio, *Kirchmaierus*. Huc pertinent varia *Buxtorfij* ſcripta, diſſertationes præſertim de *Linguæ Hebrææ origine*, antiquitate & ſanctitate; eius *confuſione* & plurium Linguarum origine; *conſervatione*, *propagatione*, & duratione; *Literarum* Hebraicarum genuina *antiquitate*; de *Nominibus Dei* Hebraicis, de *Decalogo*, de primæ *Cœnæ*

Dom.

Digitized by Google

Dominicæ ritibus & forma; quibus anno 1645. editis ann. 1662. acceſſerunt diſſertationes Abarbinelis de *Longævitate* primorum Patriarcharum, de *ſtatu & iure Regio:* Ex eodem, libro *coſri*, Celeberrimus Vir ſubiunxit diſſertationem, *quòd & qua de cauſa apud Prophetas per Edom Romani & Chriſtiani intelligantur*; ex Ieſ. c. 34. *de lepra veſtimentorum & ædium*, Levit. 13.47. *de Poëſi Veteri* Hebraica in libris ſacris uſitata ex *Abarbinele* Exod. 15. *Meor Enajm*, *Samuele Arcuvolti*, *Aben Tybbon* &c. De *principio anni & conſecratione ſeu determinatione Novilunij*, num facienda juxta phaſin, an iuxta calculum Aſtronomicum? Alio Tomo, idem exhibuit exercitationes pertinentes ad Hiſtoriam *arcæ Fœderis*, *Ignis Sacri* & cœleſtis, *Vrim & Thummim*, *Mannæ*, *Petræ* in deſerto, *Serpentis æne*. Vtinam verò plura ad obſcuriorum locorum enucleationem eiusmodi per occupatiſsimi Viri negotia, expectare liceat! Reliquæ, ſuis recenſebuntur locis. De hac verò Criſi notandum. 1. Magnum ei procul dubio, imò primum in explicatione Scripturæ Sacræ eſſe locum. Fruſtra enim vel ſubtilis Logicus, vel facundus Rhetor, occupatur, niſi felix & accuratus Grammaticus viam ſternat. Diſtinctio, quam Theologi urgent inter explicationem Scripturæ *analogicam fidei*, & *analogicam textus*, cum grano ſalis ſumenda eſt. Textûs certè explicatio, nulla dari propria poteſt, & innata, niſi Grammaticæ habeat *ἀναλογίαν* præviam. Vt enim ſcriptura non niſi unicam habet formam, ita unicũ etiam admittit ſenſum inſitum & nativum, nempè literalem ſive Grammaticum. Analogia fidei, ſi textûs analogicæ contra diſtinguatur, non ad Exegeticam, ſed ad Topicam referri debet. Vt ergo facilè concedimus, multa in Scripturam S. dici & ſcribi poſſe, piè, quò ad rem, quæ tamen minùs dicuntur commodè; quò ad verba & phraſin, ita videre non poſſumus, quo colore eas tueri debeamus explicationes, quæ ex textu ſponte non naſcuntur, ſed noſtro arbitrio in illum inferuntur. 2. Sobriè hoc tractandum eſſe ſtudium, & ad ædificationem religiosè applicandum. Multi certè maiori nocendi, quàm docendi ſtudio, nobiliſsimam hanc literaturæ ſecretioris ſolicitant clavem. Et alii quidem, ut ipſum contextum authenticum de ponte *αὐθεντίας* præcipitent, alii, ut nova dogmata damnati Iudaiſmi fermento incruſtent. Alii ut receptas hactenus Scripturarũ explicationes vel tollant, vel obſcurent. Sunt, qui turpi *μεταβάσει εἰς ἄλλο γένος* falcem ſuam in alienam [illegible] meſſem, & cùm ad alia vocati ſint ſtudia, Theologicum, his utcunque [illegible] præſidijs, arripuerunt, magni procul dubio futuri, ſi intra carceres ſuos cu[illegible]. Quemadmodum enim Vzias, ubi *ἀλλοτριοεπίσκοπος* ſacra tractare [illegible], vindicem Dei expertus eſt oculum, 2. *Chron.* 26. v. 19. Ita non pauci, ubi, ſorte ſua & vocatione non contenti, Theologorum ſe ingeſſerunt tribunali; temeritatis præſentiſsimas luerunt pœnas. Quod ergo Apoſtolus *Iacobus*, in Cæ-

leſti ſapientia, requirit in genere, ut ſit πρῶτον ἁγνὴ, ἔπειτα εἰρηνικὴ, ἐπιεικὴς, εὐπειθής. &c. *Iacob.* 3. v. 17. id verò in Philologiæ Sacræ ſtudio probè probèque obſervari in ſpecie debet.

Quos Codices Interpretes fuerint ſequuti.

De Codicibus illis authenticis, quorum fidem Interpretes noſtri potiſsimùm fuerunt ſecuti: aliquid eſſet dicendum, niſi conſtaret, optima ſemper à noſtris fuiſſe adhibita exemplaria ſive impreſſa, ſive etiam MSS *Leojuda* Venetum eúmque caſtigatiſsimum expreſsit exemplar. *Tremellius* & *Iunius* multum ſunt adjuti antiquiſsimo Codice Heidelbergenſi, de quo audire placet authorem Apologiæ auff die Bayer-Anhaltiſche Canzley/ an. Chr. 1624. pag. 93. *Præcipuum decus Bibliothecæ, heu quondam! Palatinæ, quo etiam ſupra Vaticanam Papæ Romani & Pariſinam Galliarum Regis inclaruit, erant Manuſcripta Hebræa, Græca, Latina, & aliarum linguarum. Ea partim à Philippo & Ottone-Henrico Electoribus, horumq́; Prædeceſſoribus, in Oriente, Græciâ, & Italiâ conquiſita magno ſtudio & gravi ære redempta, partim ex Monaſteriis Palatinatus collecta & in unum comportata ſunt. Non pauca etiam ceu legativa acceſſerunt, ex luculentâ hæreditate Baronis Fuggeri; anno 1584. In tanto numero MSS. fuit & Codex Sacer Bibliorum Hebræorum, in chartâ pergamenâ: majeſtate literarum, vetuſtate ſcripturæ ac formâ operis planè venerabilis, & non niſi primam antiquitatem ſapiens. Judæi quidam, cùm Friderico III. Electore, ad eum inſpiciendum admitterentur, ceu cœlitùs delapſum ſuſpexerunt, procidentes deoſculati ſunt, & tantùm non adorarunt: polliciti ingentem auri vim, ſi uſibus Synagogæ ſuæ concederetur. Nec alio exemplari in adornandâ celebri illâ verſione Bibliorum celeberrimi Theologi Tremellius & Junius magis uſi ſunt. Cæterùm tam auguſti operis id vitium erat, quòd anterioribus aliquot in Pentateucho Moſis foliis mutilum apparebat: quæ propiùs contuenti non tam manu evulſa, quàm cultro exſecta videbantur. Magna ſanè & irreparabilis jactura! quam reſarcire non minoris fuit difficultatis, quàm picturam Apellis ad præſcripta lineamenta abſolvere. Sed id vitium non demùm accepit in Bibliothecâ Palatinâ; verùm in eam intulit, in Oriente aut alibi inflictum à Sacrilegâ & infideli manu. Certè inde à primo conditu Bibliothecæ nulli unquam mortalium integrum viſum eſt volumen hoc Bibliorum.*

Niſi

Niſi me conjectura vehementer fallit, hæc origo eſt novæ illius atque inauditæ calumniæ quam nuper in nos cudit & publicavit Fabius Hercynianus, de paginis ſacris ſacrilegè à nobis truncatis. Cui tamen ne ipſe quidem magnoperè fidere videtur, propterea quòd eam muſſitare mavult, quàm apertè profiteri. Et eſt profectò impudens putida, & palpabilis nimis. Si enim maximè ii eſſemus, quos nos eſſe ſplendidè mentitur, proſtitutæ ac perditæ fidei homines: quid cauſa fuit, cur reſecaremus aut induceremus eam partem Scripturæ, quæ nobis juxtà, & adverſariis, divina, authentica, canonica eſt! quam publicè, privatim attentè legimus devotéque meditamur; in cathedris Eccleſiaſticis & Scholaſticis interpretati ſumus, & ſcriptis publicis contra hæreticos vindicavimus? Cur etiam exſcidiſſemus & ſuſtuliſſemus iſtas paginas ex uno illo exemplari magis, quàm ex multis aliis, quæ ejusdem Bibliothecæ ſacrario continebantur? Cur denique volumen mutilum non ſepoſuimus, aut ſubmovimus ex hominum conſpectu atque oculis, quibus ſemper erat expoſitum, ſi tanti ſacrilegii aut conſcientiam ſuſtinuimus, aut criminationem reformidavimus? Cùm anno 1622. exemplar Bibliorum Hebræorum antiquum, ſed nullâ parte cum Palatino comparandum, ex Ladeburgenſi Bibliothecâ ſurreptum à milite, Heidelbergam deferretur, reſectis jam & divenditis aliquot ejus membranis; utrumque & volumen & folia illa ſollicitè quæſita, & redempta ſunt, ipſumq; adeò opus integritati ſuæ reſtitutum. Scilicet in alio integrando non modò diligentes, ſed etiam religioſi fuerimus: in noſtro multò pretioſiore mutilando non tam profani, quàm ſacrilegi? Sed Fabius cogitat vetus illud: Calumniare audacter, ſemper aliquid inhæret. Obliviſcitur autem multò vetuſtioris & verè divini dicti: Dominus confundet os calumniantium.

CAPUT. VI.

DE EXEGETICA REALI, SIVE Theologica.

1. Antiquiſſima Commentariorum ſpecies eſt *Paraphraſtica*, cœpta in Synagoga Judaica, continuata poſtea à Chriſtianis. Paraphraſis *Eraſmi* ſæpe translata, *Oſiandri*; *Auguſti*, Ducis Brunſuicenſis. 2. Commentatorum diverſæ claſſes a. Ratione *temporis*, ubi *Patres Scholaſtici*, *Reformati*. b. Methodi, alij *Scholaſtica*, alij *Eccleſiaſtica* incedunt via. c. *Religionis*, Judæi, Chriſtiani; ex his Reformati, Pontificij, Sociniani &c. Loci, *Orientales* vel *Occidentales*. Ex illis Syri, Arabes, Græci &c. Ex his Latini, Germani, Angli.

Paraphraſticæ Origo.

QUod ultima mens noſtra reſpicere poteſt tempora, non obſervamus antiquius commentandi eſſe genus, quàm *Paraphraſticum*, uſitatum quippe jam in Synagoga Iudaica, inde à captivitate Babylonica, cujus inſtituti rationes ſatis luculentas alibi jam dedimus. Hæc verò ſcribendi ratio ut compendioſa valde eſt, ita, ubi feliciter ſuccedit, magnam meretur laudem. Cur enim laude illa careat opera, quæ verum & genuinum ſcripturæ ſenſum, continua ſerie, paucorum verborum accedente ſubſidio, quæ vel Ellipſium lacunas implent, vel obſcuriorum & difficiliorum vocum & phraſium difficultatem tollunt, exhibet? In *chriſtianiſmo* commentandi hæc Methodus, circa & poſt Reformationem uſitatior eſſe cœpit, quàm antea (vix enim, ſi à Gloſſæ ordinariæ authore diſceſſeris, alius occurrit inter mediæ ætatis ſcriptores;) ſemel verò introducta, mirè placere cœpit. Quamprimùm in campum docta ſua Paraphraſi Latina prodijt *Eraſmus*, in alias, Germanicam præſertim Linguam, illa ſtatim fuit traducta. Sequutus per univerſum Teſtamentum poſtea fuit *Lucas Oſiander* (cujus Paraphraſis Latinè extat & Germanicè) &, ex intervallo, Sereniſsimus Brunſuicenſium Dux, *Auguſtus*, qui media inter diſcrimina feralis belli Germanici exquiſito judicio ex univerſa Evangelica Hiſtoria concinnavit, cùm potiorum vitæ omnium Servatoris noſtri actuum, tum illarum περικοπῶν, quas jam aliquot ſeculis Occidentales, Septentrionaléſque Eccleſiæ ex

Evan-

Evangelijs & Epiſtolis ſacris excerptas, Dominicalibus pariter alijsque feſtis diebus in ſacris conventibus ſolent legere, Harmoniam, deinde & eorundem omnium luculentam ac perpetuam Paraphraſin. In ſingulares quosdam libros Pſalterium præſertim multorum extare paraphraſes, poſtea audiemus. Et certè optandum eſſet, ut ne nunc quidem hoc Scripturas Sacras explicandi ſtudium abjiceremus, tantò quippe utilius, quantò compendioſius & ſolidius. Medullam habet & nucleum judicioſiſsimum hoc παραφραστῶν ſtudium. Reliqui, qui ad explicandam Scripturam Sacram appulerunt animum, paulò ſunt prolixiores: Id quod integra illorum probant commentaria, magno numero in Bibliothecis, tam publicis, quàm privatis obvia. Placet autem, ut pro rei dignitate agamus, de hoc ſtudio ſuccinctè quidem, ſed tamen & diſtinctè loqui: quod ut fiat, Exegeticam Theologiam univerſam conſiderabimus ratione temporis, Methodi, religionis & regionis.

1. *Temporis* reſpectu, alij *primæ*, alij *mediæ*, alij *ultimæ* ætatis commentatores cenſentur. Illi *Patres* ſunt & Doctores Eccleſiæ Primitivæ, quos inter primus occurrit *Origenes*, (nam quæ Clementi *Alexandrino* in Epiſtolas Canonicas tribuuntur, huc non pertinent) Alexandrinæ Scholæ Doctor, qui guſtum Veterum Platonizantium retinens Alexandrinorum Profeſſorum, Iudæorum etiam, nimia luxuriavit allegoromania. Quamvis negari non debeat, ad literalis ſenſûs ſcrutinium multum contuliſſe laborioſiſsimam *Hexaplorum* &c. texturam. Poſt *Origenem*, & extra Scholam Alexandrinam, nulli commemorantur, quibus hæc ſtudia publica (de privata enim induſtria non dubitamus) fuerint curæ, ad quartum uſque ſeculum, quo Eccleſia, quæ Aſceticâ potius & Martyrologicâ antea exercebatur Theologiâ, jam per orbem tuta & honorata, ad pleniora ſe accinxit Scripturarum Commentaria. Excellunt autem *Chryſoſtomus* dicendi elegantia, & phraſeos δεινότητι. *Auguſtinus* acumine, *Hieronymus* exacta, qua duo præcedentes deſtituebantur, Orientalium Linguarum notitiâ, Origenis tamen & Origenianæ Methodi nimius admirator. *Iſidorus Peluſiota* ἐκλογὰς potiùs Epiſtolicas, quàm integra ſcribere voluit commentaria. Magno poſtea ſequuti fuerunt numero alij, Baſilius, Ambroſius, Hilarius, Ruffinus, Apollinarius, Caſsiodorus, Cyrillus Alexandrinus, Eucherius, Procopius, Theodoretus, Anaſtaſius Sinaita, Gregorius Nyſſenus, Philo Carpathius, Theophilus Antiochenus, Iſychius. Et alij quidem commentati ſunt in 1. *Geneſin*, Origenes, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus, Eucherius, Procopius: In *Hexaemeron*, Baſilius, Ambroſius, Auguſtinus, Anaſtaſius Sinaita. 2. *Exodum*, Origenes, Auguſtinus, Theodoretus, Procopius. 3. *Leviticum*, Origenes, Iſychius, Procopius, Auguſtinus, Theodoretus. 4. *Numeros*, Origenes, Procopius, Auguſtinus, Theodoretus. 5. *Deuteronomium*, Auguſtinus, Theodoretus, Procopius. 6. *Ioſuam*, Origenes, Auguſtinus, Theodoretus, Procopius. 7. *Iudices*, Origenes, Auguſtinus, & Theo-

Diſtinctio Interpretum.

A. Ratione Temporis.

a. Patres.

Theodoretus. 8. *Libros Regum*, Theodoretus , Gregorius in I. 9. *Paraleipomena* Theodoretus. 10. *Iobum*, Origenes, de quo tamen dubitatur, Olympiodorus, Gregorius in Moralibus. 11. *Pſalmos*, Hilarius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, Theodoretus, Apollinarius, Ruffinus, Caſsiodorus. 12. *Eccleſiaſten*, Gregorius Thaumaturgus, Gregorius Nyſſenus, Hieronymus, Olympiodorus. 13. *Cantica*, Origenes, Philo Carpathius Gregorius Nyſſenus, Gregorius M. 14 *Ieſajam*, Origenes, Baſilius, Hieronymus, Cyrillus, Procopius. 15. Ieremiam, Hieronymus, Origenes, Theodoretus. 16. *Ezechielem*, Origenes, Hieronymus, Theodoretus, Gregorius M. 17. *Danielem*, Hieronymus, Theodoretus. 18. *Prophetas minores*, Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus. 19. 20. *Matthæum*, Theophilus Antiochenus, Origenes, Hilarius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius Nyſſenus. 21. *Marcum*, Theophilus Antiochenus. 22 *Lucam*, Idem & Ambroſius. 23. *Iohannem*, Theophilus, Origenes, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Cyrillus Alexandrinus. 24. *Acta*, Chryſoſtomus. 25. In *omnes Pauli Epiſtolas*, Ambroſij nomine venit commentarius; Chryſoſtomus, Theodoretus. Ad *Romanos* Origenes, Auguſtinus. *Galatas*, Hieronymus, Auguſtinus; ad *Epheſios*, Hieronymus; ad *Titum* & *Philemonem* idem. 26. In *Canonicas Epiſtolas*, Clementi Alexandrino, à quibusdam tribuuntur, de quibus tamen ipſe dubitat *Bellarminus*. Didymus Alexandrinus. 27. In *primam Iohannis*, Auguſtinus. 28. *Apocalypſin*, Victorinus Martyr, Andreas Cæſarienſis.

3. Mediæ ætatis Scriptores.

Poſt exceſſum *Patrum*, ſeculo ſeptimo & deinceps ſatis etiam multi ad hoc ſcribendi genus ſe applicuerunt, tum *Græci*, Oecumenius, Euthymius, Theophylactus, Zacharias Chryſopolitanus, tum *Latini*, ſive in *omnem Scripturam*, ut Rabanus Maurus, Anſelmus Londinenſis; Strabus, Hugo Cardinalis, Nicolaus Lyranus, Dionyſius Carthuſianus; ſive in ſingulos libros, in *Geneſin*, Beda, Rupertus, Alphonſus Abulenſis, Thomas Cajetanus, Alcuinus. In *Hexaemeron* Bonaventura, Iohannes Picus. In *Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium*, Beda, Rupertus, Abulenſis, Cajetanus. In *Leviticum* ſeparatim Cajetanus, Radolfus; in *Deuteronomium* Oleaſter; In *Ioſuam Iudices*, *Ruth*, Abulenſis, Cajetanus. In libros *Samuelis* & *Regum*, Beda, Hugo Victorinus, Rhichardus Victorinus, Abulenſis, Cajetanus. *Paraleipomena*, Abulenſis, Cajetanus. *Eſram*, Beda, Cajetanus. *Tobiam*, Beda. *Iudith*, Rabanus *Eſther*, Cajetanus. *Iobum*, Beda; Thomæ etiam tribuitur. In *Pſalmos*, Remigius, Beda, Haymo, Bruno, Victorinus, Rupertus, Guilielmus Pariſienſis, Thomas in Pſalmum 50. Bernhardus in Pſalm. 90. Thomas Cajetanus, Iacobus de Valentia, Franciſcus Titelmannus, Franciſcus Savanerola. *Proverbia*, Beda, Honorius, Guilielmus Pariſienſis, Cajetanus. In *Eccleſiaſten*, Salinius, Alcuinus, Hugo Victorinus, Guilielmus Pariſienſis, Bonaventura, Cajetanus. In *Cantica*, Beda, Anſelmus, Ambroſius Ansbertus, Honorius Auguſtodunenſis, Aponius,

nius, Bernhardus, Thomas, Ægidius Romanus, Rupertus Tuitienſis, Robertus Holcot. In *Sapientiam*, Robertus Holcot. In *Eccleſiaſticum* idem & Nicolaus de Gerrnas. In *Ieſajam*, Thomas, Ioachimus Abbas. *Ieremiam* ijdem & Haymo. In *Threnos* Paſchaſius Radbertus, Hugo Victorinus, Bonaventura. In *Ezechielem*, Richardus Victorinus. In *Danielem*, Ioachimus Abbas. In *Prophetas minores* Rupertus, Remigius Antiſiodorenſis; Hugo Victorinus in *duos* tantùm. In *Matthæum* Beda, Claudius Scotus, Chriſtianus Druthmarus, Rupertus, Anſelmus, Thomas, Alphonſus, Abulenſis, Zacharias Chryſopolitanus, Guilielmus Pariſienſis, Richardus de Media villa, Cajetanus. In *Marcum*, Beda, Theophylactus, Zacharias Chryſopolitanus, Euthymius, Cajetanus. In *Lucam* Theophylactus, Beda, Euthymius, Bonaventura, Bernhardus, ſuper *Miſſus eſt*; Cajetanus, Zacharias Chryſopolitanus. In *Iohannem* Beda, Theophylactus; Euthymius, Rupertus; Hugo Victorinus, Thomas, Bonaventura, Richardus de Media villa, Zacharias Chryſopolitanus, Cajetanus. In *Acta*, Beda, Oecumenius, Cajetanus. In *omnes Epiſtolas Pauli*, Primaſius, Beda, Sedulius, Haymo, Theophylactus, Rodolphus Flaviacenſis, Oecumenius, Anſelmus ſeu potius Hervæus, Bruno, Petrus Lombardus, Hugo Victorinus, Thomas Aquinas, Gregorius de Arminio, Thomas Cajetanus. In *Epiſtolam ad Romanos*, Ægidius Romanus. In *Epiſtolas Canonicas*, Beda, Thomas, *Jacobi*; Gregorius de Arimino. In *Apocalypſin*, Primaſius, Beda, Haymo, Ambroſius Anſbertus, Richardus Victorinus, Oecumenius, Anſelmus, Aretas, Rupertus, Ioachimus &c. Hanc verò periodum non ſatis fuiſſe in explicatione Scripturæ Sacræ felicem, alibi prolixè demonſtravimus. Fatetur Melchior *Canus*, rariſsimos hac ætate repertos, qui Linguas Originales intelligerent, quomodo ergò eam exſpectaſſemus ἀκρίβειαν, à qua fontium accurata inſpectio abeſſe non poteſt? Patentur alij, ut poſtea audiemus, trecentis ante Reformationem annis, Theologos nugis fuiſſe delectatos, quæ igitur explicationis ſoliditas ſperanda? Quanquam non defuerint, qui Veterum exemplum & Methodum ſequuti, priſtini illius vigoris aliquot retinuerint veſtigia, prout *Bernhardum*, Auguſtini diſcipulum, *Theophylactum* Chryſoſtomi Epitomatorem fuiſſe conſtat. De *Lyrano* noſtri feſtivè ſolebant judicare, quòd non ſemper deliraverit, & quòd, niſi *Lyranus* lirâſſet, Lutherus non ſaltâſſet.

III. Vltima poſt Reformationem *periodo* Exegetica ſtudia maximè floruerunt. Hæc enim prima Reformatorum cura fuit, ut verbum Dei antea vel ætatis rarò, vel jejunè, vel obſcurè propoſitum, ex ipſis fontibus clariùs proponeretur, commodius exponeretur, doctius illuſtraretur. Id quibus initijs, & progreſsibus ſit factum, videndum poſtea nobis eſt. Sunt autem Tractatores Reformati vel *generales*, qui totum V. T. illuſtrârunt Commentarijs, ut Theodorus Bibliander, cujus ſcripta Exegetica, antehac à magnis Theologis in Anglia & alibi deſiderata, intra privatos tamen hactenus parietes latuerunt; Anglici Theologi, 3. Noſtri ſcriptores.

Digitized by Google

logi, Diodatus, Conradus Pellicanus, Iohannes Calvinus, Iohannes Piſcator David Pareus; Vel ſpeciales, in certos tractatus extant ita in *Pentateuchum* integrum Martinus Cellarius (Hebraico vocabulo *Borrhaus*) Franciſcus Iunius, Benedictus Aretius, Calvinus, Druſius, Alſtedius, Henricus Ainſvvorth, Brentius, Chytræus, Fagius. In *Geneſin*, totam Zuinglius, Oecolampadius, Muſculus, Martyr, Mercerus, Gualtherus, Lutherus, Marloratus, Strigelius, Ioh Gerhardus, VVilletus & nuper Rivetus. *Hiſtorica quædam*, ut Blaſsij de Protoplaſtis, Bucani de Sacrificio Abrahami c. 22. Altingij Schilo c. 49. Calixti & Corvini Hiſtoria Ioſephi, Digbæi in c. 1. noſtrum Hexaëmeron in c. 1. & *ἀκεϰμασία* Abrahami c. 22. Melanchthon in aliquot loca. In *Exodum*, Bibliander, Zuinglius, Simlerus, Pelargus, VVilletus, Rivetus: Melanchton in *difficiliora* loca; Sebaſtian Schmidius in c. 12. v. 11. *Leviticum*, Bibliander, Iacobus Friſius, quem utrunque habeo *ἀνέκδοτον*, Paulus Conſtantinus Phrygio, Eraſmus Sarcerius, Andreas VVilletus. *In Numeros*, Bibliander Mſc. Atterſol, Franciſcus Iunius, Pelargus, Iohannes Pomeranus, Eraſmus Sarcerius. In *Deuteronomium* Lutherus, Ioh: VVolphius, Cyriacus Spangenberg; Pelargus. *Ioſuam* Calvinus, Chytræus Druſius, Anthonius Iackſon, Ludovicus Lavaterus, Ioh. Mayer, Iohannes VVolfius. *Iudices*, Brentius, Bucerus, Chytræus, Druſius, Ludovicus Lavaterus, Ioh: Mayer, Martyr: De *voto Iephthæ* Spanhemius & Capellus. *Ruth*, Mercerus, Gualtherus, Lavaterus, VVolphius, Brentius, Chytræus, Druſius, Ioh: Mayer. In *Samuelis* libros, Bibliander, Brentius, Druſius, Mayer, Martyr, Strigelius, VVilletus, Bugenhagius, in 2. lib. Lavaterus in *Hiſtoriam Nabalis* c. 25. Borrhaus, Franciſcus Lambertus, Nicolaus Galaſius. In lib. *Regum* Brentius, Druſius, Martyr, Mayer, Strigelius, VVolfius, VVellerus. *Paraleipomena* Ludovicus Lavaterus, & Eraſmus Sarcerius. *Eſram*, Brentius, Bibliander, Lavaterus, Mayer, VVolfius. *Nehemiam*, Brentius, Bibliander, Lavaterus, Iohannes VVolphius. *Eſtheram* Bibliander Brentius, Druſius, Lavaterus, Gualtherus, Mayerus, Petrus Merlinus. *Iobum* Brentius, Calvinus, Beza, Caryl, Coccejus, Druſius, Lavaterus, Mercerus, Merlinus, Borrhaus, Mayer, Piſcator ſeparatim. *Pſalmos vel integros*, Henricus Ainſvvorth, Ameſius, Calvinus, Iohannes Foord, Bugenhagius, Muſculus, Mollerus, Aretius Felinus, i. e. Martinus Bucerus, Piſcator, Strigelius, Szegedinus, Mayer Anglis. Rivetus, Robertus Rollocus, Scultetus, Cramerus; Eobanus carmine reddidit, quod notis illuſtravit Vitus Theodorus, Oecolampadius, Andreas Hyperius, Iacobus Fabricius; vel *ſingulares* quoſdam, Bullingerus in Pſalm. 130. & 133. Lutherus & VVolfius Iohannes in Pſalm. 110. de regno Meſsiæ: Calvinus Pſalm 16. de fugienda Idololatria: Item in Pſalm. 27. Brentius Decades aliquot ſcripſit. Camero in Pſalm. 68. v. 17. Erneſtus Andreæ Pſalm. 119 Cartvvrigthus Pſalm, 15. Ioh: Groſsius Pſal. 51. Matth. Erbius Pſalm. 17. Fridericus Gölerus Pſal. 119. Matth. Martinius Pſal. 2. Iohannes Leonticus in Pſal. 68.

Rollerus

Rollocus in Pſalm. 3. 6. 16. 23. 32. 39. 42 49 51. 62. 65 84 116. 130. 137. Sedecl. in Pſalm. 32. Polanus in Pſalm. 13. Thomas VVolphius in Pſal. 15. Theodorus Zuinggerus in Pſalm. 1, Anhornius in Pſalm. 127. v. 3. 4. 5. de educatione liberorum. *Eccleſiaſtica* Paraphraſi ſoluta explicuit Theodorus Beza, Iohannes Campenſis: *ligatâ* Eobanus Heſſus, Iacobus Lectius. *Commentaria* ſcripſerunt, Brentius, quæ tersè Latinitate donavit Gaſtus, Broughtonus, Thomas Cartvvrightus, Lavaterus, Lutherus, Melanchthon, Mercerus. In *Proverbia* Paraphraſis Campenſis: Commentaria Roberti Bayneſij, Thomæ Cartvvrighti, Iohi Dod. Lavateri, Lutheri, Melanchthonis, Merceri, Mayeri. In *canticum* Henricus Ainſvvorth, Alſtedius, Brightmannus, Lutherus, Mercerus, Lambertus, Mayerus, Beza. *Ieſajam*, Bullingerus, Calvinus, Lutherus, Brentius, Marloratus, Mollerus, Muſculus, Sculterus, Pembleus, Bucerus, Serranus. Item, Oecolampadius, Gualtherus, Szegedinus, Vrſinus, Zuinglius. In *fragmenta* quædam In c. 53. Rivetus, Hornbeckius, Lutherus, L'Empereur, Spanhemius. Gualtherus in c. 38. de *Ezechia*, Scultetus in c. 47. de Magis. Bibliander ad enarrationem Ieſajæ. *Ieremiam* Brentius, Calvinus, Zuinglius, Bullingerus, Szegedinus. Ad c. 10. Lutherus. c. 3. v. 4. Friſchmuthus. *Lamentationes*, *Daniel* Toſſanus, Broughtonus, Calvinus, Bullingerus, Martyr, Melanchthon, Zuinglius. *Ezechielem*, Calvinus, Iunius, Lavaterus, Polanus, Szegedinus, Oecolampadius. *Danielem*, vel univerſum, Alſtedius, Broughthonus, Bibliander, Bullingerus, Calvinus, Iunius, Lutherus, Melanchthon, Parkerus, Polanus, Rollocus, Szegedinus, VVilletus; vel certa fragmenta, Lutherus in viſionem Danielis 7. de AntiChriſto, de LXX. Septimanis, Bullingerus, Graſſerus. *In δωδεκαπροφήτην*, Calvinus, Hemmingius, Druſius, Stephanus Fabricius, Tarnovius, Oecolampadius, Gualterus, quem Mſc. habeo, Danæus. *Hoſeam*, Brentius, Capito, Lutherus, Mercerus, Möllerus, Polanus, Rivetus, Tremellius, Zanchius. *Ioelem*, Lutherus, Fabricius, Mercerus, Druſius, Grynæus, Lambertus. *Amoſum*, Brentius, cujus & annotationes extant, & Commentarij prolixiores, cum Lutheri præfatione, ubi de Laboribus Brentij agitur: Lutherus, Mercerus, Sebaſtianus Benefield. *Ionam*, Abbotus, Brentius, Iunius, Koningh Epiſcopus, Lutherus, Mercerus, Grynæus, Druſius, Happelius, VVillingus. *Micham*, Brentius, Chytræus, Lutherus, Billicanus, Stuckius Guil. (ſed ἀνέκδοτος) Munſterus Sebaſtianus, Paulus Conſtantinus Phrygio. *Nahum*, Bibliander, Chytræus, Crocius, Lutherus, VVinckelmannus, Druſius. *Habacuc*, Chytræus, Lutherus, VVinckelmannus, Capito, Grynæus Iacob, Druſius. *Zephaniam*, Bucerus, Lutherus, VVinckelmannus, Lambertus, Druſius. *Haggæum*, Melanchthon, VVinckelmannus, Vrbanus Rhegius, Iodocus VVillichius, Grynæus. *Zachariam*, Chytræus, Lutherus, Melanchthon, Guil. Pembleus, VVillius Balth. Grynæus, Bullingerus, Stuckius Guil. Mſc. *Malachiam*, Frid. Balduinus, Chytræus, Melanchthon, Mollerus, Polanus, Richardus Stock,

Digitized by Google

VVinkelmannus, VVillius, Munſterus Sebaſt. *Novum Teſtamentum* univerſum Commentarijs illuſtrârunt *Theoreticis*, Eraſmus, Beza, Druſius, de Dieu, Sculterus, Heinſius: *practicis* Bullingerus & Gualtherus, & Epitomator Marloratus; *Mixtis*, Aretius, Toſſanus, Cartvvrightus, quibus commodè addi poſſunt erudita & ſuccincta Strigelij ὑπομνήματα. In quatuor *Evangelia* Brentius, Bucerus, Calvinus, Iohannes Meyer, Chemnitius. Adde Balduinum VValæum, qui reliquorum interpretum explicationes, maximè Philologicas, collegit. *Matthæum*, Oecolampadius, Bucerus, Muſculus, Piſcator; Danæus, Melanchthon; In certas ſive *Hiſtorias*, ſive *ſectiones*, ſunt Gualtheri in c. 4 de tentationibus: Collodonij Ieſus Nazarenus: Cameronis in c. 16. v. 18. 19. & 20. & 27. c. 17. v. 10. 11. 12. 13. & v. 24. 25. 26. 27. & c. 18. v. 1. & 2. 3. 4. 5. ubi prolixè de Phariſæis agit & tentationibus. Ioh. Valkonier in c. 2. de Magis. *Marcum*, Bucerus, Myconius, Danæus, Bullingerus, Gualtherus; Piſcator, Hegendorphius. *Lucam* Robertus Stephanus, Bucerus, Franciſcus Lambertus, Iohannes Islebius, Bullingerus, Gualtherus, Agricola, Myconius, Piſcator: In *certa themata*, Lutherus in B. Virginis Mariæ, & Zachariæ odas, *Magnificat* & *Benedictus*. Iohannes VVitzius in c. 15. Speculum Gratiæ & Miſericordiæ Divinæ. Vſſerius in c. 3. de Cainane. Brentij Homeliæ 10. 11. in 12. Capp. *Iohannem* totum Hemmingius, Lutherus, Melanchthon, Muſculus; Pelargus; Rollocus, Tarnovius; Oecolampadius, Cruciger; Gualtherus, Piſcator: *Partes*, Bullingerus de dextera Dei c. 14. v. 1. Adde Iohannis VVillingij conciones ex c. 14. & 17. *Pedum paſtorale*, ſive conciones duas in Ioh. c. 20. v. 15. 18. Danielis Featley & Roberti Hariſij: Davidis Amerbachij Lutherani in c. 20. *Iohan.* de adultera, ut vocat, Calviniſtarum clave. In *Acta* Brentius, Bullingerus, Gualtherus, Calvinus, Ioh. Mayer, Toſſanus, Hemmingius, Pelargus, Iohannes Malcolonus; Iuſti Ionæ Scholia; Chriſtophori Hegendorphij in c. 15. de *Fide Patrum*; de *lege cibaria* prolixè nuper & eruditè contra Curcellæum Heideggerus. In *Epiſtolas Paulinas* omnes, Bullingerus, Calvinus, Dav. Dickſonus, Gualtherus, Andreas Hyperius, Ioh. Mayer, Muſculus, Toſſanus, Conradus Vorſtius, Hemmingius, Bucerus, Aretius. Ad *Romanos* Balduinus, Brentius, Bucerus, Martyr, Melanchthon, Muſculus, Gerhardus, Gomarus, Rollocus, Sculterus, VVilletus, VVilſonus, Oecolampadius, Olevianus, Antonius Fayus, Iodocus Nahum, & nuperrimè Theodorus Zuingerus. 1. *ad Corinthios* Martyr, Melanchthon, Lutherus in c. 15. Sebaſtianus Meyer. 2. ad *Corinthios* Sebaſtianus Meyerus, Ioh. Brandmullerus; *Galatas* Balduinus, Brentius, Lutherus, Muſculus, Perkinſus, Rollocus, Ioh. VVigandus, Ioh. VVinckelmannus, Grynæus. *Ephesios* Olevianus, Nahum, Rollocus, Zanchius, Paulus Bayn, Balduinus, Bucerus, Ioh. Crocius, Muſculus, Sculterus. *Philippenſes*, Henr. Airay, Balduinus, Brentius, Gomarus, Muſculus, Olevianus, Chriſtophorus Hofmannus, Zanchius ad. In utramque ad *Theſſalonicenſes* Zanchius, Quirinus Reuterus, Robertu

Digitized by Google

bertus Rollocus ſum notis Piſcatoris, Zuinglius, Gomarus, Muſculus, Sclaterus VVilhelm, Petrus Stevartius. Ad c. 2. *poſter. Epiſt.* notæ Simplicij Verini, in doctiſsimi cujuſdam viri commentationem. Ad *Timotheum* priorem, Cruciger, Danæus, Chytræus; In c. 2. Lutherus de *ſpe beata.* Ioſephus Medus ad c. 4. v. 1. 2. 3. In c. 3 v. 15. Exercitationes Godofredi de *Eccleſia & incarnatione chriſti.* In *poſteriorem* Thomas Hall in 3. & 4. Capp. In *utramque* Caſpar Megander & Alexander Alexander Aleſius. *Titum* Aleſius, Ioh. Crocius, Scultetus, Thomas Taylor, Megander, Cruciger, Chriſtoph. Hofmannus, Zacharias Vrſinus. *Philemonem* Bucerus, Rollocus, Atterſol, Brentius, Dan. Dycke; Gomarus, Scultetus. Ad *Hebræos* vel integram, Megander, Grynæus, Nahum; Rollocus, Bullingerus, Hegendorphius; Dickſonus, Gerhardus, Gomarus; Hyperius, Polyc. Lyſerus, Scultetus. Fragmenta, Cameronis reſponſa ad quæſtiones in Epiſtolam ad Hebræos. Spanhemius *de authore* Epiſtolæ ad Hebræos, Calvinus de *ferenda* pro Evangelio Chriſti *perſequutione* ex c. 13. Hulderici Zuinglij F. ſermones 40. in c. 11. Apologia Eraſmi ſive explicatio c. 2. ad Hebr. In 7. *catholicas*, Alſtedij, Bullingeri, Gualtheri, Hemmingij, Calvini; Turnemanni. *Iacobi*, Brochmanni, Iacobi Laurentij, Ioh. Mayeri, Andreæ Althameri, Chriſtophori Imleri, Thomæ Tacki, in 1. & 2. Caput. *Vtramque Petri* Leo Iudæ, Bibliander, Hieron. VVellerus, Ameſius, Nic. Bifelld. Ioh. Gerhardus; Gomarus; Iac. Laurentius, Lutherus, VVinckelmannus. In I. *Iohannis* Danæus, Turnemanus, Zanchius. II. Grynæus, Danæus. III. Danæus. *Iudæ* Danæus, Hyperius, Iunius, Lutherus, Perkinſus, Sibelius, Imlerus, Guilielm. Ienckyn, Thomas Manton. *Apocalypſin*; Alſtedius, Brightmannus, Camerarius, Chytræus, Couperus, Forbeſius, Gerhardus, Laurentius, Medus, Napier, Perkinſus, Toſſanus, Colladonius, Foxus, Graſſerus, Pareus, quem Synopticè nuper reddidit Henricus Dieſtius, Theologus Daventrienſis meritiſsimus, magnus noſter amicus, à quo, dum hæc nos occuparent ſtudia, inſigne piæ mentis κειμήλιον nobis fuit oblatum. Ex *Pontificijs* verò, Reformatorum exemplo multi excitati, Exegeticam Theologiam etiam diligentiùs indies tractare cœperunt. Hanc Reformationi felicitatem Pontificij ſatis libenter ferunt acceptam. *Hanc* (verba [a] ſunt judicioſiſsimi Theologi Hiſpani, *Alphonſi de Caſtro*) *proh dolor hodiè invaſionem à Lutheranis patimur, quibus adeò frequens eſt Evangelium & Paulina Epiſtola, ut nihil aliud ſpirare videantur. Verùm Deo immenſa agenda ſunt gratia; qui omnes has Eccleſiæ infeſtationes ad ſuam & Eccleſiæ gloriam vertit, quæ ictibus percuſſa ad meliora provehi cogitur. Nam hujuſmodi hæreticorum cauſa factum eſt, ut relictis quibuſdam nugis, quibus à ſtre-*

[a] Adverſ. Hæreſ. lib. 1. c. 4.

à trecentis (ingenua profectò ingenui hominis confeſsio) *hucuſque homines ſeſe dedere, ad meliora ſtudia ſe transtulerint. Quo fit, ut multo plures viros doctos nunc Eccleſia poſſideat, quàm à quadringentis retro actis annis uſque habuerit.* Quæ enim antea in Scholis tradendæ Theologiæ tam Topicæ, quàm Exegeticæ obtinuerit ratio, ex Bitontino [a] Epiſcopo diſcere juvat. *Divinæ,* inquit, *Scripturæ olim proh dolor! quanto omnium damno negligebantur? Vigebat ſpinoſa & moleſta neſcio quæ Theologia, de inſtantibus, relationibus, de quidditatibus, de formalitatibus, itémque hæc omnia ſyllogiſmis arte contortis, & humanis duntaxat argutijs, quæ proculdubio quâ authoritate recipiuntur, eâ & refelli poſſunt, pertractabantur. Tota penè ætas in hominum decretis, quæ inter ſe pugnantia ſemper, nullo tempore concilianda, alunt perpetuam per ſecula litem, conterebatur. Is ſublimis Theologus habebatur, qui majora portenta pro ſuis traditiunculis affingere ſciret, pretij que pars erat, gloriolæ inanis, non intelligi grandia illa verba, quæ alto ſupercilio, inter mulierculas de ſacris literis philoſophantes, trutinabant. Juraverant univerſi divini verbi duces in Magiſtrorum verba. Hinc ſexcentæ ſectæ Thomiſtæ, Scotiſtæ, Occaniſtæ, Bacconiſtæ, Albertiſtæ, Ægidiani, Alexandrei. O ſcelus! Poſthabebantur Evangelia, Epiſtolæ, Chriſtiana Philoſophia deliteſcebat, à pauciſſimis tractabatur, ſed frigidè, non enim dicam inſincerè.* Sed cautiùs paulo mercari didicerunt. Commentari enim in illos etiam paulatim cœperunt ſcriptores, quorum authoritatem antea maximo conatu noſtris voluerunt ereptam. Et ſunt quidem eorum etiam Commentatores vel *generales* in univerſa Biblia, vel *ſpeciales* in quoſdam libros. In *univerſa Biblia*, ex Hebræorum Commentarijs delumtæ extant notæ Franciſci Vatabli, breviſsima Emanuelis Sa, Marianæ, Stephani Menochij. In *pleroſque libros* ſcripſit Cornelius à Lapide, quæ tamen opera laborioſa magis eſt, quàm Exegetica Scholaſtica. Cujus Epitomator (quo loco ab ipſis habetur Pontificijs) eſt Tirinus. In *Pentateuchum* Bonfrerius, Oleaſter, Fab. Paulutius, Toſtatus, Auguſtinus Steuchus, Eugubinus, Seraphinus, Capponus à Porrecta. In *Geneſin* Aloyſius Lipomannus, Ambroſius Catharinus, Benedictus Pererius, Aſcanius Martinengus, Hieronymus Vielminus, Mar-

[a] Epiſt. ad Rom. c. 6. pag. 279.

Digitized by Google

Martinus del Rio, Ludovicus Yſtella; Marinus Merſennus; ſed admodùm prolixè, in aliquot tantùm capita: Benedictus Ferandez. *Exodum*, Lipomannus, Oleaſter, Pererius, Yſtella: Ianſenius in 5. priora capita. Lorinus. *Leviticum*, Petrus Serrarius, Hieronymus Oleaſter, Iohannes Lorinus. *Numeros*, Oleaſter, Lorinus. *Ioſuam*, Bonfrerius, Andreas Maſius, Iohannes Ferus, Coſmus Magellianus, Nicolaus Serrarius, Rupertus, Toſtatus &c. *Iudices*, Bonfrerius, Arias Montanus, Coſmus Magellianus, Serrarius, Toſtatus, *Ruth*, à Coſta, Bonfrerius, Gaſparus Sanctius, Serrarius, Toſtatus. *Samuelem* Mendoza, Serrarius, Sanctius Toſtatus. *Reges* Serrarius, Sanctius, Toſtatus. *Paraleipomena*, iidem. *Eſram*, Sanctius. *Eccleſiaſten*, Fevardentius, Serrarius, Sanctius. *Iobum* Franciſcus Titelmannus, Franciſcus, Fevardentius, Iohannes de Pineda, Sanctius, Iohannes Ferus, Auguſtinus Steuchus. *Pſalmos*, Auguſtinus Steuchus, Ianſenius, Iohannes Lorinus, Genebrardus, Arias Montanus, Antonius Agellius, Robertus Bellarminus, nuperrimè Simeon de Muis. Aloyſius Legionenſis in Pſalm 26. VVicelius in Pſalm. 120. Savanorola in Pſalm. 51. In *Proverbia* Cornelius Ianſenius, Theodoretus Peltanus, Salazar. In *Eccleſiaſten* Ferus, Titelmannus, Ianſenius, Lorinus, Pineda, Sanchez, Serrarius. *Canticum*, Titelmannus, Ludovicus Legionenſis, Martinus del Rio, Iohannes à Ieſu Maria, Ludovicus Soto major, Sanctius. *Ieſajam* Adamus Sasbout, Hector Pintus, Leo à Caſtro, Franciſcus Forerius, Thaddæus Auguſtinianus, Did. Alvarezius, Auguſtinus de Quiros, Sanctius. *Ieremiam* Chriſtophorus Caſtrius & Andreas Capella, Maldonatus, Petrus à Figueiro, Sanctius. *Lamentationes* Agellius, Caſtrius, Del Rio, à Coſta, Ferus, Pinctus, Sanctius, Toſcanus, à Figueiro, Maldonatus. *Ezechielem* Maldonatus, Pinctus, Sanctius, Serrarius, Villalpandus, Hieronymus Pinctus. *Danielem* Maldonatus, Pererius, Pinctus, Sanctius. *Prophetas minores*, Arias Montanus, Franciſcus Ribera, Petrus à Figueiro, Sanctius. *Hoſeam* Hieronymus Guadalop. *Ionam*, à Coſta, Fevardentius. *Nahum*, Pinctus. *Haggæum*, Iohannes Eccius. *Malachiam*, Gab. à Coſta, Auguſtinus de Quiros. In *Novum Teſtamentum*, Cornelius à Lapide, Eraſmus, Salmeron. In 4. *Evangelia*, Barradius, Ianſenius, Maldonatus, Arias Montanus, Aloyſius Novarinus, Adam Contzen, Salmeron. In *Matthæum* Iohannes à Lovanio, Iohannes Ferus, Paulus Palatius Melo, Ianſenius, Franciſcus Lucas, Brugenſis, Alphonſus, Avendanus, Claudius Guillardus, Alloyſius Novarinus, Toſtatus. *Marcum* Iohannes Suarezius, Iohannes Serrius, Iſidorus Clarus, Hieronymus Guadalopenſis, Gaſparus Melò, Stella, Toletus, Vitalianus Zuccolo. *Iohannem*, Ferus, Toletus, Serrius, Michaël de Palatio, Ribera. In *Acta* Iohannes Gagnæus, Iohannes Lorinus, Salmeron, Ferus, Nicolaus Gorranus, Novarinus. Stapletonus. In *Epiſtolas Paulinas* Ambroſius Catharinus, Gagnæus, Benedictus Iuſtinianus, Gorranus. *Romanos*, à Soto, Sasbutus, Titelmannus, Sadoletus,

Toletus,

Toletus, Coozen, Pererius, Stapletonus. *Galatas*, Sasboutus. *Epheſios*, idem, Auguſtinus de Quiros. *Philippenſes*, Sasboutus, Velasquezius. *Coloſſenſes* Sasboutus, de Quiros. Ad *Timotheum* Claudius Eſpenſæus, Iohannes à Lovanio, Sasboutus, Coſmus Magallianus, Ludovicus Soto. *Philemonem* Fevardentius. *Hebræos* Sasboutus, Ludovicus Tena, Ribera, Michaël de Palatio. In *catholicas Epiſtolas*, Gagnæus, Serrarius, Gorranus, Eſtius. *Iacobi* Didacus Daza, Fevardentius, Lorinus, de Quiros. *Petri* 1. Iohannes à Lovanio, Fevardentius. In 2. Sasboutus, Fevardentius, Lorinus. 1. *Iohannis*, Iohannes à Lovanio, Iohannes Lorinus. 2. Lorinus. 3. Lorinus. *Iudæ* Sasboutus, Lorinus, Fevardentius, de Quiros. *Apocalypſin* Cælius Pannonius, Iohannes Gagnæus, Pererius, Ribera, Blaſius Viegas, Alcazar, Gorranus, Melo &c. De ſingulis judicare, aut alios ab alijs characteriſtico diſcernere indice, temerarium fortè videatur; dum quod exactè lectum non eſt, accuratè intelligi non poteſt. Si verò intellectum non fuerit, quomodo judicium admittat? Obſervatum interim eſt, ex his Commentatoribus Pontificijs, alios *Scholaſticam* ſequi Methodum, & de ſenſu potiùs illato defendendo, quàm piè inferendo cogitare: Vnde prolixæ & planè Scholaſticæ quorundam digreſſiones. Hoc cenſu habentur Cajetanus, Daza, Eſtius, Michaël de Palatio, Dominicus Soto. Alij ad *praxin* propiùs accedunt, & non contemnenda illius ſuggerunt ſubſidia, ut Ferus, Ianſenius, Brugenſis. Ille certè magnum ubique probat in praxeos ſtudio Zelum, contra abuſus etiam, qui paulatim in Eccleſiam irrepſerunt. *Paulus* etiam *de Palatio*, Conimbricenſis Theologus tantum fermenti Pontificij non habet. Alij *fontes* ipſos urgent, nugas Scholaſticorum deteſtantur, dignum textu commentandi genus ſequuntur. In hac claſſe excellunt Maſius, Arias Montanus, & qui nuper acceſſit Simeon de Muis, Doctor Sorbonicus, cujus in Pſalterium commentaria à noſtratibus tum ob candidum & Theologicum dicendi genus, tum ob ſtudium, textum ex fontibus deducendi, non negliguntur. Alij verò *Rhapſodi*, aliorum tantùm, veterum præſertim compilant & contrahunt labores. Huc pertinent Gorranus, Cornelius à Lapide, Maldonatus, Mendoza, Pererius, Salmero, Tirinus, Toletus, Serrarius; nempe ut Cathedræ ſe accommodarent. Errores hinc inde ſatis maſculè reprehendunt, veritatémque defendunt Ferus, Montanus, Eſpenſæus, Guilliardus, ex quibus probatu fuerit promtum, pauca vel deprehendiſſe Reformatores, vel reprehendiſſe, quæ non ab iis etiamnum ſint obſervata, unde & Bellarminus ad Eſpenſæum, & Ariam Montanum notat, *cautè* eos legendos eſſe.

Ex his omnibus obſervamus Cathedris Romanis, præ cæteris, deſtinatum Cornelium à Lapide, ejúsque Epitomatorem Tirinum, non quòd ille vel ingenio accedat Toſtato, Abulenſi, Thomæ, Lyrano, Cajetano, Eſtio, Sanchezio, vel eruditione & Linguarum apparatu Ariæ Montano, Vatablo, Muiſio, vel judicio

Digitized by Google

judicio & Methodi ἀκριβεία Emanueli Sa, aut Marianæ, quorum quidem breves, ſed doctiores, ut plurimùm ſunt obſervationes; verùm, quia ſua populo ut placerent, conſcripſit commentaria, ex *Diſcipulo de tempore*, *Cantipratenſi*, *Legendis*, *vitis Patrum*, collecta, & aliquo eloquentiæ mangonio fucata propoſuit. Plus ergo impendiſſe videtur laboris, quàm *Sa* & *Mariana*; minùs oſtendit judicij & ingenij. De *Drexelio* agemus, ubi ad Eccleſiaſticam deventum fuerit Theologiam.

Magna autem in Exegeſis Methodi obſervatur varietas. In genere & abſolutè quadruplex interpretationis genus natum, *Grammaticum*, *Logicum*, *Oratorium & mixtum*. *Grammaticum*, verborum, phraſium, rituum, proverbiorum, quo literalis eruatur & illuſtretur ſenſus, conſtat explicatione. Hanc curam Philologiæ Sacræ, de qua ſupra, potiſſimùm relinquimus. Sed & *Scholiaſtæ* hoc ſecuti ſunt genus ſcribendi; Ex *veteribus* Athanaſius, Hieronymus, Theophylactus, & Oecumenius; ex *recentioribus*, Piſcator, Druſius in utrumque Teſtamentum, Vatablus, Tremellius & Iunius, in Vetus; Beza & Camerarius in N. T. *Logicum* eſt, quo cohærentia & ſeries tractationis monſtratur; quæſtiones, argumenta, & membra omnia articulatè reſolvuntur, diſtinctéque proponuntur. De hoc veteres non multùm laborârunt, recentiores verò in eo excellunt, præſertim *Analytici*, Iunius, Piſcator, Pflacherus, alij. *Oratorium*, Rhetorum more, fuſiore Oratione quæſtiones ſingulas pertractat & ad locos Communes refert, Theoricos & Practicos. Palma ex *veteribus* debetur Baſilio, Chryſoſtomo, Gregorio Nazianzeno, Auguſtino, & alijs. Inter *recentiores* celeberrimi ſunt, Lutherus, Bullingerus, Gualtherus, Iohannes VVolphius, Ludovicus Lavaterus, VVolphius, qui integras ſcripſerunt Homilias. *Mixtum* denique eſt, cùm vel priora omnia miſcentur, vel quædam ex ipſis conjunguntur. Ad hunc ordinem ex *veteribus* refertur Hieronymus, Chryſoſtomus; ex *recentioribus*, Bucerus, Calvinus, Muſculus, Pareus, Rivetus, Coccejus. *Scholaſtici* magis ſunt Martyr, Spanhemius, Crocius Iohannes. Atque hi authores eximiam omnes merentur laudem, eámque eò majorem, quò auſi ſunt fortiùs conſuetudinis tyrannidem aggredi, & aliud, quàm per aliquot ſecula obtinuerat, ſcribendi genus, inferre. Habent enim poſteriores hi noſtri ſcriptores præ Anteceſſoribus laudem 1. *Certitudinis*: *Illi* enim Vulgatum, ut plurimùm, adeóque Latinum Interpretem, quàm ipſos fontes maluerunt interpretari: Id quod profectò quandoque eſt τῶν θυρῶν ἁμαρτάνειν. *Hi* fontes conſuluerunt ipſos. *Illi* in humani Eccleſiæ judicij cynoſuram omnia reſolverunt: *Hi* ſolam ex ſola Scriptura explicationem admiſerunt. 2. *Perſpicuitatis*: *Illi* allegoromania laborantes, textum ſæpe clarum & perſpicuum denſiſſimis involverunt tenebris. Quidlibet faciliùs elicuiſſes, quàm longè petitas & abſurdas, quæ Scholæ ſæpe placuerunt, παρερμηνείας. *Hi* verò vel facilia & obvia paralleliſmo illuſtrârunt, vel obſcuris lucem aliunde attulerunt, utrobique

Varietas Methodi.

Digitized by Google

bique πνευματικὰ πνευματικοῖς συγκρίνοντες. 3. *Pretij & ſinceritatis*: illi cauponari ſolebant Verbum Dei, miſcere varijs Philoſophorum, Ariſtotelis, Averrois &c. placitis: *hi* verò ὡς λόγια τοῦ θεοῦ ſuos tractarunt textus. 4. *Ingenuitatis*: *illi* ſenſum Allegoricum, Anagogicum, Tropologicum magna temeritate, & ſummo Eccleſiæ detrimento intulerunt: *hi* verò ſenſum literalem ex Scripturis eruerunt, erutúmque ad varios uſus applicuerunt. 5. *Decoris & honeſtatis*: *illi* fabulis nonnunquam & impijs moraliſationibus nimiùm indulſerunt: hi verò ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων religioſiſsimè ſervârunt. Et quanquam omnium Theologorum Reformatorum ſuprà memoratorum recordatio ſit in benedictione, omnes etiam in Scripturæ Sacræ explicatione non minorem pietatem probârint, quàm eruditionem, non malè tamen exiſtimo primas, *temporis* ratione, deferri Zuinglio, Luthero, Bibliandro, *ſoliditatis* Bullingero, Melanchthoni: *ſubtilis & exactæ tractationis* Calvino & Martyri: *uſûs*, Gualthero, VVolfijs: *accurationis* Pareo, Riveto, *ingenioſæ & artificioſæ* mixturæ Anglis. Illud inſuper notandum, à Reformatoribus noſtris non *Archetypos* tantùm, *Schematiſmos*, *Ideas*, *Methodos* &c. concionum fuiſſe exſpectandas: ſed integra concionum corpora, Homilias formatas. Adeò enim paulatim fontes illi per Philiſtæos erant impudenter obthurati, ut nonniſi cum conatu aliquo potuerint vel aperiri, vel ad uſum revocari Obviæ enim ſunt Theologorum Practicorum querelæ, de ſtudijs juventutis malè, exemplo nempe receptæ Methodi, collocatis, de Theologia Practica neglecta. Monebant, urgebant proinde, etiam optimi quique, Reformatores, ut vel ſua communicarent μελετήματα privatim, vel publicæ ea exponerent luci. Nova igitur facies erat inducenda, novi formandi concionatores, quod ut fieret, non digitus tantùm debebat intendi, ſed & exemplo præiri, quo magnam profectò eo tempore Theologi ſibi conciliarunt gratiam. In Bibliotheca noſtra Tigurina exempla collegimus magnorum Theologorum, Germanorum, Anglorum, &c. qui nec ſumtibus nec laboribus, ut ejuſmodi obtinerent ſubſidia, pepercerunt. Id quod contra eos monendum duxi, qui ab infelicitate illorum temporum remotiores, non ſatis æſtimare videntur tantorum laborum pretium, Nimia prolixitate meditandi materiam alijs ereptam, præter neceſsitatem, conquerentes. Quaſi juſsiſſent præclari illi Theologi verbotim omnia exſcribere, & non poſteritati potiùs probare, quanta cum difficultate illi primas ſuperare ſalebras, glaciémque frangere coacti fuſſent! Teſtimonia potius ſunt exantlatorum feliciter laborum, & eorum, quos alij non fuerunt auſi aggredi, conatuum, quàm materia vel invidiæ, vel ingratitudinis, vel otioſorum pulvilli.

Cæterùm, quid poſt tot ſanctas lucubrationes, & abſolutiſsima in S. Scripturam commentaria, nobis etiam videatur ſupereſſe, & qua ſcribendi Methodo, nobis quoque noſtra, in S. Pandectas demonſtranda religio atque fides, qui-

bus

Digitized by Google

bus illud officij ratione incumbit, commemorare hoc loco nihil attinet. Extat judicium noſtrum tum in diſputatione noſtra publica de Theologia *Exegetica*, tum aliorum de conatibus illis ſuffragium, in *Bibliotheca Tigurina*, ubi hujus tractationis ferè propria eſt ſedes.

IV. Tertium Commentariorum diſcrimen ex diverſitate *Religionis* oritur. Et quanquam hoc variè poſſet inſtitui, compendio tamen acturi, ad duas eos revocamus claſſes. Cùm enim Scripturæ Principium ſoli admittant *Iudæi* & *Chriſtiani*, & illi quidem Vetus tantùm, hi verò utrumque Teſtamentum, ab utriſque etiam ſatis hæc ſtudia fuerunt exculta. Et *Iudæos* quidem quod attinet, poſtquam & ipſi diverſis ſtudijs ſcindi cœpiſſent, alij, *Phariſæi*, *Deuterotæ*, ſive *Traditionarij*, Traditiones Veterum, alij *Scripturarij* (*Samaritani*, ex parte, utpote qui Pentateuchum tantùm admiſerunt, *Sadducæi* ex toto: totum enim Veteris Teſtamenti textum recipiunt, non, ut quidam volunt, ſolum Pentateuchum) Scripturam tantùm admiſiſſent, commentarijs etiam paulatim inclareſcere voluerunt. *Phariſæi* ſive Traditionarii, ſerius ad hæc acceſſerunt ſtudia, in ſuo ultra mille annos Talmude occupati. Duodecimo ſeculo *Iarchius*, *Aben Eſra*, *Kimchius* iam prodierunt, quos deinceps magno numero ſunt ſequuti, ad noſtra uſque tempora, plurimi, qui vel *univerſalia* in totum ſcripſerunt textum, commentaria, vel ſingulares libros. Vtrorumque Catalogum habet *Bibliotheca* noſtra *Orientalis*. *Iudæis* Iarchius, quia ſuccinctus eſt & Talmudicus, maximè placet. Chriſtianorum uſibus vel *Abarbinel*, tum ob Methodi perſpicuitatem, tum etiam materiæ ſelectum accommodatiſſimus eſt, vel *R. Schelomo ben Malec* in ſuo *Miclol Iofi*, cujus in exponendo ſenſu literali non eſt contemnenda induſtria, ſtyli inſuper facilitate commendata: *Kimchius* fons eſt cæterorum, qui Grammaticum eruunt ſenſum, unde negligi non debet. *Aben Eſra* profundior, modò Philoſophum agit, Phyſicum, Mathematicum &c. modò Theologum. Alij *mixti*, jam Talmudica ſua proponunt ſomnia, mox ſenſum literalem juvant: de quibus conſuli poteſt & *Bibliotheca Orient.* & *Primit. Heidelb.* *Karraitæ* eodem etiam ſeculo duodecimo animum ad commentandum applicuerunt, teſte authore libri *Iuchaſin*. Succeſſerunt poſtea alii, qui tamen hactenus à noſtris rariùs potuerunt obtineri. Quicquid verò huc uſque eruere de *Karraitarum* ſcriptis potuimus, placuit illud commemorare, tum in *Primit. Heidelb.* pag. 23. 24. tum in Biblioth. Orient. p. 24. 97. *Anan* & *Benjamin*, teſte Eſra, hic agmen ducunt. Sed & idem Eſra varias à fidei ſocijs in Comentariis calcatas oſtendit vias. 1. *Longam*, ut vocat, & *latam*, Iudæorum inter Iſmaelitas viventium. 2. *Rudem* & *ſimplicem* Karræorum. 3. Ἀλληγορεμανιζόντων. 4. *Rhapſodicam* Græcorum & Romanorum, qui Veterum *Deraſchim* colligunt. 5. *Mediam*, quæ in vocum primo, poſtea & rerum extat examine. Cæterùm, quem ex his Commentariis Chriſtiani haurire poſsint uſum, ſuo loco diximus, quamvis ne monere quidem ſit opus. *Vatablus*, *Iunius*, *Mercerus*, *Druſius*, ſuo ſatis docuerunt exemplo,

Ratione religionis.

non ſine fructu in Theologia Exegetica Judæorum ſolicitari induſtriam. De *Samaritanorum* Commentariis hactenus ex illorum tantùm Tranſlationibus judicare licuit & Hiſtoriis quibusdam. De *chriſtianis* primæ, mediæ, ultimæ ætatis Commentatoribus jam ſupra egimus.

Ratione Regionis. V. *Regionis* ſive *climatum* ſupereſt reſpectus, quem Veteres libenter obſervàrunt. *Theodoretus* nobis oſtendit τὰ νότια καὶ βόρεια ποιμαίνοντας αἰδίμους τῆς εὐσεβείας διδασκάλους πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Atque, ſic alii Orientales erant, alii Occidentales. Inter *Orientales* referimus. 1. *Græcos*, qui hæc feliciſſimè tractarunt ſtudia, *Chryſoſtomus* præſertim, non facundiâ minus, quàm perſpicuitate celebris, adeòque magno ſemper in Eccleſia Latina & Græca loco habitus; *Athanaſius*, *Baſilius* &c. quorum ſatis & nomina, & opera ſunt nota. 2. *Syros*, qui & ipſi plures dederunt in S. Scripturam explicationes, quàm vulgo innotuit. Sunt qui univerſum contextum Commentariis illuſtrârant, ut *Ephremus* Syrus, (etſi videatur quoſdam libros excipere *Ebed Jeſu* pag. 45.) *Iacobus Niſibenæ*, Perſarum Civitatis Epiſcopus. Habetur & Syrus *Scholiaſtes*, qui ſuccinctas in utrumque Teſtamentum ſcripſit notas; & *Catena* in quatuor Evangelia; *Dionyſius* in Epiſtolas Canonicas, Acta Apoſtolorum & Apocalypſin; *Soadedus*, in loca S. Scripturæ difficiliora; Iacobus Epiſcopus Edeſſenus in Hexaëmeron: de quibus in Bibliothec. Oriental. Præterea *Narſao* Commentaria tribuuntur in Geneſin, Exodum, Leviticum, Numeros, Joſuam, Judices, Eccleſiaſten, Ieſajam, Δωδεκαπρόφητον, Ieremiam, Ezechielem, Danielem. *Abrahamo de Beth-Raban* in Ioſuam, Judices, Reges, Eccleſiaſticum, Ieſajam, Δωδεκαπρόφητον, Danielem, Canticum Canticorum; *Johanni de Beth Raban* in Exodum, Leviticum, Numeros, Iobum, Ieremiam, Ezechielem, Proverbia, Quæſtiones in Vetus & Novum Teſtamentum. *Mar-Aba*, Magno, in Geneſin, Pſalmos, Proverbia, utramque ad Corinthios, & tres ſequentes, ad Hebræos. *Diſcipulis* ejus in Danielem. *Chanano-Chadiboja* in Geneſin, Iobum, Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Δωδεκαπρόφητον, in Marcum, Epiſtolas Pauli. *Hibæ* in Proverbia. *Paulo Niſibenſi*, in Sacram Scripturam. *Babai magno* expoſitio in omnes Figuratas Scripturæ locutiones. Inter mille nongentos libros *Joſepho Videnti* aſſignantur Expoſitio viſionis Ezechielis. *Ieſchua-Iabbo* in Davidem. *Michaeli* Quæſtiones de figurata elocutione Scripturæ, tribus comprehenſæ Tomis. *Theodoro Epiſcopo* Maru, Comment. in Davidem. *Gabrieli*, ejus fratri, documenta & elucidationes variarum rerum, quæ ſunt trecenta circiter capita (vel ſectiones, צורתא Syriac. Vid. *Theſ. Philol.* pag. 221. & *Centur. Heidelb.* pag. 198.) juxta Computum eruditorum. *Eliæ Metorpolitæ* Maru Thargumim, ſive Paraphraſes; doctrinæ item lectionum totius Evangelii; in Geneſin, Proverbia, Davidem, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Eccleſiaſticum, Ieſajam, Δωδεκα-

πρόφητον.

Orientales.

ἐσόφητον, in Epiſtolas Pauli. *Gabrieli Ariæ* Commentarius in Scripturam, ſed non totam. *Ioſuæ Bar Nun*, quæſtiones in totam Scripturam, duobus tomis. *Eliſæo*, Interpreti, Comment. in Iobum, ad Corinthios, & tres ſequentes. *Bar chad beſchabo*, in Marcum & Davidem; *Micheæ* Doctori in libros Regum: *Cyro*, Thargumim ſeu Paraphraſes & Explicationes. *Sergio* in Ieremiam, Ezechielem, Danielem. *Maro*, Perſæ, Comment. in Danielem. *Danieli Tobonitæ* Interpretationes, Solutiones Quæſtionum Sacræ Scripturæ. *Abubus* Catarita Commentarijs illuſtravit totum Novum Teſtamentum, Legem, Prophetas: *Denchu* Pſalmos: *Ieſchudad* Novum Teſtamentum: *Dod Ieſchu*, Danielem, Libros Regum, & Eccleſiaſticum tribus Tomis: *Cyriacus*, Paulum Apoſtolum: *Nathanael* Pſalmos: *Hanan-Ieſchu*, Hirtenſis Epiſcopus, ſcripſit quæſtiones in Scripturas. *Emanuel, Doctor*, Hexaëmeron, carmine. *Ebed Ieſchu*, librum Expoſitionis ſive Commentariorum Veteris & Novi Teſtamenti. Ex quibus omnibus *Ephremi* Syri, non in Syriaca tantùm, ſed & alijs Eccleſijs celeberrimum fuit nomen. Iam in primitiva Eccleſia cum diſcipulis ſuis, æſtimatus eſt ὑπείροχος ἄλλων. Syri eum κατ' ἐξοχὴν *Prophetam* appellant, ut Eliſæum *Interpretem*, Michæam *Doctorem*, Mor-Aba *Magnum*. Noſtrum eſt optare potiùs, quàm ſperare tempus, quo ex αὐτοψία judicium de eo facere liceat. Sed de Patribus Eccleſiæ Syriacæ poſtea agemus.

De *Æthiopibus* conſtat, illos Græcorum ſcriptis uti translatis, quàm novis vacare maluiſſe, qua de re conſuli poteſt *Biblioth.* [a] noſtra *Orientalis*: Extat typis vulgatus ſermo *Chryſoſtomi* Æthiopicus de nativitate Chriſti, nuper, cum verſione Latina, editus. *Arabum* etiam ſcripta exegetica vel ſunt domi natæ; Eliæ III. Patriarchæ Antiocheni conciones feſtales, Schahidus &c. vel translata, prout Chryſoſtomi & Baſilii opera apud eos extare [b] ibidem indicavimus. Ex Eliæ Oratione natali patet, eos de ſtyli potius elegantia, quàm rerum copia laboraſſe. Conglomerant ubique ſynonyma, quod tamen propterea vitio ipſis non eſt vertendum, quia Muhammedanis hac ratione argumentum, quod ad defendendam impietatem ſuam, ex ſtyli Alcoranici floribus mutuant, debebat eripi, & ita delicatæ Muſelmannorum aures permulcendæ.

Sed & *Ægyptiacas* vetuſtiſsimas Eccleſias Scripturam Sacram Lingua vernacula & translatam legiſſe & explicatam, docent Commentaria in univerſum contextum ſacrum Ægyptiaca, quæ in Bibliotheca extant Vaticana, & in Madraſe Cayri, ubi multa MMſſ. millia aſſervari [c] dicuntur.

De reliquis Orientis Eccleſiis *Georgianis*, *Armenis*, *Perſis*, *Indis*, *Sinenſibus* &c. nihil hactenus vidimus, quod quidem ad præſentem pertineat tractationem. Magnatum hic expectanda eſt cura, quæ quod in Arabicis jam & Syriacis,

Bb 3 abun-

[a] C. 6. [b] Ib. pag. 63. [c] Ib. pag. 313. 317.

abundè eſt præſtitum, de cæteris etiam proſpiciat, quod quantò eſt difficilius, tantò majoris gloriæ oſtendit campum.

Occidentales.

In *Occidentalibus* Eccleſiis initium fecerunt *Latinæ*, cui, quid debeamus, *Auguſtino* præſertim, *Ambroſio*, *Hieronymo* &c. ſupra indicavimus. Illud notandum eſt, Commentarios Latinorum veterum pleroſque, fidei quàm textus originalis majorem obſervare Analogiam: illam enim pauci admodum, ut debuiſſent, religioſè fuerunt ſecuti. Poſtea, cùm Latina Lingua vernacula quidem eſſe deſiiſſet, authoritate tamen Pontificis & Eccleſiæ Romanæ in peragendis ſacris adhibita fuiſſet, Latinæ ſive Romanæ Eccleſiæ doctores ſuos etiam illa Lingua dederunt Commentarios. *Germani* ante Reformationem pauca ſcripta exegetica dederunt. *Theologorum Viennenſium* conciones Paſsionales Germanicæ Mſſ. & Tauleri Sermones in uſum publicum deſcripti, hinc inde in cœnobiis, & Monaſteriis aſſervabantur. Poſt Reformationem verò univerſa Eccleſia Europæa commentandi labores cum conatu & ſucceſſu aggreſſa eſt:

Et plerique quidem propterea Latinam etiam retinuerunt Linguam, quod, inter doctos recepta, medium illa eſſet, quo fieret, ut omnibus per orbem Linguæ illius peritis innoteſceret, quidquid omnibus etiam erat ſcriptum & conceptum. *Germanicæ* Eccleſiæ, etſi paulò ſerius ad Chriſtianiſmum admiſſæ, glaciem fregerunt ut Reformationis, ita piæ & ſolidæ in S Scripturam meditationis. *Eraſmus Roterodamus* docta ſua paraphraſi mox & Germaniam eruditam ſibi devinxit, & alios vel ad tranſlationem ſcripti Latini, vel idem ſtudium provocavit. Secuta enim poſtea Reformatio hoc ante omnia egit, ut ſuaderet, Dei voluntatem revelatam ſolùm S. Sc. Canonicæ libris contineri; ad eam ergo ceu normam recurrendum, quoties curvas ſuas hypotheſes mortalis obtruderet. Quo obtento, perſpicuis Commentariis, & explicationibus familiaris illa debuit reddi. A duabus hoc potiſsimum Eccleſiijs & Scholis expectandum tum erat, *Tigurina* & *VVittebergenſi*. *Zuinglius* in hoc genere ſtudiorum feliciſsimus, ſed aliis impeditus magis neceſſariis occupationibus, lampadem ſucceſſoribus reliquit & Collegis, Pellicano, Bibliandro, Bullingero, Gualthero, qui, quid in hac palaſtra præſtiterint, in *Schola* noſtra *Carolina*, ejúſque de Tigurinorum *Bibliotheca*, appendice, oſtendimus. In *VVittebergenſi* Academia rem propemodum novam fuit auſpicatus *Philippus Melanchthon*, qui, impulſore Luthero, poſtquam Eraſmi paraphraſis prodiiſſet, ad hoc ſcribendi genus ſe accinxit, ut oſtenderet, non literam tantùm, ſed & Spiritum, id eſt, verum ſenſum, quod in Eraſmo illi deſiderare videbantur, inveſtigandum. Primus hic labor ita placuit Luthero, ut omnibus eum Scholaſticis prætulerit. Memorabilia ſunt verba ejus, annotationibus *Melanch.* An. Ch. 1523. Argentorati impreſsis, præfixa: Ego, inquit, *quod impii Thomiſtæ ſuo Thomæ mendaciter arrogant, ſcilicet, neminem ſcripſiſſe melius in S. Paulum, tibi verè tribuo, &c.*

Ego

Digitized by Google

Ego ſcio, quo ſpiritu & judicio ſic de te pronuncio. Mox: *Dico, Hieronymi & Origenis Commentaria eſſe meras nugas & ineptias, ſi tuis annotationibus comparentur.* Eandem deinceps operam aliæ etiam ſuſceperunt Eccleſiæ, & Academiæ in Germania, Belgio, Hungaria, Polonia, ita tamen ut ferè ſemper unus & alter fuerit, quem denique alii ſuum fecère, translatione. Ex *Heidelbergenſi* Academia Triumviri, *Toſſanus, Pareus* & *Scultetus*, ſunt quorum ſcripta Exegetica & Practica magno cum Eccleſiæ fructu omnium eruditorum manibus etiamnum teruntur. Gallia ut plurimùm in ſuo acquievit *Calvino, Farello, Vireto.* Alii tamen, ſive vernacula, Lingua ſive Latina editis Commentariis, ſermonibus &c. ſubinde erant ſuccenturiati. Noſtra ætate & ſtyli perſpicuitas, & rerum varietas maximè commendavit *Molinæum*, communem Galliæ præceptorem. Quid Angliæ Reſpublica Chriſtiana hoc debeat nomine, fusè jam in Bibliotheca Anglicana oſtenſum eſt. Illud Helvetijs vitio nemo vertet, ſi & ſuis Eccleſijs, hujus, poſt Reformationem, ſtudij, primitias vindicent. Id quibus initijs & gradibus ſucceſſerit, breviter indicabimus. Quam primùm Zuinglio noſtro ſpes per amicos obtinendi apud Tigurinos Plebanatûs eſt facta, ipſe quoque campum ſibi in tam antiqua & celebri Eccleſia in explicatione Scripturæ ſolida & maſcula patere ratus, ijsdem ſtatim conſtare voluit, non ſe, more vel ſeculi, vel Anteceſſorum, obſcuros & inſulſos exſcriptorum Homeliarios, ſaltuatim pro arbitrio ea, quæ vix cohærent, decerpturum, quæ conſuetudine eſſent introducta, identidem inculcaturum, ſed veterum, *Chryſoſtomi, Auguſtini*, aliorûmque exemplo, ipſum ab ovo Matthæum ordine explicaturum, adeòque Theologiæ Eccleſiaſticæ nitorem ſuum reſtituturum. Id quod, ad luculentam Curæ ſpartam Zuinglius admiſſus, magno cum applauſu præſtitit. Erant enim, ex primarijs civibus, qui initio ſtatim concionum in *Matthæum* obſervârunt, aliter Pſittacos loqui, aliter homines. Aliter conducta Poſtillarum, Moraliſationum, Legendarum mancipia, aliter virum δυνατὸν ἐν γραφαῖς. Initio autem, reſtitutæ hujus Theologiæ Eccleſiaſticæ feliciter facto, illud Zuinglius impetravit, ut & magnum excitaret ſcrutandæ Scripturæ Sacræ apud plebem ipſam deſiderium, & luculentum, inter Scripturam & receptos longo uſu errores monſtraret diſcrimen. Tantò verò magis hæc Zuinglij placuit Methodus, quantò ille & majus robur adhibuit in Orationis emphaſi, & gravius pondus in ſelectu materiarum. Præter illa verò, quæ coram Plebe, ratione officij Eccleſiaſtici, dicenda ei erant, non usque adeò multa; talia tamen, quibus magnam ſui apud exteros excitavit admirationem, & quibus in veritatis agnitione magni viri multum detulerunt; ſcripſit Zuinglius Commentaria, ne ab ipſius Scripturæ lectione, quam revocatam ille potiſsimùm & commendatam volebat, plebem avocaret. Authoritate interim ſua effecit, ut Scholæ Theologicæ Tiguri inſtitutæ in Scripturæ potiùs

potiùs explicatione, quàm Locorum Communium tractatione occuparentur. Vnde etiam factum poſtea, ut *Bibliander*, *Pellicanus* &c. ad Scripturæ potiſſimùm Profeſſionem vocarentur, quam certè tantò cum ſucceſſu exornarunt Provinciam, ut primi illi fuerint, qui univerſum contextum V. T. perſpicuis illuſtrarunt Commentariis. Prævivit *Bibliander*, communis Theologiæ Exegeticæ parens, vir feliciſſimi ingenij & diffuſæ eruditionis, ſequutus *Pellicanus*: Exemplo eorum, aliorúmque hortatu, alij deinceps, tum Eccleſiaſtica tum Scholaſtica Methodo cœptam telam continuarunt, *Homilias*, *Archetypos*, *commentaria* vel in pleroſque, vel præcipuos alterutrius Teſtamenti libros ſcripſerunt; *Bullingerus* præſertim, cujus Decades magno ubique cum fructu & applauſu exceptæ, Scholis non minùs quàm Eccleſijs poterant ſervire, *Gualtherus*, *VVolphius Johannes & Henricus*, *Lavaterus Ludovicus*, *Simlerus*, &c, qui accuratiſſimus atque judicioſiſſimus ſemper eſt habitus, *Petrus Martyr*. Qui quidem omnes ab exteris etiam Theologis in hoc ſtudiorum genere cum maximis Primitivæ Eccleſiæ collati ſunt Scriptoribus. Horum laboribus cæteri per Germaniam, Angliam, Galliam, &c. vel adjuti vel excitati, animum etiam magno fervore ad hæc ſtudia applicuerunt, usque adeò, ut vel mediæ annorum Centuriæ ſpatio, tum in univerſa Biblia, tum in certos ejus libros plura prodierint pleniſſima & abſolutiſſima Commentaria, quàm multis antea retro ſeculis.

Liber II.

Liber II. Πατρολογία

Sive

DE THEOLOGIA PATRISTICA.

CAPUT I.

DE ANTIQUITATE ET GRADIBUS hujus ſtudii.

1. Qui de Patribus, adeóque Theologia Eccleſiaſtico-Hiſtorica ſcribunt, varia incedere poſſunt Methodo: Nobis *mixta* maximè placet, id eſt *Critico-Hiſtorica*. 2. Unde Patrum nomenclatura. 3. Magna ſemper veneratio eorum fuit apud veteres: Et eſſe debet, ſed reſtricta. Criſis veterum, Hieronymi præſertim, de ſtylo Patrum. 4. Studium Antiquitatis quo fuerit habitum loco, tempore *Canoniſtarum* & *Scholaſticorum* abuſus. 5. Quid per Reformationem ei acceſſerit. 6. Quantum Reformati Patribus tribuant.

I. DE Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcripturis meritò dubia eſſe debet optio; adeò multa ſunt, in quibus induſtria humana poteſt exerceri. Qui de *ætate* illorum accuratè ſcribunt, præclarè merentur, dum ea ex tenebris eruunt, quæ diu ſatis latuerunt. Quàm enim etiam hodie de quorundam ætate diverſa Authorum ſint judicia, nemini, niſi in Antiquitate hoſpiti, obſcurum eſſe poteſt. Etiam illi ſæpe authores, qui quotidianis teruntur manibus, volutántque per ora virûm, ſuæ nondum potuerunt ætati reſtitui, aut ſeculo. De *Stobæo*, authore non abjecto, [a] eóque Chriſtiano, quàm vel nihil, vel incertum [b] eſt, quod hactenus vidimus. *Theophylacti* quàm eſt tritum nomen? Sed quàm obſcura ejus apud authores ætas? Majorem verò meretur laudem, qui diſperſa hinc inde veterum ſcripta colligit, in ordinem redigit, verum

Cc

[a] Quod vel ex Photii Bibliotheca colligitur [b] vid in Stob. Præfat. Geſner.

rum à falſo, genuinum à ſuppoſitio diſtinguit; adeóque Eccleſiis Chriſtianis lectionem veterum non utilem tantùm, ſed & compendioſam reddit. Quando verò hoc ad authoritatem, illud ad ſcientiam magis pertinet, quàm conſilium Bibliothecæ inſtruendæ; & de illis & iſtis partim alibi actum à nobis eſt, partim agetur inferius; aliam, eámque fortè non ingratam calcarent illi viam, qui, quorum cura & induſtria, Editiones, quas habemus Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum, vel prodierint, vel lumen explicationis acceperint, exponerent. Hac enim ratione id ſpero daturos, quod neglectum hactenus fuit, & quod multiplici ſe commendat uſu, tum in colligenda, tum in judicanda re libraria. Nobis proindè viſum eſt eam ipſam obſervare ſemitam, Hiſtorica tamen διατυπώσει, qua occaſione, quibus ſubſidiis, & progreſsibus hoc etiam ſtudium Scholas & Eccleſias occupârit, præmiſſa.

II. Qui *Patrum* nomine intelligantur, alibi [a] monuimus. Merentur autem nomen illud: 1. Ratione *temporis*. Patrum enim nomine illos appellamus, qui viros Apoſtolicos proximè exceperunt. 2. *Meritorum*. Præclara eorum in Eccleſiam ex Judæis & Gentibus colligendam, & verè paterna fuêre merita. 3. *Tractationis*. Univerſalis quaſi eorum eſt tractatio, quæ per totum ſe diffundit eruditionis Theologicæ campum. 4. *Authoritatis*, magna illorum authoritas eſt, apud eos etiam, qui non ſemper iis favent.

III. Fuit autem jam olim in Patres magna, reſtricta tamen *reverentia*. *Cyprianus* Tertullianum ſuum appellare ſolebat Magiſtrum. Non ἁπλῶς, ſed κατά τι. *Hieronymus*, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, integrum compoſuit tractatum, in quo unumquemque χαρακτηρίζει, ex Græcis *Theodoretus*, Eutychianam confutaturus hæreſin, authoritatem Patrum, ſecundùm climata diſtinctorum, non negligit. Quin & *Critica* olim, in ſcripta Patrum, non fuit ignota. Una quæque Eccleſia ſuos ferè ſcriptores peculiari nota inſignivit. Ex Latinis audiatur *Hieronymus* ad Paulinum: Tertullianus *creber eſt in ſententiis: ſed difficilis in loquendo.* Beatus Cyprianus *inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus: & cùm totus ſit in exercitatione virtutum, occupatus perſecutionum anguſtiis, de Scripturis divinis nequaquam diſſeruit. Inclyto* Victorinus *martyrio coronatus: quod intelligit eloqui non poteſt.* Lactantius, *quaſi quidam fluvius eloquentiæ Tullianæ, utinam tam noſtra confirmare potuiſſet!* Arnobius *inæqualis & & nimius abſque operis ſui partitione confuſus. Sanctus* Hilarius *gallicano cothurno attollitur: & cùm Græciæ floribus adornetur, longis interdum*

[a] Analect. P. 1. pag. 317.

-dum periodis involvitur: & à lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt. Taceo de cæteris, vel defunctis, vel etiam adhuc viventibus: ſuper quibus in utramque partem poſt nos alii judicabunt. In Eccleſia *Syriaca* Ephrem *Propheta* nomen obtinuit, alii aliud, ut ex iis, quæ ſuo loco ſequentur, patebit. De *Græcis* Critica *Photii* aperta ſatis eſt & plana. Et revera, quia multum intereſt, in promtu habere ſingularia, veterum cumprimis, de uno quoque ſi non *judicia*, *indicia* ſaltem, ut quo quisque ſeculo maximè vel floruerit, vel valuerit, conſtet, non malè de re literaria mereretur, quisquis breviter ea & ſuccinctè colligeret, Lectorique ad oculum demonſtraret. Nos, ne quid omiſiſſe videamur, hujus inſtituti Ideam exhibebimus, eamque ordine Alphabetico. *Ambroſius* magni ſemper fuit nominis, celebratus proinde Baſilio, Hieronymo, Auguſtino, Paulino, Severo, Proſpero, Caſſiano, Theodoreto. Pontificiis Bellarmino, Baronio, Theophilo Raymundo. Compendioſiſſimè de eo *Eraſmus*: Inter priſcos, *inquit*, Eccleſiæ doctores Latinos, vix alium arbitror eſſe digniorem, cujus extent integræ lucubrationes, quàm D. Ambroſium. Sint enim ſuæ dotes cuique: at quem mihi dabis, qui pari ſynceritate tractet ſacras literas, qui cautius vitârit ſuſpecta dogmata, qui ſic ubique gerat Chriſtianum Epiſcopum, qui ſic ſpiret paterna viſcera, qui ſummam Præſulis authoritatem cum ſumma manſuetudine? Vbique ſentias illum hoc affici quod loquitur. Et adeſt dictioni *modeſta quædam ac pia jucunditas, grataque civilitas.* Eſt quem non omnino ſine cauſa *doctorem mellifluum* vocant. At hic juxta nomen ſuum verè cæleſti manat *Ambroſia*, dignus qui ſit, quod dicitur, Ambroſius, hoc eſt immortalis, non ſolùm apud Chriſtum, verùm etiam apud homines. *A nemine non honorificè citatur, etiam ab hæreticis: tanta erat Authoritas vivo*, quæ vix aliis à rogo contigit. Hieronymus tamen in Catalogo ſcriptorum, *nec laudat eum, nec vituperat*: Ne in alterutram, inquit, partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas: Ac ne lucubrationes quidem illius recenſet, quod tamen in aliis ſolet. Ex quo divinare licet, *Hieronymo quædam in Ambroſii libris diſplicuiſſe*, quæ ob ſingularem hominis authoritatem ſupprimere maluerit, quàm evulgare. Nec ea res quicquam officit gloriæ ſacri Doctoris. Nam & Hieronymus erat homo, & nihil eſt humanum ex omni parte beatum, nec eadem placent omnibus. Illud confitendum, at non improbandum, *quod pleraque, quæ ſcripſit Ambroſius, hauſit è Græcorum Commentariis, præſertim Origenis, ſed ita, ut, quod ſanum eſſet, excerperet, quod à ſynceritate doctrinæ Catholicæ alienum aut contentioſum, diſſimu-*

lleret, nec errorem proferens, nec authorem prodens, quorum alterum non erat tutum, alterum invidioſum. Quod in illo comprobat etiam divus *Hieronymus*, *Epiſtola* ad Pammachium & Oceanum. *Nuper*, inquiens, *ſanctus Ambroſius ſic Hexaëmeron illius compilavit, ut magis Hippolyti ſententias, Baſiliique ſequeretur.* Rurſus ab Pammachium & Marcellam: *Habuit*, inquit, *Ambroſium, cujus penè omnes libri Origenis ſermonibus pleni ſunt.* Nec Ciceroni quisquam vitio vertit, quod in Philoſophicis argumentis Græcos ſequeretur, non ut interpres, ſed ut imitator. Nec erat corniculæ furtum, quod Græcorum nomina, quæ plæraque tum apud Latinos magna laborabant dogmatum improbatorum invidia, preſſit, ſed cauti paſtoris omnem offendiculi diſſidiique materiam excludentis. Porrò dicendi character, *nec flaccidus eſt, nec humilis, quo nomine taxare videtur libellos de Spiritu ſancto Hieronymus, excuſante Auguſtino, quod rem licèt grandem, tamen ſubtilem docenti non laudanti conveniret oratio demiſſior*: ſed habet interim ſuos aculeos, ubi res poſtulat, propius tamen accedens ad *argutam jucunditatem*, quàm ad δεινωσιν illam, & affectus penè tragicos, in quos interdum exardeſcit Hieronymus & Hilarius. Ac plerunque totus ferè *ſermo ex variis ſententiarum generibus velut ex teſſellis contextus eſt; quo dicendi genere ſupra modum delectatus videtur Seneca.* Hoc non minus creber eſt Ambroſius, ſed tamen mollior, & fruſtrà reclamante Fabio, qui vult, orationem eſſe veluti luminibus diſtinctam, non velut emblematibus compactam: frequenter & diviſionem, & argumentum & tranſitum, & concluſionem ſive clauſulam argumentationis per ſententiam efferat. Interdum totus apparatus collectionis, hoc eſt propoſitio, aſſumtio, ratio, confirmatio, expolitio, meris conſtat ſententiis. Paſſim acciduntur epiphonemata, vixque alius crebrius aut frequentius utitur ſententiarum genere, quas appellant νοήματα, in quibus latet aliquid arguti ſenſus, quod quum non exprimatur, intelligitur, ob hoc ipſum gratius, quia dictum obſcurius. Porrò denſitatis ſatietatem ac tædium excludit varietas, tum felix, ut naturæ rem eſſe dicas, non affectionis, quod hoc dicendi genus à puero imbiberat. Nonnunquam eandem ſententiam aliter atque aliter variatam repetens, velut infigit animis, quod elabi non vult. Interim plurimùm addit jucunditatis, illa paucis verbis modulata brevitas. Nusquam enim ſermo longis ambagibus vix tandem abſolvens periodum, obſcuritate moleſtus eſt, quod in Auguſtini ſcriptis offendit Hieronymum, ſed commatibus, & colis, concentu nonnunquam, *numero plærunque jucundus, tinnulus & compoſitus* incedit.

incedit. Ei quædam admixta eſſe ſpuria & ſuppoſititia, ne Pontificij [a] quidem negant. *Amphilochii*, Iconienſis Epiſcopi meminerunt Hieronymus, Gregorius Nazianzenus, cujus fuit σύγχρονος Theodoretus, Sozomenus, Photius, Nicephorus; celebris ob tractatum de Sp. S. *Apollinaris* Laodiceni Athanaſius, Hieronymus, Ruffinus, Vincentius Lirinenſis. *Arnobius Afer* eloquentiæ clarum præceptorem, Lactantii diſcipulum vocat Eraſmus. *Athanaſii* præclara in Eccleſiam fuerunt merita, ut ex oratione patet Gregorii Nazianzeni in ejus laudem habitâ, Baſilio, Ruffino, Hieronymo, Photio &c. *Extant etiamnum* (inquit Eraſmus) *hodie apud Græcos Athanaſii permulta opera, ut de Trinitate, atque unica Trinitatis ſubſtantia; de fidei beatitudine, adverſus Arrianos, de virginitate, ſymbolum illud notiſſimum. Opuſculum in Pſalmos ab Angelo Politiano verſum, & à Capnione (ut fertur) locupletatum. Commentarii in Epiſtolas Pauli à Chriſtophoro Porſena Latini facti. Opus præterea* elegantiſſimum adverſus gentes ac hæreticos *Latina Lingua ab Omnibono Leoniceno donatum. Enumerentur & alia, ut Commentarii in Eccleſiaſten, Opus de Spiritu Sancto: Quæ omnia utinam & haberentur, & à* noſtris Occaniſtarum & Scotiſtarum loco legerentur. Stylo uſus eſt candido ac ſimplici, id eſt dilucido & aperto. Fuit autem in diſputando cumprimis argutus & acer, id quod maximè ejus adverſus Arrium & Arrianos volumina teſtantur. De eo ſi quis plura ſcire cupit, adeat *Euſebii Cæſarienſis* Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ librum decimum. Nam quæ de eo à quibusdam præterea traduntur, inconſtantiora ſunt, quàm ut pro veris adduci debeant. *Auguſtino* ut ingenii acumen, facundiſſimi oris flumen non poteſt abjudicari: ita certum eſt, magna eum delectatum varietate, de qua nemo felicius poterat judicare, quàm Eraſmus, qui eo propugnando multum deſudavit. Ita autem ille *cenſurâ in duos libros*, alterum de moribus Eccleſiæ Catholicæ, alterum de moribus Manichæorum, duos de Geneſi contra Manichæos: *Auguſtinus mox ut nomen dederat Imperatori Chriſto, quo commilitonibus ſuis certiſſimum fidem faceret, ſe bona fide à Manichæis transfugiſſe, ſub quorum ſignis novem annis militaverat, prodit illorum myſteria. Idque facit admirabili ſermonis elegantia; qua utinam illi licuiſſet in cæteris uti lucubrationibus. Hoc ſanè opere declaravit, ſi quid offendit eruditos in ipſius dictione, non fuiſſe inſcitia, ſed charitatis, qua ſtylum demiſit ad imperitorum intelligentiam.* Et in Epiſtolas:

[a] Labbæus Diſſert. T. I. pag. 47.

Illud auſim affirmare, non alio in opere magis elucere ſanctiſſimi viri pietatem, charitatem, manſuetudinem, humanitatem, civilitatem, ſtudium gregis, amorem concordiæ, & Zelum domus Dei &c. In nonnullis Epiſtolis agnoſcere licebit & illud forenſe dicendi genus, quod Græci δικανικὸν *appellant, præcipuè, quum agit adverſus Donati factionem, nec deeſt argumentorum ſubtilitati, quæ illi peculiaris eſt,* δύναμις. *Verùm ſive docet, ſive corripit, ſive pugnat cum deploratis hoſtibus, nusquam tamen non ſentias Chriſtianæ charitatis nativam dulcedinem.* Ad Tomum ſextum, quo continentur τὰ πολεμικὰ contra Iudæos, Manichæos &c. *Divus Auguſtinus cùm nusquam non ſit multis ſuſpiciendus nominibus,* haud alibi tamen magis eluxit, quantum valuerit acumine ingenii, ſubtilitate judicii, vehementia copiâque diſſerendi, quàm in his libris, in quibus pro tranquillitate domus Dei, quam unicè diligebat, pugnat adverſus hæreſes &c. *Baſilium Cæſarienſem* placuiſſe veteribus, tum ex eo manifeſtum eſt, quòd *Rufinus* jam quædam ſuo tempore tanstulerit, & Gregorius Nazianzenus ita ei inter alia parentaverit: *Sacra volumina nemo, nec eloquentius, nec verius aut uberius enarravit. Sed id quod ait Salomon, id ei probè evenit: Det* mihi Deus ex animi ſententia loqui, & quæ dico, dignè cogitare. *Nam ſcitè quæ novit expreſſit: quæ verò exprimebat, rectè ſenſit: & par ſibi ipſi apparens nullum doctrinæ Theologicæ locum ſive ad mores, ſeu ad Dei contemplanda myſteria facientem reliquit. Ejus monumenta ita clara celebrataque ſunt hodie, ut nemo ſit, qui ſapere cupiat, aut de rebus divinis aliquid intelligere, quin ea in manibus habeat.* Vetera jam ceſſant, his novis tantùm vacant. Hinc affatim ſibi quisque materiam ad ea quæ cupit aſſumit; ſive ad exercitationem encomium faciat, ſeu ad conſulendum & deliberandum, aut hæreticis reſpondendum veniat, ut in promptuario, apud eum cuncta reperiet. Scripſit Hexaëmeron, quem ego quoties lego, ubi de rerum principio divinitus diſſerit, ita me in conditoris charitate atque cognitione confirmo, ut nulla re magis movear, aut oblecter. Quæ verò contra Eunomium & hæreticos ſcripſit, ignem mihi videre videor inconſumtum: ita ipſorum repreſſit audaciam in libro ad Amphilochium de Spiritu Sancto, quod in hoc erraſſe invidi nonnulli dictitabant: ita ipſum ante oculos ponit, ut nil manifeſtius aut verius Deum oſtendat. Epiſtolas nonnullas, ſermones item ſuper varios Scripturæ locos, & homilias ad populum habuit, quibus omnis magnopere ædificatur Eccleſia. Plura de eo loquuntur Hieronymus

Digitized by Google

in Chronico, Theodoretus, Photius, Auguſtinus, Suidas. In *Bernhardo* Auguſtini magna deprehenditur reverentia, melioríque ſeculo æſtimatur dignus. *Clementem Alexandrinum* Hieronymus vocat Catecheſeos Magiſtrum, qui Eccleſiaſticam Scholam Alexandrinam tenuerit. Ejusdem meminerunt Euſebius, *Photius*, qui tamen jure quædam in eo improbat. Alii vocant *volumina ejus inſignia*, plena eruditionis & eloquentiæ tam de Scripturis divinis; quàm de ſecularis literaturæ Inſtrumento. *Cyprianus* Carthaginenſis Epiſcopus, haud obſcurè notus Auguſtino, Hieronymo, Ruffino, Prudentio: quin & Græcis Gregorio Nazianzeno &c. *Cyrilli Alexandrini* Homiliæ adeò ſunt acceptæ Græcis, ut ad declamandum à Sacerdotibus eorum memoriæ imprimantur. Clichtoveus: *Porrò in hoc authore tanta eſt differendi ſubtilitas & acrimonia, tantum rationum acumen & robur, tam exuberans doctrinæ copia, deniqꝫ tanta convincendi adverſarios fidei energia & efficacia, ut ipſe exemplum optimo jure proponatur omnibus, qui de rebus ſacris divinisque myſteriis differere debeant* &c. Cratander Typographus ad Edit. 1524. *Alexandria præter multos alios eruditiſſimos & eloquentiſſimos Epiſcopos habuit & hunc noſtrum Cyrillum, qui & Arium atque alios, inprimis Neſtorium & Pelagium propè contrivit, authoritatéque ac Scripturis expugnavit, Epheſino Concilio præſidens. Dignus profectò tanta ſede, & Patrum nulli jure ſecundus.* Plura de eodem Socrates, Evagrius, Nicephorus; Gennadius, Photius; Anaſtaſius; Iſidorus. Socrates ei in pleriſque minus videtur æquus. De *Cyrillo Hieroſolymitano* Epiphanius & Rufinus. Hieronymus parùm ei favebat. Catecheſes in adoleſcentia compoſuit. *Damaſo* hoc præter alia, vetuſtas largitur encomium, quòd *in componendis verſibus habuerit ingenium*: Meminerunt ejus, ex Veteribus, Hieronymus, Athanaſius, Ambroſius, Ruffinus, Severus Sulpitius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus; inter Ethnicos Ammianus & Symmachus. *Epiphanii* crebra apud Veteres mentio, Hieronymum, Auguſtinum, Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Nicephorum, Photium. Auguſtini judicium *Cornarius* etiam citat, præfatione ſuæ Translationis: *Inſignem Theologum Epiphanium aggreſſus in Latinam Linguam transtuli: Et hoc aliquanto etiam alacriùs feci, tum* propter ipſius authoris præſtantiam, tum propter operis raritatem, quod in hunc diem neque Græcè neque Latinè typis excuſum eſt; imò nunquam ab aliquo attactum, qui id Latinum facere tentâſſet. *Certè Divus Auguſtinus de hæreſibus ad* Quodvultdeum *ſcribens, qui ab ipſo petierat de*

de hæreſibus ipſorúmque erroribus inſtrui, dicit de hoc argumento Græcè ſcripſiſſe Cyprium Epiſcopum Epiphanium, in doctrina Catholicæ fidei (*ſic enim loquitur*) laudabiliter diffamatum. Et addit: Vide ergo ne fortè librum Sancti Epiphanij tibi mittere debeam. Ipſum enim arbitror Philaſtrio doctius de hac re tractâſſe, qui poſsit apud Carthagium in Latinam Linguam verti faciliùs atque commodiùs, ut tu potiùs præſtes nobis, quod quæris à nobis. *Hæc Auguſtinus. Scaligeri* de Panario judicium ſatis eſt notum. *Labbæus* inſigne vocat opus. Mihi totius antiquitatis Cornucopiæ dici meretur. *Philippus Melanchthon* hoc opus ita probavit, ut id primus in ſtudioſorum gratiam à Clariſsimo Viro, D. *Ioanne Langio* Erfordienſi impetrârit; deinde ad induſtrium Virum, Ioan. Oporinum, utraque lingua Profeſſorem clarum, miſerit, quo illius & Roberti Chimerini, opera, Græcè ederetur, &c. Porrò vixit hic *Epiphanius* temporibus Valentis & Gratiani, fuitque contemporaneus Baſilij Magni, Gregorij Theologi, itémque Chryſoſtomi, *cum quo etiam in contentionem incidit*, dum ille iniquo animo fert Origenis librorum damnationem, & hæreticos Origenis errores ab Epiphanio, in Synodo Conſtantinopolitana publicè prolatos &c. Vide in Hiſtoria Tripartita. Quicquid autem ejus eſt, quod contra Origenem Epiphanius in hoc opere tractavit, ad ejus hæreſin manifeſtandam ac confutandam, *profectò valde corruptum fuit in Græco exemplari, ita ut integra folia deſint, haud dubiè ab aliquo pio viro, qui bene voluit Origeni exempta*. Et ſanè in his locis, quos Epiphanius producit, *inexcuſabilis eſt Origenes*, & impias ipſius opiniones etiam Hieronymus ac Auguſtinus notârunt. De Epiphanio verò idem D. Hieronymus teſtimonium illuſtre profert his verbis: *Epiphanius Cypri Salaminæ Epiſcopus, ſcripſit adverſus omnes hæreſes libros, & multa alia quæ ab eruditis propter res, à ſimplicioribus propter verba lectitantur. Supereſt usque hodie, & in extrema ſenectute varia cudit opera*. Sic Hieronymus. Et videtur ſanè doctrinam in ipſo probare; verba verò à ſimplicioribus magis expeti dicere, *velut ejus qui non fuerit eloquentiæ ſtudioſus, ſed veritatem ſimplici Oratione tradere ſatis eſſe putârit*. *Eucherij*, Lugdunenſis Epiſcopi, Encomium maximum eſt eloquentiæ; æmulus nempe Auguſtini erat & Hieronymi, de quibus *Johannes Alexander Braſsicanus*, ad Chriſtophorum à Stadian: *Eucherius*, inquit, *ad effingendum hunc animi paſtum præcipuas ſibi duas & incredibili venuſtate præcellentes imagines propoſuit, nimirum, divos Hie-*

ronymum

ronymum & Auguſtinum, ex quorum aſsiduo aſpectu, frequentique contemplatione ſic Commentarios ſuos informavit, ſic expolivit, ut nihil iis vel doctius vel abſolutius inveniri poſſit. Atque ut ejus rei pulcherrimum ſpecimen exhibeam, jam audi, quid acerrimi judicij vir, *Eraſmus* ille *Roterodamus* tuus, in univerſum de Eucherio ſentiat. Sic autem ille ſcribit de *Epiſtola* Eucherij, quam is Valeriano, propinquo ſuo, inſcripſit: *Nihil video profectum à noſtra religionis hominibus, qui eloquentia quoque gloria floruerint, quod cum hujus phraſi ſit conferendum: ut nuſquam non præſtat egregium artificem, ſive ſpectes ordinem, ſive tranſitus ſubinde novos, ſive non vulgarem ingreſſum, veluti limen argumentationis: nullam ſuaſorij generis partem non tractat: nuſquam deſidet in locis communibus: magis urget & inſtat argumentis, mirè purgit epiphonematis, delectat juxta ac movet ſententiis: quódque magis etiam mirandum eſt, ſic Iſocratis ſchematibus, modulata, ſtructa, picturatáque eſt Oratio, ut nuſquam frigeat aut ineptiat; ſic arguta, ut interim nervoſa: ſic elaborata, ut tamen dilucida: ſic nova, ſed ut tædio careat affectationis: ſic feſtiva, ut nihilo ſecius gravis ac ſeria: ſic rhetorica, ut γνησίως tamen Chriſtiana: denique ſic acris & vehemens, ut ſui ubique ſimilis pari intentione ad extremum uſque calcem properans, ſani videlicet vegetique ingenij argumentum.* Gennadius dum huc ſtylum tribuit *Scholaſticum*, ni fallor, pluſculum in eo deſideravit arcanarum literarum. Hactenus ille de Eucherio. Quin, & ipſe *Iſidorus*: Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis in Gallia, elegans in ſententiis, nec minus ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatenſem Epiſcopum ſolitudinis deſerta petentem, opuſculum unum, De laude eremi, luculentiſſimum, & dulci ſermone compoſitum, in quo opere laudamus Oratorem, etſi pauca, tamen pulchra dicentem. De *Euſebio*, Cæſarienſi, antiquitas teſtatur, quòd *& in Scripturis divinis fuerit ſtudioſiſſimus, & Bibliothecæ Divinæ cum Pamphilo Martyre diligentiſſimus perveſtigator, πολυμαθέστατος καὶ πολυγραφώτατος.* Baſilius ornat eum elogio, quòd fuerit διὰ πολυπειρίαν ἀξιόπιστος. Ejuſdem meminerunt Hieronymus, Athanaſius, Epiphanius, Auguſtinus, Paulinus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Evagrius, Gelaſius, Gregorius, &c. Trapezuntius commendat potiſsimùm lib. de *Præparatione Evangelica*: *Hoc in opere Euſebij*, inquit, *Viri*

tum eloquentia, tum multarum rerum peritia, & ingenij mirabili flumine præſtantiſſimi, quaſi quodam in ſpeculo variam atque multiplicem doctrinam licet admirari. Cuncta enim, quæ ante ipſum facta inventáque fuerunt, quæ tamen Græcè ſcripta tunc invenirentur, multò certius atque diſtinctius ipſis etiam authoribus, qui ſcripſerunt, percepiſſe mihi videtur. Ita, cùm conſtet, nihil ferè præclarum unquam geſtum fuiſſe, quod illis temporibus Græcè ſcriptum non extaret, nihil in rebus magnis naturáque abditis, quod è Philoſophis non eſſet explicatum, omnia ille tum memoriæ tenacitate, tum mentis percepit acumine, ac ut apes ſolent ſingulis inſidere floribus, indéque quod ad rem ſuam facit colligere: non aliter ille undique certiora verſimilioráve deligens, mirabilem ſibi atque inauditum ſcientiæ cumulum confecit, multiplices, *variáſque philoſophorum ſectas non ignoravit, infinitos penè gentium omnium religionis errores tenuit, orbis terrarum hiſtoriam ſerie ſua diſpoſitam ſolus cognovit, & cæteris tradidit* &c. Conferendo enim inter ſe ſingulos, veritatem, quæ ab omnibus ſimul emergebat, nec ab ullo exprimebatur, conſequutus eſt &c. Illud ſanè prætermittendum non eſt, ne quis, quoniam nonnulla in hoc libro non abſque tuæ ſanctitatis authoritate concedimus, quaſi traductoris transgreſſos officium nos accuſet, *ante primi Concilij tempora librum hunc ab Euſebio editum fuiſſe.* Conſtat enim ipſum *Ariana hæreſi ante ſententiam Concilij laboráſſe*, ſanctorum deinde Patrum authoritatem libenter ſequutum, ſanctiſsimè atque piè in orthodoxia vixiſſe. Fertur enim apud Græcos ab eo juſſu patrum Sacroſanctæ illius Synodi ſymbolum ſcriptum fuiſſe: quod ita compoſuit, ut ad dejiciendam abſque controverſia pernitioſam hæreticorum opinionem, Filium Dei genitum, non factum, conſubſtantialémque Patri conſcripſerit, ac Patribus tradiderit: nec inventioni ejus quicquam addidiſſe, aut detraxiſſe, mutâſſéve Patres dicuntur, niſi ſolum illud, Deum verum de Deo vero &c. Hæc res, quoniam nonnulla in hoc libro ſparſa invenimus ab Ariana pravitate non aliena, firmo nobis fuit argumento, ante cœtum illum ſacratiſsimũ, hæc illi conſcripta & edita fuiſſe. Quare ſentibus tuo juſſu amputatis, roſas ſolummodo Latinis hominibus hac traductione obtulimus. Arianorum hinc *ſigniferum* alij vocant. In *Fauſto Reginenſi*, cujus frequens apud veteres, Gelaſium Papã, Gennadium &c. mentio, hoc maximè comẽdant, quòd, *abjurato errore Pelagiano ad Eccleſiam redierit. Fulgentius*, conſtantia potiſsimùm fulgebat nobilitate, eruditione, & vitæ ſanctimonia, de quo Bilibaldus Pirckheymerus: *Exemplar B. Fulgentii operum, vetuſtatis mira, & literis fermè ignorabilibus conſcriptum, ex reliquiis Bibliothecæ Joan. Tritenbergii*

hemii ad me delatum eſt: & à Joan. Coclæo deſcriptum pro librariis operis, &c. Fuit autem hic Fulgentius Apher, patria Cartaginenſis, qui non tam ob generis nobilitatem (tametſi perquàm nobili ortus eſſet familia) quàm eruditionem & vitæ ſanctitatem Ruſpenſis factus eſt Epiſcopus. Cùmque in Arrianorum gratiam, Vandali per totam Aphricam Catholicos cædibus & exiliis affligerent, illorùmque Templa undique clauderent, Fulgentius quoque cum reliqua Epiſcoporum turba in Sardiniam deportatus eſt, ubi ſuos aſſiduè docere, hortari & in tanta calamitate ſolari non deſtitit. Tandem ab exilio revocatus ſummo honore vir ſummus à Carthaginenſibus ſuſceptus eſt. Demum verò, abjecta cura Eccleſiaſtica, in Circinna inſula, legendo, ſcribendo, & Deo inſerviendo, diem feliciter clauſit. In *Gelaſio Papa* hoc ἀξιομνημόνευτον, quòd in ſua, adverſus Eutychen & Neſtorium diſputatione, veterum ſuffragia non neglexerit. Allegat enim ὁμοψήφους Ignatium, Euſtathium, Hippolytum, Athanaſium, Euſebium, Baſilium, Gregorium Nyſſenum, Amphilochium, Antiochum Ptolemaidis Epiſcopum, Severianum, Athanaſium, Gregorium Nazianz. Ambroſium, Iohannem Epiſcopum Conſtantinop. Damaſum Epiſcopum Romanum. *Gennadium* Maſilienſem commendat φιλοπονία, & eruditio. Nam utroque eloquio, Græco & Latino polluit, & ex Græcis multos Patres traduxit. Pelagianiſmi quidam labe notatum volunt: alii tamen eum purgant. Suarez nunquam Pelagianum fuiſſe colligit ex eo, quòd ab Adriano Papa ad confirmandum fidei dogma fuerit adhibitus. *Gregorij Nazianzeni* laudes crebræ ſunt apud veteres Hieronymum, Baſilium, Ruffinum, Auguſtinum, Leonem, Gelaſium, Gregorium Papam, Vincentium Lirinenſem, &c. ex recentioribus ſuccinctè *Eraſmus*, Præfat. orat 38. in Latinum à Bilibaldo Pirckeimero translatas: *In Gregorio Nazianzeno pietas propemodum ex æquo certat cum facundia, ſed amat ſignificantes argutias, quas eò difficilius eſt Latinè reddere, quod pleraque ſunt in verbis ſita. Tota verò phraſis nonnihil accedit ad ſtructuram Iſocraticam. Adde, quòd de rebus divinis, quæ vix ullis verbis humanis explicari poſſunt, libenter ac frequenter philoſophatur.* Poſthæc de Baſilii & Chryſoſtomi ſtylis loquens, & cum Latinis Scriptoribus eos conferens, Gregorium Ambroſio non diſſimilem facit. *Me certè* (inquit) *à vertendo Gregorio ſemper deterruit dictionis argutia, & rerum ſublimitas & adluſiones ſubobſcuræ.* Et paulò pòſt: Porrò quibus pietas cordi eſt, non offendentur, quòd priſcos Eccleſiæ doctores ſecutus, non abhorret interdum à verbis quibuſdam noſtræ

religionis peculiaribus: quódque mavult interdum Chriſtianè loqui, quàm Romanè: quanquam non video, quamobrem illa non debeant haberi pro Romanis, quæ ante annos mille quingentos à Romanis ſcriptoribus neceſſariò ſunt uſurpata, nec id ſine Græcorum exemplo. Et ante eum *Ruffinus*: Hujus neque vita aliquid *probabilius & ſanctius*, neque eloquentia clarius & illuſtrius, neque fide purius & rectius, neque ſcientia plenius & perfectius inveniri poteſt. Qui ſolus ſit, de cujus fide ne diſsidentes quidem inter ſe, ut fieri ſolet, partes & ſtudia diſputare potuerint. *Sed id obtinuerit apud Deum, & Eccleſias Dei, meriti, ut quicunque auſus fuerit doctrinæ ejus in aliquo refragari, ex hoc ipſo, quia ipſe magis ſit hæreticus, arguatur.* Manifeſtum namque judicium eſt, non eſſe rectæ fidei omnem, qui in fide Gregorio non concordat: hunc ergo abſque ullo ſcrupulo lege, ſciens tamen, quòd eloquentiæ ejus præfulgidum in Græco lumen non parùm neceſsitas interpretationis obſcurat: in quo utrum noſtri ſermonis paupertas, an ipſa interpretationis natura hoc agat, tu qui utriusque linguæ habes peritiam magis probato. *Gregorium Neocæſarienſis*, vulgò Thaumaturgus, præconem laudis & miraculorum habet Euſebium, Ruffinum, Baſilium, Socratem, Theodoretum, qui de eo lib. 2. contra Hæreticos: ὁ μέγας, ὁ περιθρύλλητος, ὁ τὰς παρὰ πάντων ᾀδόμενος, θαυματουργίας ἐπιτελέσας. *Gregorii* etiam *Nyſſeni* encomium ebuccinavit ſuperiori ſeculo Ioh. *Conon*, ad Beatum Rhenanum, ubi inter alia: *Præter Ariſtotelis & Platonis Philoſophiam habes hic & merè Chriſtianam. Tractat enim ſine velamine & ænigmate, de hominis conſtitutione, & ejus conditore, quàm excellentem, quàm nobilem videlicet eum fecerit.* Deinde quod ad corpus attinet quam communem, conſortem, & participem cæteris effecerit, & quo pacto aliis rebus terrenis, quibus eum præfecit, uti debeat, & ſuis maximè rebus, corporalibus & ſpiritualibus, exterioribus & interioribus: quæ rationi pareant & quæ non pareant. De actibus humanis, qui noſtræ poteſtati ſubjiciuntur, non fato. Demum in Providentia ſuam Philoſophiam concludit, &c. Deinde quæ Suidas de hoc Authore Græcè ſcripſit, transfert, & ſubjicit. *Ioh. Damaſcenus* tanto hunc proſecutus eſt honore & veneratione, ut inter ſcribendum Theologicas ſanctorum Patrum ſententias, qui ante ſe fuerant, multos verſus ſæpenumero, imò integra capita ex hoc libro noſtro excerpere, & ſuo textui inſerere minimè gravatus ſit. *Helias* inſuper *Cretenſis*, Archiepiſcopus, vir eruditiſsimus & diſertiſsimus ſummus Theologus, & tam Platonicæ, quàm Peripateticæ ſectæ Philoſophus, plurima ex hoc Codice longo verborum tractatu ſibi, tanquam ſuis dictis accomoda, vendicavit, quod ipſe in pleriſque locis animadverti. Deinde Thomam Aquinatem quoque & Albertum Magnum ejus teſtimonijs, tanquam ratis, ſæ-

Digitized by Google

pe uti affirmat. Gregorius Nazianzenus in Oratione in Gregorium Nyſſenum, prædicat eum virum fidelem, amicum, fidum, eruditum, ſapientem, eloquentem, filium lucis, hominem Dei, fratrem amiciſsimi ſui amici Baſilij, eúmque eſſe dignum qui ſummis olim Sacerdotibus conferatur, quibus cum & Baſilium magnum fratres comparat, Moſi ſcilicet & Aaroni. Ex Veteribus igitur de eodem ſcribunt *Baſilius* frater, *Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Photius*. De *Gregorio* I. Papa ſcripſerunt Iſidorus, Ildefonſus, Honorius, Iohannes Diacius &c. *Hegeſippus* eruditos exercet. Alij Iudæum Ioſippum, ſive Ioſephum, alij Proſelytum Chriſtianum ſtatuunt. Hegeſippi Hiſtoriographi inter ſcriptores Eccleſiaſticos vetuſtiſsimi, de rebus à Iudæorum Principibus in obſidione fortiter geſtis, deque excidio Hieroſolymorum, aliarúmque Civitatum adjacentium libri V. Divo Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo, Interprete: ipſi *Ambroſio* Authori à quibusdam aſſeruntur. *Hieronymus* in ore omnium eſt, tum ob abſolutam eruditionem, tum φιλοπονίαν incredibilem. De ſcriptis Hieronymi *Volaterranus* lib. 16. ex ipſo Hieronymo de ſe loquente. De ipſo verò hinc inde Auguſtinus, Idacius, Caſsiodorus. Inter recentiores *Eraſmus*, Præfat. in Eundem. Cæterorum quidem alios aliæ commendant dotes, in hoc uno συλλήβδην, ut ajunt, *conjunctum fuit, eximium fuit, quicquid in alijs per partes miramur*. Et cùm in ſingulis egregium eſſe, magnum ſit ac rarum, hic ſic excelluit in omnibus, ut longè præcurrat in ſingulis, ſi illum cum cæteris conferas, ſin ipſum ſecum componas in nullo præmineat. Tanta eſt rerum omnium ſummarum temperatura. Etenim, ſi *naturæ felicitatem* expendas, quid illius ingenio vel ardentius ad diſcendum, vel acrius ad judicandum, vel fœcundius ad inveniendum? Denique quid dexterius aut feſtivius, ſi fortè res delectationem deſideret? Sin *eloquentiæ* laudem requiras, in hac certè *Chriſtianos Scriptores univerſos tanto poſt ſe relinquit intervallo, ut ne hi cum Hieronymo conferri queant, qui vitam omnem in uno bene dicendi ſtudio contriverunt*: ac prorſum tantum abeſt, ut quisquam ſit noſtræ religionis ſcriptor, quem cum hoc poſsis componere, ut meo judicio, *Ciceronem etiam ipſum nonnullis dicendi Virtutibus ſuperet*: quod quidem in ipſius vita copioſius demonſtrabimus &c. Sin *doctrinam* exigas, quæſo te, quem habet vel eruditiſsima Græcia ſic abſolutum in omni doctrinæ genere, ut cum Hieronymo ſit committendus? Quis unquam pari felicitate omnes totius eruditionis partes conjunxit & abſolvit? Quis unquam in tot linguis antecelluit unus? Cui tanta hiſtoriarum, tanta Geographiæ, tanta antiquitatis notitia contigit unquam? Quis unquam ſacrarum ac prophanarum omnium li-

terarum, & parem & abſolutam ſcientiam eſt aſſequutus! Sin memoriam examines, quis author ſeu vetus ſeu novus, quem ille non in promptu habuerit? Quis angulus Divinæ Scripturæ, quid tam abditum, quid tam varium, quod ille non velut in numerato habuerit? Sin *induſtriam*, quis unquam tantum aut evolvit, aut ſcripſit voluminum? Quis ſic univerſam Divinam Scripturam edidicit, imbibit, concoxit, verſavit, meditatus eſt? Quis æquè ſudavit in omni doctrinæ genere? Iam ſi morum ſanctimoniam ſpectes, quis Chriſtum ſpirat vividiùs? Quis docuit ardentiùs? Denique quis eum vita magis expreſsit? *Poterat hic unus pro cunctis ſufficere Latinis, vel ad vitæ pietatem, vel ad Theologicæ rei cognitionem*, ſi modo integer & incolumis extaret &c. Magnus fuit, non diffitendum, omnique major livore. Non debent tamen ægrè ferre Pontificij ſi in tanto authore aliquid reprehendatur, *ut Grammaticam potiùs & Hiſtoriam, quàm doctrinam ab eo mutuandam tutius nonnulli moneant. Hilario* Pictavienſi palmam de eo deferunt, quòd primus τὰ ἄῤῥητα de generatione filij auſus fuerit ſtylo Oratorio proponere, exactus Eloquentiæ Magiſter. De laudibus Hilarij *Eraſmus* Præfat: Nunc in genere de laudatiſsimi viri dotibus pauca libabimus. Ac primum *de vita ſanctimonia*, quid attinet dicere, dum authoritas Eccleſiaſtica jam olim eum divorum Catalogo aſſcripſerit? Quanquam alioquin & omnes ejus libri mirum quendam pietatis ardorem ſpirant. Quanta verò fuerit nominis illius authoritas, vel hinc licet conjicere, *quòd Divus Hieronymus, qui penè contempſit Auguſtinum, nec ita multum tribuit Ambroſio, toties tanta cum veneratione citat Hilarium*, alibi vocans eum *Orbis Deucaliolionem*, alibi *Latini ſermonis tubam*, alibi *Latinæ eloquentiæ Rhodanum* appellans: nec uno in loco adverſus calumniantes, quòd ipſe Origenicis uteretur, hujus exemplum veluti clypeum objicit, cui pleniſsimum teſtimonium reddit in Epiſtola quadam ad Marcellam. *Tantùm*, inquit, *virum, & temporibus ſuis diſertiſſimum reprehendere non audio; qui & Confeſſionis ſuæ merito, & vitæ induſtria, & eloquentiæ claritate, ubicunque Romanum nomen eſt prædicatur.* Quid hoc elogio plenius? Nec minus honorificè meminit ejus in Commentarijs, quibus enarrat Eſajam: ſanctus, inquiens, & *eloquentiſſimus* martyr *Cyprianus*, & noſtri temporis confeſſor *Hilarius*, nonne tibi videntur excelſæ quondam in ſeculo *arbores ædificâſſe Eccleſiam Dei*? Quin & Divus Aur. *Auguſtinus* non ſine præfatione honoris authoritatem Hilarij citat, in libris de Trinitate. Cæterum *Hebræi ſermonis*

prorſus

prorſus rudis fuit Hilarius unde ſi quid ex his attigit, aut ex Origenis hauſit fontibus, aut *parum feliciter attigit, &c.* Poſt hæc exempla quædam affert ex ejus libris, quibus Hebrææ Linguæ eum imperitum fuiſſe convincitur. Porrò *Græcas literas tenuiter attigerat*, ſi quidem Hieronymo credimus, cujus verba ſuper hac re ſubſcribam ex Epiſtola quadam ad Marcellam, qua explanat Pſalmum centeſimum vigeſimum ſextum. *Niſi*, inquit, *quod non ejus culpæ adſcribendum eſt, qui Hebræi* ſermonis ignarus fuit, Græcarum quoque literarum *quandam aurulam ceperat*; ſed Heliodori Presbyteri, quo ille familiariter uſus eſt: ex quo ea, quæ intelligere non poterat, quomodò eſſent ab Origene dicta, quærebat. Qui quoniam in hoc Pſalmo commentarium Origenis invenire non potuit, opinionem magis inſinuare ſuam, quàm inſcitiam voluit confiteri: quam ille ſumptam claro ſermone diſſeruit, & alienum errorem diſertiùs executus eſt. Hactenus Hieronymi verba, in quibus dum ſedulò patrocinatur Hilario, ſatis odiosè tractat *Heliodorum*, præſertim cùm id quod affert, nihil aliud ſit, quàm Divinatio. Sed ut obiter hîc patrocinemur Hilario, mihi non ſit veriſimile, virum tantum usque adeò fuiſſe credulum, ut in enarrandis Divinis literis, totus penderit ex alieno judicio: nec adeò rudem Græcæ literaturæ, ut non potuerit ipſe ſenſum deprehendere, præſertim in *Origene, cujus ſermo mirè perſpicuus eſt*: id quod facilè conjectari poteſt ex his quæ Latinè verſa ſuperſunt &c. deinde oſtendit, Hieronymum, in loco jam citato, dormitâſſe, ſive lapſu memoriæ, ſive quòd Hilarij Commentarium parum attentè legerit. Ejus laudes uno ore celebrant ſancti Patres, Athanaſius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Ruffinus, Caſsiodorus, Honorius Auguſtodunenſis. De *Ignatij* Epiſtolis, earúmque authoritate, jam non eſt agendi locus. Ipſe Martyr fuit, veteribus πολύκλητος, celebratus à Polycarpo, Dionyſio, Origene, Euſebio, Athanaſio, Hieronymo, Chryſoſtomo, Theodoreto, Damaſceno, &c. De *Caſsiano Scytha* Gerundinus refert, quòd *plano & librato* ſcripſerit ſermone. Adverſarium habuit Proſperum. *Iohannis Chryſoſtomi* vitam veteres ſcripſerunt Palladius, Georgius, Leo Imperator, &c. de eodem multa Auguſtinus, Iſidorus Peluſiota, Caſsianus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Evagrius, Nicephorus, Hiſpalenſis, Photius, &c. *Danielis Toſſani* de eo fuit judicium, *Chryſoſtomum eloquentia & Zelo plus valuiſſe, quàm Scripturarum peritia, ideóque in Ethicis plus excelluiſſe, quàm in Didaſcalicis & Exegeticis:* Eraſmus vocat *mellitiſſimum Concionatorem, Chriſtique præconem indefatigalem, cui jure optimo ob ſapientiſſimam eloquentiam, & eloquentiſſimam ſapientiam ori aurei agnomen tributum eſt.* Sunt, qui *Maximum* appellant. Illud peculiare

liare cuſtodit (verba ſunt *Aniani* veteris Interpretis, Linguæ Græcæ minus periti) quòd ſemper ſolicitus, ſemper vigilans, ſemper noxiæ ſecuritatis, vel potius mortiferi ſtuporis inimicus, ubique utilitatem compunctionis compunctus ipſe commendat. Quocirca forſitan ejus oratio nuſquam ferè in pompam elevatur dicenti, ſed tota ad utilitatem aptatur audientis. Eſt enim ſtylus ipſe, quod quidem in ſuo opere magis animadverti poteſt, Eccleſiæ auribus accommodatiſſimus, priſcum illud, ſed eruditum dicendi genus exprimens, medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus omni ab incuriæ culpa, pompáque luxuriæ: Non ſqualidus quidem, nec tamen floridus &c. *Iohannes* Damaſcenus, à Patria dictus; Græcis *chryſorrhoas*, Arabicis מנצור Manzur (corruptè ab aliis Manzurim, ab aliis Manduri) appellatus. Eruditionem ei Theologicam, Medicam, Philoſophicam non abjudicant eruditi; illud deplorant, quòd primus ferè Ariſtotelem cum Paulo, Hieroſolyma cum Athenis non tam conjungere, quàm confundere fuerit auſus. Qua de re alibi. An cum Meſue ſit idem, poſtea videbimus. *Iohanni Hieroſolymitano* tribuebant, quòd & periculosè Originem ſectaretur, & Pelagii placita reciperet. Illud iſte diluit, ut *ingenium*, non *dogmata* probaret. Multa de eo *Hieron. Theodoret. Idacius* &c. *Irenæus*, quo loco & in primitiva, & ſequenti poſtea Eccleſia fuerit habitus, κατ' ἐπιτομὴν proponit *Eraſmus* in Epiſtola nuncupatoria: *Spirant Irenæi ſcripta priſcum illum Evangelij vigorem, ac phraſis arguit pectus martyrio paratum.* Fuit vicinus Apoſtolorum temporibus, & puer audivit in Aſia Polycarpum, &c. ſic ut ſenex etiam ſermonum ejus vividam ac præſentem retineret memoriam, quemadmodum ipſe multis verbis teſtatur in his, quæ ſcripſit ad Florinum: Referuntur autem *Eccleſiaſticæ Hiſtoricæ*. lib. 5. cap. 20. Et *paulò inferius*. Eloquentiam non affectatam quidem ab eo facile crediderim: ignoratam ne credam, facit ipſe ſermonis curſus, in rebus tam ſpinoſis ac perplexis, imò faſtidii plenis, dilucidus, digeſtus, ac ſibi cohærens, niſi quod mihi nondum ſatis liquet, Græcène ſcripſerit an Latinè, etiamſi magis arbitror Latinè ſcripſiſſe, Græci tamen ſermonis peritiorem. Itaque figuris Græcis tanquam ſuo jure abutitur Latinè loquens; ut nos aliquoties notavimus in ſpatiis marginum. Tertullianus alicubi *Irenæum omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem* nominat. Commendantur & ab Euſebio monumenta ejus ob fidem & ſanam doctrinam. Floruit potiſſimùm Commodi temporibus. Dolor quidam ſubit animum, quòd ex tot laudatiſſimis monumentis hoc opus ſolum, ut videtur, remanſit incolume. Meminerunt aliàs ejus ex veteribus, Tertullianus, Euſebius, Baſilius, Epiphanius, Theodoretus, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius. *Iſidorus* Hiſpalenſis, quibusdam Philologus potius eſt, quàm Theologus. *Ludovicus Vives* lib. 5. de tradend. diſcipl. Idem alibi, cum aliquot Philologos authores enumeraſſet, ſubdit:

In

In hunc numerum neſcio an patientur Grammatici Iſidorum Hiſpalenſem interferciri. De eodem Braulio Cæſar Auguſtanus, Ildephonſus, Trithemius, Philippus Bergomas, Vaſæus, Baronius, Voſsius. *Iſidorum Peluſiotam* vel illud commendat, quòd Chryſoſtomi fuit diſcipulus. De *Iuſtino Martyre* breviter & nervosè Interpres ad Zenobium Actiolum: Perlectis Iuſtini Martyris ſcriptis, indignum cenſui, *ut eorum & eloquentiæ nitor, & eruditionis ſplendor, & fidei fervor Latinos homines lateret*, qui Græcè neſciunt. Ea propter tentavi librum eum, quo Gentes & monentur ſimul, & redarguuntur, in Latinum è Græco transferre. Eundem laudant Tatianus, Irenæus, Methodius, Euſebius, Epiphanius, Honorius Auguſtodunenſis. Apud Photium dicitur ὁ μαρτυρικοῖς αἵμασι βεβαιώσας τὸ φιλόσοφον. *Macarius* ſenior, Ambroſij diſcipulus, κατ᾽ ἐξοχὴν dici meritus παιδαρογέρων, magni habitus à veteribus Hieronymo, Caſsiano, Gennadio, Honorio. Suidas ei miracula tribuit. Eloquentiæ vim non contemnendam in ſuis oſtendit Homiliis. *Melitonis Sardenſis* Tertullianus ingenium elegans & declamatorium commendat. Ejuſdem meminit Euſebius, Hieronymus &c. *Nicephorus Caliſtus*, Hiſtoricorum Reformatorum ſuffragia non habet. Doctiſsimi quique *Beza, Caſaubonus* &c. fabuloſiſsimum, vaniſsimum, futiliſsimum, nulliúsque in literis judicii, nec ξυγγραφέα, ſed μύθων καὶ λήρων ῥαψῳδὸν appellant. *Oecumenius* Chryſoſtomi breviator vocatur. *Optati Milevitani* honorifica mentio apud Hieronymum, Honorium Auguſtodunenſem, *recentiores*, Balduinum, Pithæum, Baronium, Poſſevinum, Barthium. De *Origene* varia veterum & recentiorum extant judicia. Alii, tanquam hæreticum, damnarunt: ita Vigilius, Theophilus Alexandrinus, Epiphanius &c. alii defenderunt, præſertim Euſebius Pamphil. Hoc *Petrus Halloxius* nuper demum præſtitit in *Origene ſuo defenſo*, id quod contra Romanos Pontificios, Patres, Scriptores Eccleſiaſticos, Theologos Scholaſticos, Chriſtianos Imperatores, Concilia, malè ipſi ceſsiſſe, obſervat [a] Labbæus. Sed & imprudenter. Origenem à Pontificijs in cauſæ ſuæ patrocinium ſolicitari monuit [b] *Rivetus*, Beza [c] inter eos Patres referri voluit, quos imitari noluit. Refutavit eum hinc inde, ei quòd optârit *vel impurum ſcriptorem Lectorum manibus excuti, aut ſummo cum judicio tractari.* Vir diffuſæ fuit eruditionis, Linguarum peritia præclarus: ſed infelix Theologus, qui S. Sc. in puras putas ferè allegorias transformavit. Gentiliſmum felicius deſtruxit, quàm Chriſtianiſmum adſtruxit. De eo *Eraſmus: Scriptorum Origenis alia dicuntur ſcholia: nam quoties ad juſtam*

[a] Tom. II. Differt. de Scriptorib. Eccleſiaſt. pag. 140. [b] Crit. Sac. lib. I. c. 12. [c] In c. 1. Epiſt. ad Roman.

Digitized by Google

juſtam commentationem deerat ocium, breves quaſdam annotatiunculas locis obſcurioribus dictare ſolebat. Alia Homiliæ, id eſt Colloquia. Eas conciones non ipſe ſcripſit, ſed à notariis excipi paſſus eſt; quod tamen negant illum eſſe paſſum, ante annum ſexageſimum. Tertium genus ipſe vocabat Tomos, quos tractatus ſive volumina vertere poſſis. Eos ipſe deſcripſit: & quoniam ſcripſit eruditis, abſtruſiora quædam myſteria patefecit, tota (ut ait Hieronymus) *ingenii ſui vela pandens.* Primi generis nihil extat, ſecundi permulta ſuperſunt: tertii ſunt, libri περὶ ἀρχῶν & commentarii in Evangelium Matthæi, licèt imperiti hoc opus in homilias ſecuerint. Iam ſunt quædam, quæ nullo trium generum comprehendi videantur, veluti *Epiſtolæ*, quas multas ſcripſit ad diverſos. Nam quinque libros *Stromateon* neſcio an Scholiis aſcribere liceat. In his enim varias res commiſcuiſſe videtur, unde à picturatis *ſtragulis* nomen aſſumptum eſt. Eum titulum à *Clemente* fuit mutuatus. Sed quo in ordine ponemus Hexapla & Tetrapla? &c. *Polycarpo* à quibuſdam tribuitur nomen Apoſtolici & Prophetici Doctoris, totiúſque Aſiæ Principis. *Salvianus* presbyter Maſſilienſis obtinuit axioma, *quòd vir eſſet humana & divina literatura inſtructus.* Hic de Chriſto ita ſcripſit rebúſque Chriſtianis, ut nihilominus hiſtorias plurimas, résque temporum illorum geſtas, iiſdem & conjunxerit, & inter diſſerendum explicaverit. Dum enim Dei Opt. max. res, myſteria que admirabilia comprobare nititur & ſuorum & præteritorum temporum res in exemplum adducit. *Iovianus Pontanus*, de eo Stylus eſt elegans, & jucundus lectu, ſed inſunt dictiones quædam ſeculi gentíſque vitio non ſatis puræ. Laudes ejus in præfatione celebravit Ioh. Alex. Braſſicanus. Præſertim Conradus Ritterſhuſius in nova Authoris Editione, notis illuſtrata, & Præfat. de auctoris vita. *Severus*, *Sulpitius* cognomento, in Aquitanica Provincia natus, genere, divitiis & literis inclaruit. Pelagii in ſenectute inſidiis fuit circumventus. De *Socrate* Nicephorus Calliſtus ſcripſit quod fuerit τὴν προαίρεσιν μὲν δὴ γνησίαν τὴν προαίρεσιν καθαρός, ſectæ quippe Novatianorum addictus. *Syneſius* Cyrenenſis. Philoſophus, Theologus, inter Sophiſtas ſui temporis nominatiſsimus. *Vives* ita de eo: *Philoſtratus floridus ac picturatus; dilucidus magis & ſimplex Libanius: Ex noſtris* (noſtrum vocare non debuiſſet, cùm Latinè ſcripſerit) *Syneſius elaboratus, & translationibus paulò obſcurioribus frequens. Tatianus* uno contra Græcos libro nomen ſibi paravit. Encratitarum aliâs omnium ferè conſenſu Patriarcha, adeóque hæreticus proclamatus, Ejus meminerunt Irenæus, Euſebius, Tertull.

Clemens

Clemens Alexandrinus, Origenes, Epiphanius, Philaſtrius, Auguſtinus, Theodoretus. De hoc *Geſſnerus: Tatiani Aſſyrii ex Helleniſmo ad Chriſtum converſi oratio ad Græcos, qua nihil eorum quibus Græci gloriantur in Græcia natum eſſe, ſed omnia à barbaris inventa, per inductionem elegante admodum ſermone Græco declarat, & multa Græcorum mala recenſet: Videtur autem non alia eſſe oratio, cujus meminit Hieronymus. Attulit eam nuper ad nos Joh. Friſius noſter ex Bibliotheca Diegi Hurtadi, Cæſaris apud Venetos Legati, & brevi, Deo juvante, in lucem dabit.* *Tertulliano* neque peritia νόμων ῥωμαίων, neque ingenii acrimonia aut vehementia, neque facundia priſca negari poteſt: ſed obſcuravit ſua dona perverſo Montaniſmo: Incidit enim ſub vitæ exitum in Montani deliria & dogmata. Ejus & recentiores & veteres non meminerunt modò; ſed & notis illum illuſtrârunt, ut ſuo loco audiemus. *Theodori, Cyrenſis Epiſcopi*, ſcripta produnt hominem πολλὰ μαθόντα. *Hiſtorica, Elenctica, Exegetica* ita tractat, ut non ingenii minorem vim, quàm judicii probet ἀγχίνοιαν. *Theophylactus* laudem obtinuit, quòd in lectione Chryſoſtomi eſſet verſatiſsimus. *Unum hoc ſatis conſtat,* inquit de eo *Beraldus, in his commentariis pia eſſe omnia & Orthodoxa: ubique Apoſtolicum pectus non modò explicat hujus operis author, ſed etiam refert, ſapit, ac ſpirat &c.* Novitate terminorum Eccleſiæ non uno modo incommodavit. *Vigilius*, Afer, contra Eutychetem & Neſtorium feliciſsimè pugnavit. De *Vincentio Lirinenſi* Gennadius ſcripſit: *quòd vir fuerit in Scripturis ſanctis doctus, & notitia Eccleſiaſticorum dogmatum ſufficienter inſtructus.* Et *Trittemius*: Extat ejus inſigne opus, quod ſub Peregrini nomine compoſuit, à veteribus doctoribus percelebre laudatum, de erroribus & collegiis hæreticorum fugiendis: Non diſplicet noſtris: unde & ab iis editum. Neque enim, quod adverſarij Pontificij tantum in eo præſidij collocant, propterea ſuæ cauſæ metuunt ut, ex Calixti Editione patet. Sed hæc breviter tantùm, καὶ ὡς ἐν τύπῳ. Plenior deductio alius loci & otii eſt. Studioſo Antiquitatis Syllabum ſcribimus & compendium Patrologicum, non commentaria.

V. Quo loco fuerit ſtudium Patrum apud Scholaſticos.

V. Ex quibus omnino patet, ipſos etiam Patres ſua mutuo legiſſe, examinaſſe, vertiſſe (Latinos tamen potiùs Græcorum, quàm Græcos Latinorum: ex illis enim, præter *Rufinum*, alios: ex his habemus *Sophronium*, qui Hieronymi tractatus Græcè tranſtulit) ſcripta. Poſt exceſſum verò *Patrum*, & cùm Scholaſtica Theologia nidulari cœpiſſet, varii paulatim in hoc ſtudium irrepſerunt errores. Non negligebantur Patrum ſcripta, quantum quidem per de-

fectum typorum fieri poterat; invaleſcente verò ignorantia in Clero 1. Ipſa ſæpe exemplaria vitioſè depicta potius fuerunt, quàm deſcripta. Vnde tot errorum plauſtra, de quibus poſteriores Critici conqueſti ſæpe fuerunt. 2. Non ſatis diligenter ad ſcopum dicentium attenderunt illi, qui Patrum ſcriptis fuerunt uſi. Vnde querela Pontificiorum obvia, de Canonum Conditore *Gratiano*, quòd peſſima ſæpe fide Patrum ſententias citârit. 3. Nimio ſtudio flagrârunt illi, qui ex Patrum potiùs monumentis, quàm Scripturæ libris Syſtemata ſua Theologica compoſuerunt. Hic nævus in *Petro Lombardo*, Scholaſticorum Patriarcha, maximè eſt conſpicuus. Hic enim neglectis fontibus, rivulos maluit ſequi. Ex quo aliud natum eſt incommodum, ut ipſa nempe Patrum ſcripta, Theologorum paulatim excuterentur manibus, & ſententiis examinandis, conferendis, illuſtrandis, conciliandis illi eſſent occupati. Hinc factum, ut à Petri *Lombardi* temporibus ad Reformationem malè de Patrum ſcriptis fuerit actum, & pauci extiterint, qui vel iis decaſtigandis, vel examinandis eſſent ſoliciti. 4. Graviſsima data clades ex ſupina eorum negligentia, qui, nulla habita ratione temporis, ſtyli, materiæ &c. omnia confuderunt. Vnde & imperitiſsimorum Monachorum ſcripta, ſemel jam Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio conjuncta, eorundem etiam nomine & titulo fuerunt expoſita. Quæ hæc fuerit incommodorum ilias, haud obſcurè poſtea experiebantur illi, qui pretioſum à vili, genuinum ab adulterino ſeparârunt. Immane enim quantum numerus ſuppoſititiorum ſcriptorum crevit, ita ut hoc Augiæ ſtabulum difficulter potuerit purgari.

VI. Studium Patriſticum circa Reformationem.

VI. Atque hinc eſt, quòd tum circa, tum & cumprimis poſt Reformationem eruditi plurimùm deſudârint. 1. In *Patrum ſcriptis edendis*; id quod tanto ad noſtram ætatem factum eſt ſtudio & fervore, ut ſi pari hoc negotium curatum fuiſſet, ſuperioribus ſeculis, induſtria, dubio procul, tot veterum authorum jacturam non feciſſemus. Ex millenis *Ephremi*, *Origenis*, &c. libris vix rudera ſuperſunt, & σκοτεινὰ ἀκοαί. Quo verò ordine, & quibus vel Editoribus, vel Interpretibus, vel Commentatoribus ſingula prodierint, ſequentibus aliquot diſtinctè indicabimus capitibus. 2. In *Criſi*, quæ ſcripta vera à ſuppoſititiis diſtinguit. Hoc verè erat Augiæ purgare ſtabulum. *Primò* enim antiqua, ſed non γνήσια ſcripta obtrudebantur pro Apoſtolicis. Talis cumprimis erat *Dionyſius* Areopagita, pro cujus Hierarchia Eccleſiaſtica, Eccleſia Romana, recentior præſertim, acerrimè ſemper pugnavit. Sed ſuppoſititiam eſſe mercem, noſtratium plurimi prolixè oſtenderunt; oſtendit præ cæteris luculentiſsimè vir antiquitatis Eccleſiaſticæ promus condus feliciſsimus, D. *Ioh. Dallæus*, doctiſsimo, quem prælo paravit, tractatu, de libris Dionyſio Areopagitæ & Ignatio Antiocheno ſuppoſititiis, adverſus Latinos: una cum Elencho libri, de *cardinalibus Chriſti operibus*, Cypriano falsò & inſcitè inſcriptis, & Cenſura *Rubbinianæ* Origenicorum aliquot operum *Interpretationis*, *Ignatium &*

Polycarpum

Polycarpum accuratè examinavit *Iacobus Uſſerius*, & ante eum *Vedelius*. *Thomas Iameſius*, Oxonienſis Bibliothecarius, diligentem navavit operam in lucubrationibus *Gregorij* editis, cum pluribus Codicibus MSſ. qui in varijs Bibliothecis reperiuntur conferendis, additionibus & detractationibus annotandis; oſtenditur, quanta licentia olim *Ex ſcriptores Monachi in veterum ſcriptis corrumpendis graſſati* fuerint. Videat Lector vindicias ejus Gregorianas, & Epiſtolam præfixam Benedicti Turretini, in qua ſpecimina collegit ſuppoſititiorum aliquot opuſculorum, præcipuè aliquot Epiſtolarum, quibus hodie abutuntur Pontificij, quæ in emendatioribus MSſ. non reperiuntur. Hanc in omnium Patrum ſcripta, falcem Criticam jam antehac exercuerunt viri doctiſsimi, magna tamen cum quorundam indignatione *Eraſmus*, *Ludovicus Vives*; ex noſtris, *Robertus* Cocus accuratiſsimo ſcripto, *Andreas Rivetus* in Critico ſacro, *Andreas Hyperius*, *Iohannes Gerhardus* in Patrologia; Ex Pontificiis, *Bellarminus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quem cum notis, commentariis, caſtigationibus nuper edidit *Labbeus*; *Antonius Poſſevinus*, *Sixtus Senenſis* Auguſtinus de Villa vincentio, qui, etiam ſi diverſis agant principiis, concedunt ſine contradictione omnes, magna tum fraude, tum inſcitia & incuria factum, ut optimæ notæ Scriptores conjungerentur primùm, paulatimque poſtea confunderentur. 3. Cum hac quidam opera, alii conjunxerunt ſtudiû, Patres *analyſi Logica* illuſtrandi, verum ex ijs ſenſum eruendi, erutum *κατ᾽ ἐπιτομὴν* proponendi, veritatem doctrinæ ex iisdem aſſerendi, adverſariorum objectiones vindicandi, quam ſpartam luculentiſsimè omnium exornavit *Abrahamus Scultetus*, noſter in Profeſsione V. T. in Antiqua Heidelbergenſi, Anteceſſor meritiſsimus, cujus Medulla Patrum, ea, quæ dixi, præſtat omnia. 4. Erant, qui unum aliquem ex veteribus ſcriptorem ita præ cæteris ſunt venerati, ut, quicquid fere reliquis ſubtrahere poterant occupationibus, illi uni impenderint. Quanti *Chryſoſtomum* fecerit *Caſaubonus*, id vel centies in Epiſtolis indicat. *Euſebii* Chronicon vitæ reſtituiſſe, & à mille mendis purgaſſe, non imo ſibi loco gratulatur *Scaliger*. Quid de Hieronymo ſenſerit Eraſmus Roterodamus, quantam in eo emuſcando probârit induſtriam, ex præfatione liquet. 5. *Catalogos* Scriptorum Eccleſiaſticorum, ætatibus diſtinctorum, nonnulli enumerarunt. Talem contexuit Gerhardus *Mejerus* de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. 6. De *uſu*, *abuſu*, *authoritate* Patrum, præter *Chamierum*, *Altingum*; qui in tractatione Locorum communium hanc prolixè tractant materiam; operoſiſsimè ſcripſit *Rivetus* in Critico, *Dallæus*, qui, ad metum (metuunt certè multi novitatum ſuarum ruinam, ſi deſpotica Patrum authoritas cadat) & invidiam multorum, Patrum authoritatem ad certos & reſtrictos revocavit cancellos: Nos etiam duas, de *uſu* & *abuſu* eorum dedimus diſputationes. Illud addimus, ipſos Patres Majoribus noſtris occaſionem præbuiſſe de Reformatione cogitandi, tum quod alius longè in ijs occurrat ſcribendi genus, quàm in poſterioribus Scholaſticis Doctoribus; tum etiam, quòd ad ipſam ubique nos invitent Scripturam.

Audiatur Bullingerus in Diario ſuo hactenus ἀνεκδότῳ de ſe ita loquens. *Circa an. D. 1520. maximè controverti cœpit inter doctiores & diſceptari de doctrina D. Lutheri. Ego, cùm & Papiſtica, & Lutherana doctrina ex æquo ignarus eſſem, conſului quendam Papiſticæ doctrinæ peritum, Quid legerem, in quo vulgata & ab omnibus recepta doctrina placita, & methodum reperirem, ſuaſit itaque ille ſententias Lombardi legerem. Legi, addidi & decretum Gratiani.* Vidi omnia illorum ſcriptorum petita eſſe è ſanctis Patribus, ſtatui igitur & Patrum videre ſcripta. *Eſt autem Coloniæ in ædibus Prædicatorum Bibliotheca quædam nobilis, optimis & peſſimis quibusque ſcriptoribus prophanis & ſacris referta. In hanc quoties libebat admittebar, interceſſione præſertim Georgii Dremeri, Heligovienſis Helvetii & ejus factionis monachi. Quem ajunt nuper factum eſſe Provincialem ordinis. Primùm ergò veniebant in manus D. Chryſoſt. homiliæ in Matth. Lego, video* longè aliam rationem in rebus ſacris tractandis veteres ſequi, quàm Lombardus, & Gratianus fecerunt. *Delibo quædam Ambroſii, & Origenis, & Aug. Interim evolvo Lutheri quoque lib. de captiv. Babyl. de libertate Chriſt. Aſſertio, articul. de bonis operibus. Deprehendo, Lutherum ad veterum Theologiam propius accedere quàm Scholaſticos.* Deprehendo item ut Scholaſticos Patrum ſententiis, ita Patres Scripturæ utriusque Teſt. authoritate niti. *Igitur comparavi mihi Teſtamentum novum. Lego Evangelium Matthæi, & quæ in illud ſcripſit S. Hieron. Pergo item in reliquis libris N. T. recognoſcendis. Atque hic demum reſilio ab eo inſtituto, quo decreveram Carthuſianus fieri: imò totus à Papiſtica doctrina abhorrere incipio. Veniebant tunc in manus noſtras & loci communes à Philippo Melanchthone primùm editi, quibus mirabiliter delectabar. Poſtremò præcipuè me ſacris legendis conſecrabam. Hæc facta ſunt & in his me exercitavi noctes atque dies anno 1521. & 22.* Sed & de *Zuinglio* conſtat, quòd Veterum lectione multum fuerit adjutus. Cùm in Eremo Helvetiorum adhuc eſſet, ſua deſcripſit manu (extat etiamnum in Bibliotheca Civica noſtra autographum) Epiſtolas Paulinas Græcè, quas memoriæ impreſſit, Patrúmque *Origenis*, *Chryſoſtomi*, *Hieronymi* explicationes ad marginem notavit. Optimo certè tum inſtituto, tum etiam ſucceſſu. Quanquam

quam

Digitized by Google

quam enim Patres judices in Controverſiis, quæ Romanam Eccleſiam inter & Proteſtantes hodie jactantur, ſedere non poſsint. *Iudices* tamen ſunt doctrinæ in Eccleſia ſemper receptæ. Malè autem judicium in religionis Capitibus tribui Patribus tum Theologi Reformati feliciter probarunt plures, tum feliciſsimè *Iohannes Dallæus*, duobus quidem tantùm, ſed firmiſsimis argumentis, quorum *primum* eſt, quia, ſi non impoſsibile, ſaltem difficilimum eſt, quid ſuper illis ſenſerint, liquidè & definitè conſtituere. *Alterum*, quia cùm eorum ſententia (etiamſi certò de ea conſtaret) non ſit infallibilis, nec extra erroris aleam omnem conſtituta, non tantam habet authoritatem, ut in ea acquieſcere poſsit animus, qui in iis quæ ad religionem pertinent, nec poteſt, nec debet alia credere, quàm ea, de quorum veritate ſibi certò conſtat. Verumque prolixè & eruditè non minori rationum numero, quàm pondere poſtea deducit.

VI. Supereſſet, ut, quantum Reformati Patrum authoritati tribuant, exponeretur; ſed quando alibi hæc occupata à nobis eſt opera, Auguſtini verbis noſtram breviter explicabimus mentem: *Noli*, inquit, (Prolog. l. 3. de Trinit.) *meis literis quaſi Canonicis inſervire, ſed in illis, quæ non credebas, cùm inveneris, incunctanter crede; in iſtis autem, quod certum nō habebas, niſi certum intellexeris, noli firmiter credere.* Et ad Hier. Epiſt. 19. *Ego verò fateor charitati tuæ, ſolis iis ſcripturarum libris, qui jam Canonici appellantur, hunc timorem & honorem didici deferre, ut nullum eorum ſcribendo aliquid erràſſe firmiſſimè credam &c. Alios autem ita lego, ut quantalibet ſanctitate, quantalibetve doctrina præpolleant, non ideo verum putem, quia ita ſenſerunt, ſed quia mihi vel per alios authores Canonicos, vel probabiles rationes, quòd à veritate non abhorreat, perſuadere potuerint.* VI. Authoritas Patrum apud Reformatos.

CAPUT.

Digitized by Google

CAPUT. II.

DE SCRIPTORIBVS SYRIACIS.

1. Diſtinctio Eccleſiarum in Orientales & Occidentales. 2. *Syriacæ* Eccleſiæ antiquiſſimæ. 3. Doctores earum in primitiva Eccleſia celebres. 4. Superiori ſeculo eorum ſcripta Europæ etiam innotuerunt; ſed pauciora. *Maſij* locus de *Bar Cepha*, *Ephræmo*, *Johanne Chryſoſtomo*, *Severo*, *Numuſio*, *Jacobo Sarugenſi*, *Jacobo de Batnan*, *Theodoro Neſtoriano*, *Theodoro* V. T. Interprete; *Julio*, *Juliano Halicarnaſſeo*. *VVidmenſtadij* ſtudium in producendis ſcriptis Syriacis. 5. Syria Bibliothecis abundat. Catalogus præcipuorum Authorum Syriacorum ad noſtra ferme tempora. 6. Quæ à Syris ſtudia potiſsimùm fuerint culta.

I. Diſtinctio Eccleſiæ in Orientalem & Occidentalem.

I. VLtimæ originis eſt diſtinctio, Eccleſiarum, in *Orientales & Occidentales*. Et ex illis quidem primæ, dubio procul, ſunt *Syriaca*, *Arabica*, *Græca*; de quibus non minus, quàm cæteris omnibus, filiabus plerisque, *Moſcoviticis*, *Indicis*, *Ægyptiacis*, *Armenicis*, *Æthiopicis* in Topographia noſtra Eccleſiaſticà abundè ſatis eſt actum. De illarum hac vice agere conſtituimus Scriptoribus, initium à *Syriacis* facturi, quæ Eccleſiæ ſunt antiquiſsimæ. Antiochia, Damaſcus, Metropolis Syriæ, primæ penè fuerunt Eccleſiæ Chriſtianæ. Et ex illa quidem ipſa Chriſtianorum prodijt nomenclatura. Crevit paulatim illa non numero tantùm Auditorum; ſed & ſplendore Doctorum. *Sozomeni* (quocum conferri poteſt *Theodoret.* Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. p. m. 140. a. b.) luculentum eſt teſtimonium Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 3. c. 15. *Ephremus diſciplina monaſtica vitam inſtituens, cùm neque à quoquam didiciſſet, neque exſpectare ſe tale evaſurum, derepentè in Lingua Syriaca peritia tantum profecit, ut ſummarum Philoſophia præceptionum intelligentiam adeptus ſit: & non ſolùm facilitate ac ſplendore orationis, ſed etiam ſententiarum crebritate atque ſapientia Græcos ſcriptores facilè praſtantiſſimos ſuperârit. Nam iſtorum ſcripta ſi quis vel in Syriacam velit,*

Digitized by Google

dit, vel in aliam Linguam convertere, & condimenta (ut ita dicam) Græcarum argutiarum adimere, ſtatim deprehendetur priorem venuſtatem amiſiſſe. At verò in libris Ephraim idem minimè accidit. Nam non modò cùm ei adhuc vita ſuppeditaret, verùm hoc tempore etiam, ejus ſcripta in Græcum ſermonem vertuntur: atque orationis vis & elegantia non multo inferior eſt ea, in qua primùm edita ſunt: ſed cùm Græcus etiam illa Græcè legat, perinde ea admiratur, atque ſi Syrus eſſet, & Syriacè legeret. Quin etiam Baſilius qui Cæſariæ, urbis primariæ Cappodociæ poſtea Epiſcopus fuit, hunc hominem eruditionis cauſa in primis admiratus eſt, & ſummè laudavit. Quapropter Ephraim jure optimo mihi videtur hoc laudis teſtimonium, prolatum ore Baſilii (quem omnium ſui temporis eloquentiſſimum fuiſſe inter omnes conſtat) ab omnibus Græcis, qui tam propter doctrinam in magna admiratione fuerunt, conſecutus. Dicitur porrò tricies centenas myriades carminum, ſi omnia ſimul numerare velis, conſcripſiſſe: eaque haberi in manibus multorum, qui fuerunt diſcipuli, quique ſtudiosè illius doctrinam imitati ſunt: quorum illuſtriſſimi fuerunt Abbas; Zenobius, Abraham, Meras, & Symeon, de quibus tum Syri, tum quotquot doctrina Syriaca diligenter operam navant, magnopere gloriantur. Pari ratione etiam Paulonam, Aranad, propter eloquentiam laudant illi quidem: tamen eos à pia doctrina per errorem deſciviſſe memorant. Neque equidem ignoro, olim quoque ſimiliter apud Oſroenos fuiſſe viros eloquentiſſimos, Bardeſanem, authorem ſectæ cujusdam ipſius nomine appellatæ, & Harmonium, ejus filium, quem dicunt Græcorum diſciplinis educatum fuiſſe, ac primùm patrium ſermonem aſtrinxiſſe numeris, & modis muſicis cantorúmque cœtibus tradidiſſe, ad quem modum etiam hoc tempore canunt Syri: non quod carminibus ab Harmonio ſcriptis, ſed quòd eodem genere concentus & numerorum utantur. Poſtea c. 11. lib. 4. inter Epiſcopos Syriæ illuſtres Georgium, & Marcum; illum Laodicæ, hunc Arethuſæ Epiſcopum referunt. Sed & *Photius*, in Bibliotheca; [a] de Ephræmo, poſtquam argumenta τῶν λόγων ἠθικὰ καὶ ποσαχε-

[a] P. 265.

κοντα recenſuiſſet, ὁ θαυμαςὸν ἦν ἡ τῆς φράσεως πεπτωκότης, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο θαυμαςὸν, ὡς ἐκ χυδαιότητος τοιαύτης ῥημάτων τηλικαύτη σωτηρία καὶ ὠφέλεια τοῖς προσέχουσι προχεῖται. *Non equidem admirationem meretur phraſis humilitas: id verò mirandum, qua ratione ex abjecto illo dicendi genere tanta ſalus & utilitas attendentibus affundatur. Quæ de Bardiſane; Linguarum* [b] *& rei Theologicæ peritia apud veteres celebri;* refert *Sozomenus*, & Harmonio filio ejus, ab alijs [c] etiam in literas ſunt relata, turbatores nempe eos fuiſſe Eccleſiarũ Syriacarum. Prout conſtat, Eccleſiam Syriacam Heteroclitis Syrorum [d] Miniſtrorum ingenijs, multum fuiſſe turbatam. Syrus erat Ætius, Antiochenæ Eccleſiæ Diaconus, Arij ὁμόφρων, qui aſſeruit, Filium Dei creatum eſſe ortum ex nihilo, Patri diſsimilem: *Leontius*, [e] Epiſcopatu Antiocheno potitus, parta jam liberè & audacter loquendi poteſtate, palàm Ætij dogma defendens, Chriſtum Patri diſsimilem docuit. Impurus Paulus Samoſatenus peſtifera dogmata in Syria ſpargere cæpit. Quid, quòd ipſe quoque *Manes* multa dedit [f] Syriaca Lingua, quæ & uſitata ſatis erat in Oriente, & Perſis characteres ſuos commodabat, prout Hebræi ſuis nonnunquam characteribus voces Perſicas exprimunt. Ad Doctores Eccleſiarum Syriacarum, eorùmque ſcripta redimus. Latuerunt autem diu ſatis hæc Syrorum, Europæos præſertim, monumenta: donec ſuperiori ſeculo per *Ambroſium Theſeum* primùm, poſtea *Albertum VVidmenſtadium*, & *Andream Maſium* eſſent reſtitutæ, noſtro verò tempore in Anglia, Gallia, Belgio, Germania ad ſtuporem à multis excultæ. Pauciſsima tamen huc uſque edita ſunt, ſacra pleraque, rariora Eccleſiaſtica: Et ex his quidem nihil hactenus vidimus præter tractatum *Bar Cepha* de Paradiſo, curâ & ſtudio Maſij editum: *ordinationes* quaſdam *Maronitarum*, *Neſtorianorum* &c. opera Iohannis Morini tranſlatas & vulgatas. *Ambroſius*, Camalduenſis Monachus, ſermones ſub *Ephremi* nomine non paucos è Græco in Latinum converſos emiſit, qui anno 1547. Coloniæ ex Noveſiana officina prodierunt in octavo: ſed poſtea juſſu Gregorij XIII. *Gerardus Voßius*, Tungrenſis Præpoſitus, undique conquiſitas *Ephræmi* lucubrationes, Græcè extantes in varijs Bibliothecis, Latinitate & luce donavit, Scholijsque illuſtravit, quas primò Romæ, deinde Coloniæ an. 1603. editas tribus tomis, pro geminis *Ephræmi* operibus obtruſit. Sed non eſſe genuinam hanc tanti auctoris mercem, pridem accuratiores Critici [g] obſervârunt. Ex ipſis fontibus Syriacis tranſtuliſſe dicitur *Abrahamus Ecchellenſis*, Maronita Ephremi de *Maria & Magis canticum*, Romæ 1645. Cætera noſtratibus penè ſunt ignota. Quid verò miremur, cùm veteres quoque majorem

Tempore Reformationis Syriacæ literæ cultæ.

[b] Vid. Epiphan. Hæreſ. pag. 207. [c] Id. [d] Sozom. lib. 4. c. 11. [e] Ib. [f] Epiph. de hæreſ. pag. 270. [g] Rivet. Crit. Sac. lib. 3. c. 21.

Digitized by Google

jorem nominis & eruditionis, quàm librorum ejus habuerint notitiam? *Lucubrationes, ejus, quòd Syro Idiomate eſſent conſcripta, haud confeſtim Græcorum aut Latinorum Eccleſijs innotuere. Nam S. Hieronymus unius tantum voluminis meminit, quod ex Syro in Græcum tranſlatum accepit: pedetentim autem alia complura viri egregij monumenta, per Græcorum alveos in Latinam Eccleſiam confluxere.* Ita Baron. an. Chr. 378. S. 14.

Certiora circa Reformationem & deinceps eruditi de hoc *Ephræmo*, alijsque Syriacarum Eccleſiarum Doctoribus tradiderunt, *Maſius* præſertim, præf- in *Moſen Bar Cepha*, quæ, quia ad Bibliothecæ Syriacæ apparatum multi conferunt, ordine hoc loco inſere viſum eſt. Ita verò verbotim habent:

De Bar Cepha ſeu Severo.

Sed operæ precium me facturum exiſtimo, *inquit*, ſi de tam peregrino authore (eſt enim ex ipſa usque Meſopotamia, neque adhuc, opinor, apud Latinos vel de nomine notus) pauca primum dixero, quæ Syrorum monumentis de ipſo prodita comperi. Igitur natus hic noſter *Bar-Cepha* in Aſſyria quidem: ſed qua urbe nondum legi. Patre verò Cepha, hoc eſt, ſi Latinè dicas, Petra, ſive Petro: unde gentilitio, ſicut & Græco more, illud cognomentum ipſi datum &c. Nam Bar Cepha, Petræ aut Petri filium Syris ſonat. Cæterum, nomen ipſum parvulo fuit Moſes, ſed hoc cùm Epiſcopus eſſet factus, cum nomine *Severus* commutavit. Porro deſtinatus eſt puer à Parentibus ad ſtudia literarum, præſertim ſacrarum, in quibus deinde diu multumque eruditus eſt in contubernio Sergii, quod ſitum eſt in *Tura zabojo*, hoc eſt ſi Latinè dicas, *Monte aridò*: è regione urbis Balat, extat, ad flumen Tigrim. Hinc propter vitæ inſignem probitatem, atque percellentem inter ſuos populares doctrinam creatus à Clero populoque eſt Epiſcopus, quo ſacro munere non uno functus eſt loco: verum tribus. Nam & Epiſcopum Beth Raman, & Beth-Ceno: denique etiam ipſius Mozal appellatum invenio: quanquam hujus poſtremæ Civitatis ſubinde non Epiſcopus quidem, ſed *Savaro*, hoc eſt, *curator* nominetur, cui tamen vocabulo, apto ſanè, Aquilas Ponticus etiam, quos Græci vocant Epiſcopos ſolet ſubjicere. At enim ego non uno atque eodem tempore tribus iſtis Eccleſiis præfectum illum fuiſſe, peſſimo noſtrorum hominum more, quorum turpiſſima ambitio implacabilis eſt: Sed pro maximis, quibus clarebat, virtutibus gradatim à faciliore ad difficiliorem provinciam eſſe ſubvectum audio. Cæterum, urbs Beth Raman, quod eſt ac ſi domum altam dicas, & Beth-Ceno, hoc eſt, domus proborum, quibus in Aſſyria locis ſint poſitæ, ſum adhuc incertus. At Mozal forum eſt rerum venalium etiam nunc in Meſopotamia celeberrimum, quod olim Seleucia, Parthorum nempe ad Tigrim, nominabatur: ubi Patriarcha Neſtorianorum, quos vocant, hoc ſeculo ſedem ſuam collocatam habent.

bent. Scripſit verò lingua ſua, h. e. *Syriaca, qua pleraque omnes Eccleſiæ Chriſtianorum, quæ plurimæ in Aſia ſunt; exceptis Græcis & Armeniis; non aliter atque noſtra Eccleſia Latina utuntur: illam enim unam calluiſſe videtur, & quidem luculenter, præter Arabicam ſive Punicam, univerſa propè Aſia atque Africa vulgarem.* Scripſit, inquam, inprimis ἑξαήμερον: quo opere ea tractavit, quæ de ſex diebus, quibus conditus eſt à Deo orbis, Moſes ſcripta reliquit. Sed hoc argumentum minimè abſolutum videbatur, niſi quæ de Paradiſo dicenda ſupererant, explicarentur, ei hunc Commentarium de Paradiſo, ceu Colophonem adjecit. Nam, an reliquam libri Geneſeos partem univerſam commentando ſit proſequutus, neſcio: conſtituerat quidem certè, ut ipſus affirmat. Scripſit præterea librum de Anima. Adhæc interpretatus eſt Matthæum Evangeliſtam, denique & de ſectarum multudine, differentiaque opus compoſuit. Sed credibile eſt præter hæc ſcripſiſſe alia multa, ego enim ea modò commemorare poſſum, quorum ipſus in hoc Commentario facit mentionem: quod unum ad nos allatum eſt. Porrò mortem obiit, & ut Syri de ipſo loquuntur, vitam hanc fluxam & miſeram cum æterna beatâque mutavit, anno ab Alexandri Magni regni Milleſimo, ducentiſimo, viceſimo quarto, die Sabbatho, qui tum decimus tertius erat ejus menſis, quem Syri Sebot, noſtri plerunque Februarii interlunio inchoatum appellant, hoc eſt, anno à Chriſto noningenteſimo decimo quarto: quo tempore cum imperio apud Germanos regnabat Chunradus primus. Numerat enim Aſia tota annos ab Alexandri Macedonis regno; idque annis circiter decem ſupra trecentos auſpicantur ante Chriſtum, à quo nos, laudanda ſanè religione temporum rationem ſupputamus. Hæc ferè de noſtro Barcæpha ex Syrorum ſcriptis percepi, cujus hoc qualecunque monumentum vel eo nomine vobis certè placebit, ſcio, maximè, quod & tempore tam remoto ab noſtro hoc ſeculo & parte mundi penitùs diviſa ab iſta noſtra occidua ſcriptum quum ſit, tamen planè in ſacroſanctæ religionis noſtræ, dogmatis: quotquot certè pro argumenti ratione attingit, cum iis Scriptoribus conſentiat, quos ut probæ opinionis, ab omni retro antiquitate in Eccleſia colimus. Ab hoc quem literarum amantem non oblectent tam multi Scriptores peregrini, quorum hoc commentarium & libros & dicta paſſim commemorat laudâtque? Sed quum iſti adhuc in vulgus noſtrum non ſint pervulgati; neque id abs re mihi facturus videar, ſi de his ipſis quoque aliquid dixero. Inprimis igitur maximi facere hic noſter Bar Cepha videtur ipſum Ephræm, ſive ut Hebræi & Syri vocant, *Ephraim*, quem Divus Hieronymus quoque ab acumine ſublimis ingenii laudat in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum. Mihi certè Doctor meus Syrus ſæpe ſolebat dicere nullius alterius Scriptoris plura præſtantioráque de rebus ſacris volumina apud Syros haberi, ut mihi, cum Auguſtino noſtro conferendus

Ephræm Syrus.

ferendus videretur, ἐν τῇ γε πολυγραφίᾳ. Hoc ego certè affirmare poſſum, nihil elegantius, nihil ſuavius, nihil etiam acutius barbarà illa alioqui lingua dici poſſe, quàm ea mihi viſa ſunt, quæ adhuc illius legi, ut ex animo dolendum ſit, divini illius ingenii non majorem ad nos fructum afferri, quo Bardeſanæ hæretici acutiſsimi, & Harmonii ejus diſcipuli nugæ, quæ cum maxime Edeſſæ, tum prope Syriæ univerſæ Eccleſias occupaverant, planè ſunt expugnatæ atque profligatæ. Nominat & *Iacobum Orrobaitam*, hoc eſt Edeſſenum, qui illius Ephræm, ut Syri affirmant, fuit præceptor. Nam & Ephræm Edeſſenus fuit. Rohai enim, vel, ut Arabes præpoſito articulo pronunciant, Orrohaiæ, civitas eſt Meſopotamiæ, in ipſo limine primò occurrens, ſimul atque Euphratem tranſmiſiſti à Berrœa, quæ nunc Aleppo vocatur, profectus, à qua abeſt itinere circiter tridui: dicitur verò etiam alio nomine Beth naharaim, ac ſi Meſopotamiam dicas, à Syris. Citat & Philoxenum Mabugenſem, hoc eſt, Mabugæ Epiſcopum, acutiſsimum, quantum certè ex unguibus ſpectari Leo poteſt, ſcriptorem. Hic celeberrimi apud Syros eſt nominis, ut quem maximis ingenii luminibus tractaviſſe ſacras literas ferant. Cæterum, Diodorus is, adverſus quem ille capita quædam ſcripſiſſe memoratur, fuit aliquando in Antiochena Eccleſia Presbyter, demum verò etiam Epiſcopus Tarſenſis, vir πολυγραφώτατος. Sed de Diodoro prolixè Suidas, & Hieronymi Catalogus. Eſt autem Mabuga, ni fallor ea Syriæ civitas, quam Ptolomæus Mamugam nominat. Laudat præter hos *Iohannem* Monachum: ſæpe etiam Iohannem: non addens vitæ genus. Intelligit verò, ut exiſtimo nomine utrovis Chryſoſtomum. Sed illud penſitandum, annon ille quem Sitigrium Monachum noſtrum vocat, ſit is qui Starginius in vulgatis Chryſoſtomi exemplaribus nominatur. Habet & *Severum* crebrò in ore, eumque fere non niſi reverenter nominat, quare alium hunc fuiſſe à famoſiſsimo illo Eccleſiæ Chriſti apud Antiochiam primùm, deinde & Alexandriam perturbatore, prorſus autumo: quanquam non ſim neſcius, etiam iſtum fuiſſe apud Antiochenos Patriarcham. Sæpe enim audivi, cùm meus mihi doctor Syrus, Severi hujus, tanquam Antiocheni Patriarchæ, ſcripta plurimum prædicaret. Et verò exſtant apud me præter alios nonnullos Veteris Teſtamenti libros, etiam quatuor de Regum Hiſtoria, è Græco exemplari, quod manu Euſebii Pamphili ad Origenis Hexapla, in illa celeberrima Cæſarienſi Bibliotheca adſervata, correctum erat, traducti in linguam Syriacam ante annos circiter mille: atque tam accuratè ſcripti, & obeliſcis, aſtericis, limniſcis, aliiſque notis, ex quibus LXII. Interpretum tractatio Germana poſſit agnoſci, paſsim notati, ut neſciam an cujuſquam induſtria exactius atque abſolutius aliquid præſtare poſſet. In ijs Regum libris Scholia, etiam ipſo Syriaco idiomate & charactere ad marginem hîc illic adſcripta habentur, breviſsima quidem illa, ſed peracuta plerunque & docta, quæ Divi Severi Patriarchæ titulum per ſe ubique fuerunt, hunc ergò

Iacobus Edeſſenus.

Philoxenus Mabugenſis.

Iohannes Monachus.

Severus.

ipſum eſſe facilè exiſtimo, quem noſter Bar Cepha toties laudat, quemque Moſes meus Mardenus mihi ſolebat tantopere prædicare. Nam profecto veterem illum Manetis & Tatiani τῶν ἐγκρατιτῶν ſectatorem, omnibus execratam Eccleſiis peſtem, nemo tam honorificis titulis dignetur. Porrò fuiſſe hunc Severum rara eruditione virum, vel brevis illa diſceptatio oſtendat, quam ſub finem hujus operis adverſus Feliciſſimum productam legetis. Sed pergamus ad reliquos.

Numiſius. Audietis & *Numyſium* nominari, ſive Numuſum (neque enim poteſt in Syrico iſta diſcerni vocalis) eumque Philoſophum Chriſtianum dici. Equidem neſcio an illum ſignificet quem Suidas Νουμήνιον ἀπαμέα ut Pythagoricum Philoſophum celebrat, an verò potius eum Nemeſium, cujus de hominis natura elegantiſſimum Commentarium nuper eſt Plantini noſtri typis evulgatum: ipſæ quidem hæ appellationes paululum diſcrepent. Sed certè Nemeſius iſte in eo quod jam dixi opuſculo, cenſet, arborem cognitionis boni & mali, quam vocant, Adamo Evæque fructum ipſius guſtantibus ſuæ, ipſorum naturæ cognitionem attuliſſe, quadam ſua genuina efficacitate: ut credibile ſit de vitæ arbore quoque eam illam habuiſſe opinionem, quam ſuo Numyſio noſter Bar Cepha attribuiſſet. Producit inſuper *Iacobum Sarugenſem*: id eſt,

Iacobus Sarugenſis. Sarugæ urbis Epiſcopum. Hic apud Syros vel ſolo nomine Mori Iacob notiſſimus eſt. Scripſit enim, ut ajunt, poſt Ephræm Syricâ linguâ opera plurima, quæ ab omnibus Eccleſiis avidè leguntur, ſive illæ Neſtorianorum ſint, quarum longè maxima pars eſt: ſive Iacobitarum ſive Maronitarum: aut denique Ægophtorum, h. e. Ægyptiorum, quos Cophtos noſtri ſolent appellare: his enim quatuor ferè nominibus magis quàm ſectis Syricæ Eccleſiæ adhuc inter ſe diviſæ ſunt. Nominatur denique & *Iacob de Batnan*, ſive Botonen, aut Botnen (in propriis enim, ignotiſque nominibus, vocales, niſi adſcriptæ habeantur, incertæ ſunt) ſed hunc & illum ipſum Sarugenſem homines Syri ajunt,

Iacob de Batnan. unde ſuſpicor ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς alterum, alterum à patria cognomen eſſe.

Theodorus. Porrò *Theodorus* Neſtorianus, cujus ſemel iterumque mentio fit: cujuſque improba dogmata refelluntur ſub operis finem, fuit olim Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, Apollinarij, hoſtis ſui capitalis, ſucceſſor, homo indignis modis contumelioſus in Chriſtum. Sed videte Suidam. Et eſt alius apud Syros *Theodorus*, converſo ab ſe, in Syricam Linguam de Hebræo vetere Teſtamento clariſſimus: quippe cujus interpretatione, ut αὐθεντικῇ omnes omnium Syrorum utantur Eccleſiæ.

Iulius. Citantur poſtremò & *Iulii* Commentaria in Iohannis Evangelium, de quo Iulio nihil ſatis certi habeo, quod pronunciem, niſi fortaſſis Africanum dicat virum, præter alias linguas, quibus Orientales homines utuntur, etiam Græcæ & Latinæ ſcientem, multa enim hic & varia conſcripſit, quæ ad Theologiam pertineant.

Iulianus Halicarnaſſæus. Demum producitur in medium etiam *Iulianus Halicarnaſſæus*, is fuit ſectator impii illius Severi, cujus ante memini, ſed memorat hunc etiam Suidas. Porrò de cæteris, qui paſſim citantur, quia notiſſimi ſunt

Digitized by Google

ſunt nominis, hoc modò in univerſum monendi eſtis, qui Græcè ſcripſerunt qualeſ ſunt, Gregorius Nazianzenus, Baſilius, Chryſoſtomus, alii, eos olim à Syris eſſe converſos: ne exiſtimetis ab hoc noſtro, Bar-Cepha Græcè lectos eſſe: quum fuerit, ut apparet, ipſæ ejus linguæ ignarus. Iam verò ignoſcere vos, cœteroſque lectores mihi volo, ſi nullo dictionis ſplendore &c. Ex Zevenara noſtra 1567. Hæc *Maſius*. Præivit in cultu literaturæ Syriacæ *Theſeus Ambroſius*; qui quidem primus, cum cura, has literas, & quidem, ut ipſe ait, *ſine rivali*, amavit, donec amorem, jam accenſum, *Alberto etiam VVidmanſtadio*, augeret. Atque hic etiam ut initium fecit edendi Novi Teſtamenti Syriaci (Apocalypſin ſi excipias, & Epiſtolas Catholicas) ita & aliorum etiam ſcriptorum Syriacorum notitiam reliquit; qua de re conſuli poteſt Præfat. ejus in N.T. Hiſt. noſt. Eccleſ. Sec. XVI. Memini, me Lugduni Batavorum aliquando audire, magnas & locupletes in Syria latere Bibliothecas, præſertim in Monaſterijs. Fidem fecit ſuperiori ſeculo *Ebed Ieſu*, Chaldæus natione; profeſsione Neſtorianus, functione Epiſcopus, qui ſub Iulio III. & Pio IV. Romam venit, Neſtorianiſmoque renuntiavit; Ad ſuos poſtea reverſus, Aſſyriorumque Patriarcha creatus, *Sulaka* ſucceſsit. Catalogum hic, præter cætera, contexuit ſcriptorum Syriacorum, quem, quia brevis eſt, ordine Alphabethico; adeòque commodiori, quàm ante hac prodijt, Methodo, exhibebimus. Illud mirari ſubit, in *Beth-gaza* (Mſc. eſt Syriacum; de quo in *Biblioth.* noſtra *Orient.*) multos citari authores Balajum; Cocojum &c. quorum Ebed Ieſu non meminit.

Bibliotheca Syriaca.

Mor-Abu. Ejus diſcipuli authores ſunt Commentariorum in Danielem; & Explicationem Allegoricarum (דרשא) *Abbas* (idem Syris eſt, quod Hebræis *Rabba*, ut diximus *An. P. I. p. 320.*) *Beric zebioneh* ſcripſit tractatum ראסטרטיגא *Magiſtratum* Ecchellenſis vertit; ſed malumus ϛρατηγιὰν; Elucidationes præterea, cum doctiſsimis Interpretationibus. *Abrahamus Bar-de Schenadad* dedit librum προτρεπτικὸν; Expoſitionem Abba Matti: Tractatum de via regia; Sermones de Pænitentia; diſputationes contra Iudæos; varias Epiſtolas. *Abrahamus Bar Kadbba*, ſcripſit Expoſitiones, Conſolationes, ſermones διδασκαλικὰς; Epiſtolam contra Schiſchbanum. *Abrahamus Barlipbe* compoſuit explicationem officiorum (divinorum) *Abraham Beth-chalenſis* ſcripſit contra טחא i. e. *Muhammedanos*. *Abrahami Bethrabanæi* extant 1. Commentaria in Ioſuam, Iudices, Regum libros, Siracidem, Eſajam, Danielem; Canticum Canticorum, Δωδεκαπροφήτων. 2. De cauſa judiciorum. *Abrahami Katinæ*, quæſtiones, &c. *Abrahami Mabazitæ*, Epiſtolæ conſolatoriæ; de cauſis feſtorum omnium; de ratione interpretandi. *Abrahami Metropolitæ Bazorenſis*, Epiſtolæ; Explicatio difficiliorum verborum Theodori Commentatoris. *Abrahami Naphtaria* diverſa. *Abrahami Sabæ* quæſtiones miſcellaneæ. *Aba-Nuch*, Ieſudadi coætaneus, Alcorani refutatio. Diſputationes contra Hæreticos, alióſque. *Ab-zudi*, Scholiaſtæ,

Digitized by Google

Scholiaſtæ, demonſtrationes ordine Alphabetico de variis, ad amicum Kurtam. *Achubi Katarei* elucidationes in univerſum N. T. In Pentateuchum, Iudices, Prophetas omnes. *Achubideemeb*, liber contra Philoſophos & Magos: definitiones variarum rerum, de Dialectica: de רוכב קנומא Ecchellenſis vertit *compoſitionem perſonarum*; quod planè eſt ἀθεόλογον. Rectiùs, de *inſitione*, quam περιχώρησιν Græci appellant, *perſonarum*. Eſt enim רכב Syris ἐγκεντρίζεσθαι: vide Lexic. noſtrum Harmonicum. Orationes duæ, an voluntas poteſtatem habeat in Naturam. Ita περιφερητικῶς de uſu liberi arbitrii agi puto: De anima, & homine Microcoſmo: aliáque multa eleganti ſtylo contexta. *Akeb Schema* Philoſophica ferè ſunt: Epiſtolæ, Gloſſæ: Ænigmata, Proverbia, Methodus Problematica. *Alexandri* ſcriptum Elencticum contra Iulianum. *Andreæ*, Gloſſæ (תורגמא) & כוהם סימא *Ratio punctandi*. *Anonyma* etiam ſcripta habere Syros, *Ebed Ieſu* teſtatur: Hiſtorias pluſquam ducentas, libros de elucidatione, de חדיותא unione: *unionem* vertimus à חד, ut à חדיא *gavisus eſt*, חדותא *gaudium* deducitur. *Aphrahetus*, Perſarum ſapiens, dedit orationes de literis Alphabethi, & alia. *Ara* contra Magos, Bardeſanem: Titulum libro dedit חבטשיתא quod *ſcarabæos* notat, quibus hæretici illius aſſeclas comparat.

B.

Babai (quod nomen Syrorum frequens, ut apud Hebræos בבא nomen proprium viri eſt; ita autem familiæ nomen ſemper additur ut בבא בך בוטא *Baba, filius Butæ*) *Rabba*, Doctor, vel magnus, triginta trium פנקיתא Syntagmatum author. 1. De cauſa Hoſannarum. 2. De חדיותא 3. Expoſitio libri Centuriarum. 4. Liber de Abbate Marco. 5. Hiſtoria Diodoritarum. 6. Cauſa Feſti crucis. 7. Liber, in quo ordine narrat victorias circulares Dominæ Mariæ, & Iohannis, reliquarum Feſtivitatum & commemorationum. 8. Tractat. ad Tyrones. 9. Epiſtolæ ad Ioſephum videntem. 10. Conciones de Monachis. 11. Expoſitio in univerſam Tropologiam. 12. De cauſis. 13. De Matthæo Meſchanjono, & Abrahamo Niſibenſi, Gabriele Katania. *Babai Niſibenſis* Orationes, Epiſtolæ, Hymni, Hiſtoriæ, Adhortationes, moralia. *Babai Perſæ*, Epiſcopi Rivadeſchir variarum quæſtionum ſolutiones. *Barbahlul*, Lexicon ex multis congeſtum libris, (Lexicis præſertim Ieſu, bar Ali, Medicis Maruzæi, & Gabrielis, quorum & ipſe *Iſa bar Ali* meminit) ſcripſit: Extat hoc Lexicon Cantabrigiæ Mſc. quod magnam partem Lexico jam Londinenſi inſeritur. *Bardackuana* Orationes ligato ſermone ad mæſtos. *Barduckſini* duo Tomi contra Chaldæos: & aliud ſcriptum contra Phaphronem hæreticum. *Barbad beſchabo* Arabs, ſcripſit tres Tomos, *Theſauri* nomine inſignitos: diſputationes de omnibus falſis religionibus. Hiſtoriam Eccleſiaſticam, de cauſa Diodoritarum: Commentaria in Marcum Evangeliſtam & Davidem. *Barſchebak* uno tantùm inclaruit ſcripto. *Barſchode* Charchæus Eccleſiaſticam de-

dit

dit Hiſtoriam, ſcriptam contra Magos Zerduſti (Zoroaſtris) diſcipulos. *Barzoma* liber de Regimine, Epiſtolæ conſolatoriæ, Gloſſæ. *Beb Ieſchu*, Camulæus, compoſuit tractatum de Monachis. *Budi Periodita* ſermones de fide: contra Manichæos, & Marcionitas: Quæſtiones Græcas, nuncupatas Alpha Mighin. Ex Indico Idiomate tranſtulit librum *Kalileb*, & *Damneb*. De quibus duobus libris *Ecchell*. Not. ad Biblioth. Eb. Ieſchu. 269. Liber iſte tribuitur Iſamo quinto Indorum Regi, de quo ſic Iſmael *Sciabinſciab*, in Hiſt. gentium: יסאם אלדי וצע כתאב כלילה ודמנה *Iſamus, & eſt ille, qui compoſuit librum Cſilah, & Damnah.* Idem affirmat alibi, librum hunc Arabici juris factum fuiſſe trecentis ante Alexandrum Macedonem annis. Eſt autem Apologus in quo humani inſtituuntur mores. In omnes ferè linguas translatus eſt. Extabat ejus exemplar Arabicum in Bibliotheca Cardinalis Mazarini elegantiſsimè deſcriptum.

C.

Candius magnum ſcripſit tractatum diſputationum, profeſſionèmque fidei. *Aba Caſcarienſis* varias dedit explicationes Epiſtolas, elucidationes in univerſam Ariſtotelis Logicam. *Cumaus*, adhibitis Socijs, Hiba & Pharuba, ex Græco Idiomate in Syriacum tranſtulit ſcripta Ariſtotelis, aliáque ἑρμηνευτικά. *Cyprianus Niſibenſis* Theologiam explicuit Gregorij Magni, deditque rituale de סימידא χειροϑεσίας. *Cyriacus* author eſt Expoſitionis fidei & myſteriorum. Scripſit etiam de cauſa Nativitatis & Epiphaniæ. Commentarium item in Paulum. Cyri extant *explicationes* (פושקא) & (תורגמא) *Paraphraſes*.

D.

Dambes ſermones compoſuit. *Daniel Bar-Mariam*, dedit Hiſtoriam Eccleſiaſticam, quatuor abſolutam tomis & Expoſitionem Chronici. *Daniel Riſb-Aina*, oppugnavit Marcionitas, Manichæos, Hæreticos, Chaldæos. *Daniel Toubonita* exhibuit Florilegium, Epiſtolas conſolatorias, Paraphraſes, ſolutiones quæſtionum figuratarum & ænigmaticarum. Ejusdem ſunt ſermones Poëtici: ſolutio quæſtionum voluminis (פנקיתא) Theologici Mor Iſaci Ninevitæ. Explicatio principiorum ſcientificorum. *Davidis Beth-rabanai*, qui Mathematicis delectabatur ſtudijs, celebrantur ſermones de menſuris climatum: de varietatibus dierum & noctium. *Dencha* (Ανατολη) explicuit Pſalmos: ſcripſit Epiſtolas conſolatorias; quædam de judicijs Eccleſiaſticis: item in duos Tomos Gregorij & Ariſtotelis Logicam. *Dod Ieſchu multa* edidit, Paradiſum occidentalium: Illuſtravit Abba Ieſajam: Tractatum dedit de regimine: Sermonem de initiatione *Cellæ*: Sermones flebiles, metricè, Epiſtolas & quæſtiones de ſilentio & regimine Spiritus. *Alij*, huic *Cinonymo*, tribuitur commentarius תמוידא ϑεωριας, in Danielem, libros Regum, Siracidem, Tomi tres.

E.

Ebed Ieſu, Bar-Akre gloſſas collegit; ſcripſit & de cauſis *Ebed Ieſu, Barbahriz*, Aſſyriæ Metropolita, de diviſione hæreditatum, atque diſtinctione officiorum (divinorum) *Ebed Ieſu*, Metropolita Zobæ ſcripſit commentarium Allegoricum in V. & Novum Teſtamentum, de admirabili regimine; Paradiſum voluptatis, carmine; Epitomen Canonum Synodicorum: Librum *Babmarurid*: Arabice כרותה: Librum margaritarum de confirmatione & veritate fidei; Librum arcanorum Philoſophiæ Græcorum: librum Scholaſticorum, in quo omnes refelluntur Hæreſes: librum diſpoſitionis Iudiciorum & ſtatutorum Eccleſiaſticorum; librum in quo ſunt duodecim orationes, continentes omnes ſcientias: nec non Gloſſas, Epiſtolas conſolatorias, orationes de varijs rebus: Explicationem magni Ariſtotelis: quam ſcripſit de magna arte ad Alexandrum: Epiſtolas varij ac multiplicis argumenti; ſolutiones quæſtionum difficilium, ænigmatum, capitum & Parabolarum. *Ebed Meſchich*, Hirtenſis author eſt libri profundæ & multiplicis eruditionis. *Elias*, antiquus, deciſiones ordinavit Iudiciorum, quæſtiones Eccleſiaſticas, & inſtitutiones Grammaticas. *Elias, Barchnuſch* benedictiones, Orationes compilavit, diſſeruit de uſu Pſalmorum, & de myſterijs (Sacramentis) Eccleſiæ. *Elias, Bar-Schania* Metropolita Zobenſis dedit Annales, Orationes, Grammaticam, deciſiones Iudiciorum Eccleſiaſticorum: varias Epiſtolas Syriacè & Arabicè. *Elias Danbar* tres compoſuit tomos carminum, Epiſtolas, conſolatoria, Apologiam & Gloſſas. Elias, Metropolita Maruenſis dedit παραφερνικὰ, παραμυθητικὰ, διδασκαλικά. Lectiones totius Evangelij, Epiſtolas, cauſas judiciorum, commentaria in Proverbia, Geneſin, Davidem, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Siracidem, Ieſajam, *Δωδεκαπροφήτων*, Epiſtolas Pauli, volumen Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ משרדתא firmæ, ſolidæ. Eliæ tertij extant Thargumim, Epiſtolæ, preces, deciſio Iudiciorum. *Eliſæus Barſalita* explicuit Davidem: ſcripſit de varijs opinionibus, ænigmata & Parabolas. Eliſæus, *κατ' ἐξοχὴν* פשקנא ὁ ἐξηγητὴς exhibuit explicationem in Iobum, in utramque ad Corinthios, & tres ſequentes: Gratiarum actiones, ſermones de judicijs & teſtibus. *Emanuel, ὁ διδάσκαλος* (מלפנא enim axioma obtinet) ſcripſit Hexaëmeron carmine, Gloſſas, aliáque didaſcalica. *Enoſch Pheruz-Schabor* edidit ſermones conſolatorios. *Ephraim Elamita*, tractatum compoſuit de fidei negotio. De *Ephrèm magno*, qui *κατ' ἐξοχὴν* נביא דסורייא Syrorum Propheta appellatur, ſupra jam egimus. Ebed Ieſu ei tribuit ſcripta. 1. *Exegetica* in Geneſin, Exodum, Leviticum, Ioſuam, Iudices, libros Samuelis, Regum, Davidis, Ieſajam, Ieremiam, Ezechielem, Danielem, Δωδεκαπροφήτων. 2. *Elenctica*. Diſputationes adverſus Iudæos, Manetem, Bardiſanem, Marcionem, Hophitas, & impietatem Iuliani. 3. *Didactica*

Digitized by Google

ſtica, tam Leiturgica, quam Philoſophica, ut ſunt Epiſtolæ de fide Eccleſiæ, Carmina, Hymni, officia defunctorum, Appoſitiones (vocales) Alphabethicæ.

G.

Gabriel, Theodori Archiepiſcopi Maru frater, Epiſcopus Hormozdſchir ſcripſit contra Manichæos, Chaldæos, documenta item & elucidationes variarum rerum ex Scripturis quæ, ex eruditorum recenſione, ſunt circiter 300. capita. *Gabriel Aria*, Affinis Mor Iſaaci, Ninevitæ, dedit explicationem Scripturæ *Allegoricam* (דצורתא: hoc enim addendum puto, prout ipſe Ecchellenſis vocem צורת per figuram explicat p. 121.) in loca ſelecta. *Gabriel Bazorenſis* collegit Canones Synodicos in duos Tomos, addito בוחנא examine. *Gabriel Catarienſis* ſcripſit ſermonem de חדיותא unione: ſolutiones quæſtionum de fide. *Gabriel*, Epiſcopus Dasbuckhuſtenſis contexuit quæſtiones, διδασκαλικὰ, diſputationes, paraphraſes, ſcripta conſolatoria. *Georgius*, Catholicus, Laudationes compoſuit, Hymnos, conciones de litanijs, Orationes & Conciones. *Georgio Naſchraitæ* tribuitur liber de obedientia. *Gregorius*, Monachus tractatum compoſuit & Epiſtolas. *Gregorius Schuſchaſtræus* ſcripſit contra omnia falſa numina, conſolatoria, Paraphraſes, Hiſtoriam Abrahami Schuſchaſtræi: Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ librum unum, de cauſis feſtorum: φωνὰς i. e. Cantica; *Parati eſtote in operibus veſtris*: Geometricas demonſtrationes.

H.

Habib, Monachus (Syriacè יחידיא ὁ μόνος ἄγων, aliàs דיריא *clauſtralis*) ſcripſit de regimine, Principijs ſcientiarum, de componendis hymnis & canticis. *Chanono Chadibajo* author celebris, cujus libri מקבלנא *grati, accepti*, commemorantur. 1. *Exegetici*, Commentaria in Geneſin, Iobum, Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum, Δωδεκαπρόφητον, in Marcum & Epiſtolas Paulinas. 2. *Topici*: Explicatio fidei, (ſymbolum fidei, vertit Ecchellenſis) Sacramentorum: Quæſtiones variæ. 3. Leiturgici, de cauſa ſolennitatis Hoſannarum, i. e. τῶν Βαΐων ſive κυριακῆς τῶν Βαΐων, ſive Βαιοφόρου, de quibus *Selden. de* Syned. Heb. lib. III. c. 15. cauſa feriæ ſextæ, aureæ. Preces (Syr. בעותא uſitato termino: quod de *inventione crucis* Ecchellenſis explicat, illud nimis eſt tortum) Hymni. Oratio de ſolennitate Hoſannarum. Cætera, incuria ſcriptorum paulatim neglecta ſunt. *Chanan Ieſchu*, claudus, (neque enim vocem חגירא nomen proprium eſſe puto) dedit. 1. *Theologica*, Gloſſas תורגמא Epiſtolas, conſolationes, Orationes, gratiarum actiones. 2. *Hiſtorica*, ut eſt Hiſtoria Sergij Doudæ. 3. *Philoſophica*, de duabus cauſis intellectus; elucidatio Analyticorum. *Chanan Ieſchu*, Catholicus, ſcripſit Epiſtolas, conſolationes (quo nomine ſcripta Practica ſive Aſcetica commodè intelliguntur) Quinque Tomos vel volumina (פנקן) Gloſſarum, decem Orationes, & quæſtiones. *Hi-*

ba, vid. ſupra Cumi. *Honaim* fil. Iſaaci Medici, author eſt libri de Timore Dei, Grammaticæ & Lexici עסיקתא

E

Iabeb Acbubi ſcripſit Epiſtolas ad Papam Orientis. Ejus diebus ſcripta eſt Epiſtola Occidentalium, qua dignitatem Patriarchalem conceſſerunt Catholico Babylonis (dignitatem autem illam collatam ei fuiſſe, legitur Can. 38. Arabico *concilij Nicæni*) & per Agapetum Elamitam honorificè fuit miſſa. *Iacobus xletia* Commentarium ſcripſit in Proverbia; Diſputationes familiæ Diodori i. e. contra Diodorum; de fide Eccleſiæ. *Iacobi Orrboenſis* i. e. Edeſſeni Annales & Chronica extant. *Aba Iazidad* habentur collectanea. *Ieſchu-dad delch. dructa* illuſtravit N. T. Commentarijs. Scripſit etiam de judicijs. *Ieſchu Iabeb*, Arzunita dedit. 1. *Elenctica* contra Eunomium, & Epiſcopum quendam hæreticum. 2. *Didactica*, quæſtiones &c. de Sacramentis Eccleſiæ, Epiſtolas, Apologiam, & Canones Synodales. *Ieſchu-Iabebi*, Bar Malcun, Zobenſis habentur quæſtiones Grammaticæ, Orationes, Epiſtolæ, Hymni. *Ieſchu-Iabeb*, Gadlitæ, tribuitur Commentarius in Davidem, Epiſtolas, narrationes, Orationes, de rebus varijs. *Ieſchu Iabeb*, *Hadibita*, didactica potiſsimùm & Leiturgica dedit, de converſione mentis, adhortationem ad tyrones, ordinem πίνακος ἐγκυκλίȣ, de Baptiſmo, Expiatione (peccatorum) Eccleſiæ novæ conſecratione, de impoſitione manuum ſingulorum ordinum. Hymnos quoque & Orationes ordinavit, Epiſtolas, diſceptationes, Epiſtolas conſolatorias, diſputationes contra quosdam. Huic etiam ſermonis elegantia vindicatur. *Ieſchu-pbanab*, Catanis, contexuit ſermones hortatorios: Explicationem centuriarum; de Philoſopho Spirituali; Orationes, Gloſſas Epiſtolas, Preces, Hymnos ordine Alphabetico diſpoſitos. *Ieſchu bucbat* dedit tractatum concionum, על הנא כל *de hoc omni*; de capitibus Eccleſiaſticis, ſermones de cognoſcendis aërum qualitatibus. *Mor Ieſchu denach leſabeb de beſro* tres contexuit Tomos Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ; ϖδγαλητικά, Gloſſas, ſermones metricos, expoſitionem Logicam; librum de caſtitate, ubi collegit Hiſtorias omnium ſanctorum, & נצובא Plantatorum. *Interpres Turcorum*, ita quidem appellatur (Syr: מפשקנא דטורכיא) author eſt horti בוסמא *deliciarum*. *Iohannes Azrak*, Hirtenſis, ſcripſit librum Adhortatorium, Directorium, 280. Epiſtolas. *Iohannes Bar-Abgare* dedit Conciones, Exhortationes, Admonitiones, quæſtiones Eccleſiaſticas, deciſiones juris, & de diviſione hæreditatum. *Iohanni Bar chaldus* tribuitur magnum illud volumen, cui nomen גוננא. Item, Pulchritudinis pulchritudinum: Mercatura Monachatus. Ioanni Barchamis Epiſcopo Tamnin, (de qua urbe vide *Smeg, Orient.* p. 252.) Grammatica. *Iohannes Bar Phrangoje* ſeptem ſcripſit Tomos, in quibus Theologica contra falſas Numina (falſam religionem) de ſeptem oculis Domini, de Perfectione. Ejusdem ſunt de erudiendis pueris, Progymnaſmata Rhetoro. Logica, vel Grammatica (מלא) Epiſto-

la

Digitized by Google

ſæ, de quæſtionibus. *Iohannes Bethrabanæus* dedit. 1. *Exegetica* in Exodum, Leviticum, Numeros, Iobum, Ieremiam, Ezechielem, Proverbia, quæſtiones in V. & N. T. 2. *Elenctica* contra Magos, ζητήματα contra judæos, (non, ut *Ecchell.* contra judæorum criminationes) adverſus Hæreticos. 3. *Hiſtorica* de morte Coſroæ, de peſte, quæ contigit Niſibæ, 4. *Leiturgica*: Orationes de ratione precum, hymnis עם מדרשא, Tractatus de componendis carminibus & Hymnis. 5. *Aſcetica*. Epiſtolæ conſolatoriæ. *Iohannes Dalitaus*, Epiſtolas ſcripſit de Vita Monaſtica, alios item libros. *Iohannis Dilumai* ſunt novem ſermones. *Iohannis Eſtionæi* Grammatica. Iohannis Garmakæi, capita ſcientiarum: de inſtitutione tyronum Chronicon. Hiſtoriam Mor. coudæ, cum oratione, & מדרשא colloquiis. *Iohannis Herma* ſermones ligata oratione. *Iohannis Ninivitæ* Tomus diſputationum. *Iohannis zubbai* inſtitutiones Grammaticæ, ſermones ligata oratione: Ioſephus Videns, alter ferè *Origenes*, ut qui nongentos ſcripſit צחחא *tractatus*. Ex quibus ſunt Expoſitio viſionis Ezechielis, Theoria; in qua Methodus eadem, quæ in libro *Theſaurarij*, in quo quæſtiones ſolvuntur abditæ de accidentibus, & caſtigationibus (neſcio cur habeat Ecchell. de defectibus) Liber Mercatoris, Liber enarrationum, Paradiſus Orientalium, ſcriptum, cui immixta Eccleſiaſtica. De cauſis glorioſarum feſtivitatum. Explicatio capitum ſcientiæ, cum expoſitione Dionyſii. Expoſitio viſionis, quam vidit Mor Gregorius, Epiſtolæ de ſublimi regimine vitæ ſolitariæ. *Iſaac Ninevita* ſeptem dedit Tomos de regimine Spiritus, de divinis Myſterijs, de judiciis, & מפרנסנותא Politia.

M.

Mor. Aba, κατ' ἐξοχὴν רבא *magnus*; ſtudia Biblica præ aliis ſtudioſè tractavit. Interpres totius V. T. ex Idiomate Græco in Idioma Syriacum. Commentator in Geneſin, Pſalmos, Proverbia, ad Corinthios duas, & tres eaſdem ſequentes: Epiſtolæ ad Hebræos. Variæ præterea ejuſdem ſunt orationes, Interpretationes & Canones in totum Davidem. Epiſtolæ Synodicæ de ordinandis rebus Eccleſiæ, Canones de regimine, & Conſtitutiones Eccleſiaſticæ. *Mor Atken*, Monachus; dedit דרשא fratris ſapientis, Multas Epiſtolas de regimine, aliiſque. *Morjaheb*, Epiſtolam ſcripſit, quam explicuit Aphni moran, *Moris*, Perſæ, exſtant commentaria in Danielem, Explicatio Epiſtolarum Akaki; Tractatus contra Magos Niſibenicos. *Maruta* Epiſcopus Mephorekétenſis, Medicus peritus. Martyrologium ſcripſit, Hymnos, & cantus Martyrum. Tranſtulit Canones trecentorum octodecim Patrum; totam item Hiſtoriam Synodi illius ſanctæ. *Meſicho zaco*, dedit exactam Hiſtoriam Eccleſiaſticam. *Michaas*, κατ' ἐξοχὴν מלפנא *Doctor*, Commentatus eſt in libros Regum, quinque confecit cauſas judiciorum; Sermonem contra Kontropium Sebar Ieſchu-dalſum &c. *Michael* ſcripſit quæſtiones de figurata elocutione S. Sc. tribus tomis comprehenſas, *Mileſius* Epiſtolas & Orationes diverſas dedit. *Moſes Carachbia* librum

brum edidit de ſuo nomine. *Narſæus*, ex celeberrimis Syrorum ſcriptoribus, Author eſt Commentariorum in Geneſin, Exodum, Leviticum, libros Ioſuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Davidis Ieſajæ, Δωδεκαπροφητῶν, Ieremiæ, Ezechielis, Danielis. Præterea ſunt duodecim Tomi Orationum, quæ ſunt 360. Extant præterea ejusdem Leiturgia de ſacrificio ſacrificiorum: Expoſitio Sacramentorum, Rituale Baptiſmi, Epiſtolæ conſolatoriæ, Gloſſæ variæ, Hymni, Concioncs, adhortationes; liber denique adverſus turpitudinem morum. *Nathanael* & Davidem illuſtravit; & Elencticè ſcripſit contra Surianos, ſeu Iacobitas: Manichæos, Chanathæos, Mandaræos. *Paulus Niſibenſis* etiam in S. Scripturam commentatus eſt; diſputationem adverſus Cæſarem (fortè Coſroem) & varii generis Epiſtolas. *Paulini* ſunt diſputationes & colloquia adverſus בצויא pertinaces, contra Marcionem: De fide & fidelibus. *Publius* duos Scripſit Tractatus περὶ τοῦ ἁγίου (Cœnam Domini intelligit) & Commemoratione.

S.

Schalita Riſch-Ainæus ſcripſit Gloſſas, Epiſtolas Conſolatorias, preces, Conciones, Capita, quæ metricè recitari ſolent ad portam Cancellorum, Capita ſoluta Oratione. Expoſitionem duorum Hymnorum. *Solomon Chalatia*, Baſorenſis author eſt libri, cui nomen דבוריתא *Apis*, alius, de figura Cœli & Terræ, oratiuncularum & precum. *Mor Schalomon*, Epiſcopus Hadethenſis (urbis novæ) ad latus Mauzolæ, Hiſtoriam conſcripſit, & תווחא Monachatus. *Schabiduſtbus*, *Tirhanens*, Orationem dedit de Synodis, Epiſtolis, Canones, oratiunculas, & Gloſſas. *Mor Schabbo lemoran, Saluchita* dedit librum de partibus, de determinatis ſcientiarum principijs, & Epiſtolas. *Sergij* nota ſunt Commentaria in Ieremiam, Ezechielem, Danielem איך יובלא דקדמיא juxta traditionem Antiquorum. *Sergius Raſchinæus* Commentaria conſcripſit in Dialecticam. *Simeon Barukia* author eſt Annalium. *Simeon Bar Zabobo* Epiſtolas contexuit. *Simeon Barzabobo* author Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. *Simeon Curdlabania* Orationes & Gloſſas compoſuit. *Simeon Garmakita* Chronicon Euſebij expoſuit. *Simeon Taibutho* librum dedit de regimine: de ſanitate vel Medicina, explicationem arcanorum cellæ *Surinus* (vel potius *Severinus*) ἐξόχως מפשקנא Commentator, ſcripſit de ſolutione opinionum Hæreticarum, cum collatione Scholaſticorum Græcorum, & demonſtrationibus examinis. *Suſai Schuſchanita* liber de gratiarum actionibus.

T.

Thomas Edeſſenus ſcripſit de cauſa nativitatis & Epiphaniæ, Epiſtolam de componendis Hymnis. Elenchum Aſtrologiæ, diſputationes adverſus Hæreſes, prolixas literas conſolatorias. *Theodorus*, Epiſcopus Maruenſis dedit Commentarium in Davidem, enarravit res geſtas Eugenij & Græcorum: Solutionem decem quæſtionum Sergij, miſcellanea ad inſtantiam Mor Abu Catholici.

Digitized by Google

thollel. *Theodorus Barchuni* vulgavit librum Scholiorum, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, διδασκαλικὰ καὶ παρακλητικά. Turis Monachus unius libri duos dedit Tomos.

Z.

Zachæus Supania ſcripſit admirabilem demonſtrationem de Mundo.

Atque ſic patet, nullum ferè ſtudiorum genus à Syris fuiſſe neglectum. Excoluerunt enim. 1. *Theologica* tam Exegetica, quàm Topica, Didactica, Elenctica, Leiturgica, Aſcetica, Hiſtorica. 2. *Iuridica:* 3. *Philoſophica.*

A. Exegetica vel verborum ſunt in Translationibus, vel rerum in Commentarijs. Ex ijs ſunt Translationes variæ, diſtinctæ ratione qualitatis in in ſimplicem, & figuratam: *authoris*, in eam quæ eſt *Mor Aba*, ex Editione LXX. Virali, *Theodori*, ex fontibus Hebræis: datur & mixta, ex Græca & Hebræa compoſita, de qua *Ecchell.* Notis ad Bibliothec. Ebedeſu, pag. 249. De *Commentarijs* ſupra egimus. Ad *Topicam* referuntur tam *Didactica*, quàm *Elenctica*, & ad *illa* quidem: Ephræmi de fide Eccleſiæ: Expoſitio in Symbolum fidei Hannoni Hadjabojæ: Babæi de unione: Ephræmi Hilamitæ de re fidei: Ebed Ieſchu de confirmatione & veritate, Theologia Ioſue, bar Nun: Paulinus de fide & fidelibus: Gabriel Cataria de unione: Solutiones quæſtionum ſpectantium ad res fidei: Iacobus Cleria de fide Eccleſiæ. Solutiones quæſtionum V. voluminis Theologiæ D. Iſaaci Ninevitæ. Bar Phragoje de ſeptem oculis Domini. Achuchi de emeh de περιχωρήσει Perſonarum: Candij diſputationes, & de fide. Cyriaci expoſitio fidei. Bud Perioditæ Orationes de fide. De ratione interpretandi Abrahami Mahuzitæ. *Elenctica* verò, vel contra falſam religionem agunt in genere ut, Gregorius Suſaſtræus: Ebed Ieſchu, Zobenſis, Liber Scholaſticorum, in quo refutantur omnes hæreſes: Bar chadbeſchabo, Bar Phrangoje: *Diſputationes generales*, Candij, Iohannis Ninevitæ, Gabriel Epiſc: Dasbuchuſt. In *ſpecie* contra. 1. Iudæos, Barzoma, Iohannes, Bethrabanæus. Ephremus, Abraham Barda Schenadad. 2. Marcionem Paulina, Bud Periodita Daniel Riſchaino. 3. Eunomium Ieſchujaheb Arzunita. 4. Manetem & Manichæos, Ephræm, Gabriel, Bud Periodita, Daniel Riſchaino. 5. Magos Ara, Iohannes Bethraban: Magos Niſibenſes Mar Perſa, Achubi deemeh, Bar Schode Carchenſis. 6. Ophitas, Ephræm. 7. Chaldæos, Gabriel, Daniel Roſchaino; contra omnes Hæreticos Daniel Riſchaino, Iohannes Bethrabanæus, Hibas, Thomas Edeſſenus, Timothæus Severianus, Abu Nuch Bar dicxſin duos Tomos. 8. Gentiles, Apoſtatas, contra Iulianum Apoſtatum Ephræm. 9. Philoſophos, Achubi deemeh. 10. Muhammedanos, Abrahamus Beth-alæus: Abu Nuch, Alkoranum refutavit. 11. Iacobitas, Nathanaelis diſceptatio contra Surianos ſeu Iacobitas, Manichæos, Canathæos, Mardanæos. 12. Bardiſanem, Ara, Ephræmus. 13. Phaphronem hæreticum. Bar Duckſin adverſus Phaphronem. Ad hanc claſſem pertinent, Apologetica

Digitized by Google

getica, Ieſchujaheb Arzunitæ, Eliæ Danbar. Tranſlationes veterum ſcriptorum, ut Dionyſij Areopagitæ, & Commentaria in ea, ut Darenſis in eundem. *Leiturgica*, quo pertinent. 1. Leiturgiæ Iacobi Niſibenſis, Gregorij Theologi, Iohannis Maronis, Patriarchæ Antiocheni, alterius Iohannis Patriarchæ Antiocheni, Euſtathij item Patriarchæ Antiocheni, Moſis Bar Cephæ, Iacobi Edeſſeni, Philoxeni, Eleazari Epiſcopi Babylonis, Marutæ Epiſcopi Tagritenſis, Thomæ Giarmachitæ, Matthæi Paſtoris, Iohannis Bar Suſan, Theodoreti, Diodori, Narſis, Bar Zomæ. 2. Officia defunctorum, Ephræmi, &c. *Officia defunctorum* (ita Ecchell. loquitur Not. ad Eb. Ieſ. pag. 165.) *conſtant Orationibus, Pſalmis, Hymnis, Precibus, Paræmijs, Lectionibus, Abſolutionibus, & ejusmodi alijs. Varia ſunt quoque hæc officia, juxta varios ordines & gradus defunctorum. Alia enim ſunt Epiſcoporum, alia Presbyterorum, alia Diaconorum & inferiorum Ordinum, alia Monachorum, alia Monialium, alia virorum, alia mulierum, alia virginum. Ex quibus omnibus ampliſſima ſeſe offert ſeges & materia convincendi pervicacitatis eos, qui Purgatorium inficiantur, & tanquam aliquid nuperrime ab Romana Eccleſia excogitatum inſectantur, & nauſeant, cùm tamen nihil hac de re ab Romana Eccleſia nunc aſſeratur, quod in D. Ephrem hiſce officijs non occurrit, ſive ſpectet id ad purgatorium ignem, ſive ad remiſſionem delictorum poſt ipſam animæ hinc migrationem. Utrumque ex hoc uno hymno (ut infinitos alios omittam) qui in omnibus defunctorum exequijs occini ſolet, pleniſſimè conſtat:* Ros miſericordiarum, qui à Patre miſſus eſt, & aſperſit pueros in fornace Babylonicorum, ipſemet roret ſuper defunctos in foveis triſtibus inferni, & condonet delicta ſervorum ſuorum, qui obdormierunt ſuper ſpe illius, & hæredes conſtituat eos vitæ novæ, quę non deficit. *Idem habetur in Hymno, qui canitur in ipſo Miſſæ defunctorum exordio, qui eſt ejusmodi:* Impetum ignis & flammæ diſſipa Domine Clementia tua à defunctis, qui in te crediderunt, & obdormiverunt, & quieverunt in ſpe tua. Et pag. 174. *Certiſſimum id eſt, ut de ipſa re agamus, de nomine nihil curantes, eo tendunt omnia defunctorum officia, eo Leiturgia, eo Eleemoſyna & ſuffragia non ſolùm fidelium, ſed & infidelium ipſa Natura inſtinctu impellente.* Pergit deinde ad exempla Iudæorum & Muhammedanorum. Hæc author, ad probandum Purgatorium fictitium. Sed fruſtra. Nam 1. certum eſt Eccleſias Orientales, Melciticas præſertim ſive Ortho-

Orthodoxas Purgatorium, quale ſomniarunt Latini, planè ignorare. 2. Preces vivorum pro defunctis non eſſe liberatorias ex purgatorio præſenti, ſed deprecatorias à pœna futura. Officium charitatis flagitare credebant, de defunctis bene ſperare, eosdem gratiæ Dei in Chriſto commendare, & beatam ἀναβίωσιν ſeu reſurrectionem optare. 3. Atque huc tendit uterque locus. Ephræmus defunctos & in abditis ſepulchri foveis abſconditos precibus commendat: Purgatorij nuſpiam meminit. חוא כמירא דשיול non ſunt triſtes foveæ inferni, ſed ſepulchri, prout Iſa bar Ali in Lexico ſuo vocat חוא דארעא *profunditates terræ*. Impetus ignis, non purgatorius eſt, ſed infernalis. Ab hoc liberari voluit pie & in fide defunctos; non quòd damnari tales poſſent, ſed ut charitatis ille officium impleret. 4. Iudæos & Muhammedanos Adverſarijs non invidemus. Fatemur potius, miſeros illos de alijs purgandi & luſtrandi ſubſidijs cogitare, quod pretium ſanguinis Chriſti, *qui nos purgat ab omni peccato*, ignorant. Obiter hæc monere volui, ut pateat, quàm parùm in receſſu habeant illa etiam ex Antiquitate Orientali argumenta & teſtimonia, quæ pro incruſtandis erroribus Eccleſia Romana afferre ſolet. Si quid uſpiam in Syrorum occurriſſet ſcriptis, quod cauſam eorum juvare potuiſſet, non credo Marocitam neglecturum. Sed in viam redeundum. Ad *Leiturgica* pertinent, quæ agunt. 1. De *ſacramentis* in genere: Cyriaci, Narſæi, Hannani Hadjaboiæ explicationes Sacramentorum, Ieſchu Iahebi Arzunitæ quæſtiones 22. de Sacramentis Eccleſiæ: Iſaaci Ninevitæ de myſterijs divinis. Eliæ Bar chnuſch de Sacramentis Eccleſiæ. In *ſpecie de Baptiſmo*, Rituale Baptiſmi Narſæi, Ieſchu Iahebi Hadilitæ de Baptiſmo. De *cœna Domini*, Narſæi Leiturgia Sacrificij Sacrificiorum: Publij duo libri περὶ τῶν ἁγίων. 2. de *ordinibus Miniſterij Eccleſiaſtici*. Abraham Bar-lipheh expoſitio officiorum ſeu miniſteriorum Eccleſiaſticorum. Ieſchu Bar Nun de diſtinctione & diſcrimine officiorum: Ebed Ieſchu Bar Babariz de impoſitione manuum: Rituale de ordinibus manuum impoſitionis Cypriani Niſibenſis, & Ieſchu Iahebi Hadilitæ, & de conſecratione Eccleſiæ. 3. *Variæ conſtitutiones Eccleſiaſticæ*, quales ſunt Simeonis & Ieſu Buchat, Metropolitanorum Perſidis: Ebed Ieſu & Georgij Metropolitanorum Aſſyriæ; duo Tomi, quos congeſſit Gabriel Metropolita Baſorenſis; alia Eliæ Catholici antiquioris, quatuor Eliæ Sobenſis, cognomento Barſchaojo. Canones de regimine, & conſtitutiones Eccleſiaſticæ Mor. Abæ: Timotheus de judicijs Eccleſiaſticis, & Epiſtola Synodica: Dencha de judicijs Eccleſiaſticis. Explicatio arcanorum Cellæ Simeonis Taibuthæ. 4. De *feſtis*. Cyriaci de cauſa nativitatis & Epiphaniæ. Georgij Schuſchuſtræi de cauſis feſtorum. De cauſa ſolennitatis Hoſannarum, cauſa ſextæ feriæ aureæ, de ſolennitate Hoſannarum Hannani Hadjobitæ: Thomæ Edeſſeni de cauſa nativitatis & Epiphaniæ. Babai magnus de cauſis Hoſannarum, cauſa ſolennitatis crucis. Liber in quo recenſentur ordine triumphi circulares B. M. Virginis, Iohannis ac reliquorum

ſolennitatum & commemorationum. Ioſephi Videntis de cauſis glorioſarum feſtivitatum. Abrahami Mahazitæ de cauſis omnium feſtorum.

Aſcetica. Sequuntur varia *Aſcetica*, ut ſunt 1. de *Vita ſolitaria* Babai Canones, de Monachis; Ioſephus Videns de regimine Monachatus. Iohannes Dalita de via religioſa, Azor Atken Epiſtola de regimine. Iohannes Bar Kaldun de mercatura ſeu negotiatione Monachatus: Beh Ieſchu de ſtatu Monachali. Solomonis Hadathenſis de pænitentia Monachali. 2. Variæ *adhortationes*, *exhortationes*. Adhortationes Ephræmi, Narſæi, Iohannis Azrach Hirtenſis, Akeb Schemo, Abraham bar deſchendad. 3. De πολιτείᾳ *christiana*, *regimine*, *via regia*. Meditationes de regimine, *Habibi* Monachi, Barzomæ Charchæi, Simeonis Taibuthæ; Abrahami bar deſchendad de via regia. Dod Ieſchu de moribus, de ſilentio & regimine Spiritus. Iſaac Ninevita de regimine Spirituali: Balai Niſibenſis de bonis moribus. Adverſus turpitudinem morum Narſæi; De perfectione Bar-Phragoje. 4. De *precibus*. Preces Eliæ tertij, Solomonis Chalatiæ, Schalitæ Riſch-Ainæi. Epiſcopi, de ratione precum Iohannis Beth-rabapæi, 5. *De jejunijs*, Ioſephi Videntis de jejuniorum præſtantia. 6. *pænitentia*, & converſione Ieſchu jaheb Hadibitæ de converſione mentis & cogitationum, Abrahami bar deſchendad orationes de pænitentia. 7 De alijs *virtutibus*, *Timore Dei*, Honanin fil. Iſaaci; *Caſtitate* Ieſchu denach lejaheb beſro; *obedientia* Georgij Naſræi. 8. *Conſolatoria*. Epiſtolæ conſolatoriæ Narſæi, Barzomæ, Iohannis Beth Rabaçi. Thomæ Edeſſeni, Ieſchu Iahebi Hadibitæ Eliæ Maruenſis. Hanan Ieſchu Claudi & Catholici, Ieſchu bar *Nun*, Abrahami Mahazitæ, Bar Zoma, Charchenſis, Danielis Tobonitæ, Denchæ, Schalitæ, Riſchainæi Epiſcopi: Akeb Schemo, Bar Daknani Orationes ligatæ ad mœſtos. Epiſtolæ conſolatoriæ Gabrielis Epiſcopi Dasbuchuſt, Ebed Ieſchu Zobenſis, Ieſchu denach lejaheb beſro, Theodori Barchuni, Abrahami Bar Kadache, Georgij Suſaſtrei, Eliæ Danbar. Orationes Conſolatoriæ Enoſchi Pheruz-Schabor.

Eccleſiaſtica. *Eccleſiaſtica*, quæ Concionum vel materiam, vel formam præbeant, pauca extant. Puto veteres Syros, lucubrationibus Ephræmi tantum detuliſſe, ut publicè illæ legerentur: pro ut conſtat, hodiernos Græcos & Moſcovitas Chryſoſtomi libentius Homilias reverenter prælegere, quam novum meditationis laborem in ſe ſuſcipere velle. Extant tamen conciones Narſæi, Georgij Catholici: Eliæ Metropolitæ de doctrina lectionum totius Evangelij.

Hiſtorica. Ad *Hiſtorica* accedimus, quæ ſtudia Syris curæ fuiſſe, patet manifeſtè ex ſcriptis eorum tum generalibus, tum etiam ſpecialibus. Ad *generalia* pertinent ſcripta Georgij Schuſchaſtrei, Eliæ Bar-Schanio, exactiſsima Hiſtoria Eccleſiaſtica Eliæ Maruenſis, Bar chad beſchabo, Babai Niſibenſis, Ioſephi Videntis miſcellanea de Hiſtoria Eccleſiaſtica, Ieſchu denach lejaheb debeſro Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tomi tres, Theodori Barchuni; Iohannis Garmekis

Digitized by Google

Chronicon breve: Hiſtoria Solomonis Epiſcopi Hadathæ, Simeonis bar Taboche Hiſtoria Eccleſiaſtica: Meſchich Zaco Hiſtoria exactiſsima, Barſchode Charchenſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri tres, Iacobi Edeſſeni Annales & Chronicon. Annales Simeonis Barachiæ. Danielis Bar-Mariam Tomi quatuor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ: Liber item expoſitionis Chronici, Simeonis Garmaxitæ commentaria in Chronicon Euſebij. *Speciales* Hiſtoriæ ſunt. 1. *Synodorum*. Gabriel Bazorenſis conſcripſit omnium Synodorum Canones, duobus Tomis, cum examine: Epitome Canonum Synodalium Ebed Ieſu: Synodi Orientalium Barzomæ, Iſaaci, Mor. Abæ Ezechielis, Ioſephi & Ieſujab: Synodus Timothei, Ioſue bar Nun, & Iohannis: Synodi Occidentalium Apoſtolorum, Nicæna, Byzantina, Gangrenſis, Epheſina, Chalcedonenſis & Antiochena. Maruta Epiſcopus Mephareket tranſtulit Canones Patrum CCCXVIII. & conſcripſit totam Hiſtoriam illius Sanctæ Synodi. Hic, poſt D. Iacobum Niſibenſem, qui eidem Concilio interfuit, ſuam Syris novam tradidit Canonum & Conſtitutionum Verſionem, una cum Actis & Hiſtoria, quæ omnia hactenus Syris, Arabibus, aliiſque Nationibus Orientalibus extant integra. Ieſchu Iabb Gadlitæ Canones Synodales. Theodori res geſtæ Gregorij & Græcorum, Schehaduſeth Oratio de Synodis. 2. *Martyrologia*, quale eſt Marutæ. 3. De *Sanctis* Ieſchu denach leſaheb beſro collegit Hiſtorias omnium Sanctorum & Fundatorum. 4. De *ſingularibus* vel *perſonis*, vel *caſibus*, ut de morte Coſroës, & peſte Niſibenſi Iohannis Beth rabanæi, de cauſa Diodori, Bar-chad beſchabo, Hiſtoria Diodoritarum Babæi: Ejusdem de Matthæo Meſcianiono, Abrahamo Niſibenſi, de Gabriele Cataria, Hiſtoria Mor Choudæ, Iohannis Garmaexiæ.

Iura etiam excoluerunt Syri. Vnde cauſæ judiciorum Abrahami Bethraba- Iuridica
næi, Iſaaci Ninevitæ de judiciis, & Politia: Eliæ Metropolitæ de cauſa judiciorum. Abbas, fil. Berich Zebioneh de Magiſtratibus: Deciſiones judiciorum & cauſarum Ioſuæ, bar Nun. Eliſæus Commentator de cauſa judiciorum & teſtium. Ebed Ieſchu bar Bahariz deciſiones hæreditatum, Bar Abgore judicia, & de hæreditatum diviſione. Eliæ antiqui deciſiones judiciorum: Iudicia ſeu ſtatuta Imperatorum Græcorum Conſtantini, Leonis, & Theodoſii Magni. Medica.

Medicos Syria plures habuit: ſed paucos, qui ſcriptis inclaruerint Medicis. Ita memoratur ſcriptum Simeonis Taibutæ de Medicina.

Aramæis ſubtiles fuiſſe *philoſophos*, & eos, quidem, qui Philoſophiâ ſua Philoſo-
ipſam etiam infecerunt Theologiam, adeóque Loquentium Sectæ, Theologiæ phica.
Scholaſticæ viam ſtruxiſſe, alibi, ex [a] *Majmonide*, monuimus. In hoc autem ſtudio alij in *vertendo* occupati fuerunt, alij in *componendo*. Ex *tranſlatoribus* quidam occurrunt in *Bibliotheca* noſtra Orientali pag. 217. &c. Addi poſſunt Hiba, Cumi, & Pharuba: Interpretes Ariſtotelici: Ex Indico ſermone Bud Periodita vertit *Calaileb* & *Damneh*. Inter συγγραμματεῖς alij de 1. *generalibus* Philoſohiæ princi-

[a] Hiſtor. Oriental. lib. 2. c. 6 pag. 346.

Digitized by Google

principiis ſcripſerunt: Ita Ebed Ieſchu Zobenſis, eſt liber Arcanorum Philoſophiæ Græcorum, ejusdem Orationes XII. continentes omnes ſcientias: Achuhi deemeh definitiones variarum rerum: alii de 2. *Logicis*: Sergius Riſch-Ainæus Commentaria ſcripſit in Dialecticam: Chanan-Ieſchu elucidatio eſt Analyticorum. Abbatis Caſcariæ elucidatio in totam Dialecticam Ariſtotelis. Dencha itidem Ariſtotelis Dialecticam explicuit. Scripſit & Achuhi deemeh Dialectica, Ebed Ieſchu, Bar Akre de cauſis. Extat & Ieſchu denach Iejaheb debeſro expoſitio in Dialecticam: 3. *Orationes* magno numero apud Syros habentur, Danielis Tobonitæ, Schehaduſeth, Babai Niſibenſis, Iohannis Delamitæ Orationes novem: Damnis, Eliæ bar Chnuſch, Eliæ Bar Schanjo, Ieſchuja-Iaheb Bar Malcun, Solomonis Chalatiæ, Ebed Ieſu Orationes de varijs rebus, Meleſij, Barzomæ, Iohannis Bethrabanæi, Mar-Abæ. 4. *Epiſtolicum* cumprimis ſcribendi genere Syri multum fuerunt delectati: Hinc extant Epiſtolæ Simeonis Bar Zabohe, Acacij, Mileſij, Bar-Zomæ, Pauli Niſibenſis, Dod Ieſchaſchu Iaheb Gadlitæ, Arzunitæ & Hadibitæ, Georgij Catholici, Hanan-Ieſchu claudi & Catholici, Abbatis Caſcaniæ, Timothei (ducentæ) Ioſuæ bar Nun, Abrahami Bazorenſis Metropolitæ Schehaduſethi, Babai Niſibenſis, Iohannis Azao Hirtenſis (280.) una Mariaba, cum commento Aphni Moran, Schabhos Iemoran, magnæ utilitatis: Bar-Phrangoje, Gregorij Monachi, Akeb Schemo, Abraham bar de Schendad de varijs rebus, Abraham bar Kadoche, Eliæ Bar Schanjo omnis generis, Syriacæ & Arabicæ. Ebed Ieſu Zobenſis Epiſtolæ variæ, Ejusdem explicatio Epiſtolę Ariſtotelis, quam ad Alexandrum, de magna arte, ſcripſit. Epiſtolæ Eliæ tertij, & aliæ plus quam ducentæ anonymi. Ad Rhetoricā etiam referimus ſermones *Eucharisticos*, quibus aguntur gratię, Hanan Ieſchu claudi, Eliſæi comentatoris, Bar Zoma Carchenſis, Danielis Tobonitæ, Suſai Schuſchanitę. *Phyſicis* anumerari poſſunt libri, Achuhi deemeh, an voluntas habeat poteſtatem in Naturam, de Anima, de homine Microcoſmo, Ieſchu Buchat de dignoſcendis aerum qualitatibus: Zachæi Supania admirabilis demonſtratio, de Mundo. Emanuelis Doctoris Hexaemeron, Moſis bar Cepha de Paradiſo, *Metaphyſicæ* inſerviunt, ſcripta Danielis Toubonitæ, Chabibi Monachi, explicationes Principiorum ſcientię, Schaboho Iemoran de determinatis ſcientiarum Principijs. Ad *Matheſin* ſpectant, Georgij Schuſchaſtræi demonſtrationes Geometricę, Davidis Beth-Rabanęi de metiendis climatibus, de variatione dierum & noctium, Solomonis Chalitia de Figura Cœli & Terrę: Solutio Aſtrologię Thomę Edeſſeni, Liber Planetarum Timothei. Bibliothecam *Grammaticam* juvant, ſcripta Grammatica Honaini, Iohannis Eſtunojo, Eliæ antiqui, & Eliæ Bar Schanjo, Ieſchujaheb Bar Malcun, Iohannis Zuhbæi, inſtitutiones Grammaticæ: Orationes de literis Alphabethi Aphraheti: Hanun Ieſchu de variatione & diſtinctione lectionis: Andreæ de ratione punctandi: Ephræmi magni *Appoſitiones* Alphabethi, hoc nomine veniunt duo puncta, quæ modò ſuprà, modò infra, modo hinc inde appoſita literis, vocalium ſupplent vices. Id

quod

quod acceptum ferendum Ephræmo Syri quidem tradunt; puto tamen antiquius hoc ſubſidium punctandi Orientalibus, Syris & Arabibus, fuiſſe. Arabes certè antiquiſsimi, etiam in *cuficis* monumentis, ejusmodi puncta admittunt. Vt non ſatis firmiter ex hoc principio, cum alijs quibusdam Syris, *Ecchellenſis* argumentètur pro punctorum vocalium apud Syros novitate. Ephræmo tribuit inventum Punctorum ſupra memoratorum; quæ tamen Arabibus antiquiſſimis etiam erant, eadem figura, recepta; & Theophilo Edeſſeno, Maronitæ, Principi Aſtrologorum Almohdi, Babylonis Chaliphæ, vocales à Græcis mutuatas, non longè poſt Muhammediſmi exortum. Mortuum enim Theophilum ſcribit Gregorius, Bar. Hebræus, anno Hegiræ 169. Literarum Syriacarum originem ad Solomonem quidam referunt. Sed de his aliâs. Ad hanc claſſem pertinent Andreas de ratione punctandi, Hanan Ieſchu de variatione & diſtinctione lectionis. *Lexica* notiſsima, inter ipſos Syros, ſunt, Honanini, fil. Iſaaci Lexicon compendioſum; Lexicon copioſum & locuples Bar. bahluli ex Ieſu bar Ali, Maruzita, Gabriele: Abrahami Bazorenſis Metrop. liber de explicatione verborum obſcuriorum Theodori Commentatoris; Chanan. Ieſchu Epiſcopi vocabularium: Iohannis Bar Phrangoje Progymnaſmata in vocabula. *Ænigmata* ſcripſit Akeb Schemo, Eliſæus Barſabita: *proverbia* Akeb Schemo; *Parabolas* Eliſæus Barſalita. *Poeſin* & *Muſicam* Orientales præ cæteris amârunt & de *Syrorum* quidem affectu in ſtudium *Muſicum* legi poſſunt, quæ habet [a] *Sozomenus* & alij. Vnde & in hoc genere literaturæ multa Syrorum extant monumenta, ut ſunt *Cantica* Ephræmi, quorum & Sozomenus meminit, Georgij Schuſchaſtræi. *Hymni* Marutæ, Jeſchujaheb Hadilitæ, Catholici, Babai Niſibenſis Narſai: Ieſchujahebi Bar Malcun: De *compendijs carminibus* & *Hymnis*, Iohannis Bethrabanæi, Thomæ Beth Rabanæi, Habibi Monachi; De uſu Pſalmorum Eliæ Bar Chnuſchi; De *virtute Hymnorum* Ioſue bar Nun; Schalitæ Riſchainæi Epiſcopi; Expoſitio duorum Hymnorum, Capita, quæ metro decantabantur ad portas Cancellorum. Sed & *carmine* certârunt Syri. Habentur enim Ieſchu denach Iejaheb de beſro ſermones metrici. Olim Danbar tres Tomos carminum compoſuit, Iohannes Zuhbi ſermones Oratione ligata; Ebed Ieſu Zobenſis Paradiſum voluptatis, carminicè. De *Scholaſtica* in genere, & *παίδων ἀγωγῇ*; ſunt, Iohannes Bar Phrangoje de erudiendis pueris, Iohannes Garmakia de inſtitutione tyronum. *Quæſtionum* titulus ut Orienti non ignotus, ita & in Syria fuit receptus. Vnde Abrahami Catinæ de varijs quæſtionibus, variæ quæſtiones Abrahami Salæ, Abzudi Scholiaſtæ demonſtrationes de variis rebus ordine Alphabethico, Gabrielis Epiſcopi Daſchbuchuſt quæſtiones; Ieſchujaheb, bar Malcun Zobenſis quæſtiones. Solutiones quæſtionum difficiliorum, ænigmatum, capitum & Parabolarum Ebed Ieſchu Zobenſis. Ex his omnibus pauciſsima typis ſunt vulgata ea nempe quæ ſupra jam citavimus,

Hh 3 quibus

[a] Not. Catal. p. 1. Eb. Ieſ. pag. 177. Conf. p. 180, 226. [b] Eccleſ. Hiſt. l. 3. 15.

quibus addi, poſſunt, quę *Maſius*, Moſi Bar Cephę (quem imperite *Margarinus Bignæus*, in ſecunda Editione Bibliothecæ Patrum cum *Moſe Mardeno*, ſive *Meredinæo* confudit) adjunxit. 1. *Baſilij Cæſarienſis* Leiturgia ex Syriaco tranſlata. 2. *Profeſsiones fidei duæ*, altera Moſis Mardeni Iacobitæ, altera Sulacę ſive Siud Neſtoriani, deſignati Patriarchę Neſtorianorum. 3. *Epiſtolæ duæ* populi Neſtoriani ad Pontificem, altera Seleucię Parthorum, altera Hieroſolymis ſcripta. 4. Moſis Mardeni *Theologica contemplatio* de S.S. Trinitate, ab ipſo ſcripta 1552.

CAPUT. III.

DE SCRIPTORIBVS ARAbicis.

1. Eccleſiæ Arabicæ antiquitas. 2. Varia Arabum ſcripta; ſed ἀνέκδοτα ferè omnia. 3. Paucorum, quæ edita ſunt, nomina. 4. Methodus Proſopographica Arabum exemplis quibusdam ex Leone Africano, propoſita.

De Antiquitate Eccleſiarum Arabicarum ipſæ nos Sacræ Literæ dubitare non ſinunt. De ijs enim textus ſunt luculenti ſatis *Gal.* 1.v.17. Coll. *Act* 9.v.26. qui Paulum in Arabia diu ſatis fuiſſe moratum, ut Eccleſias plantaret, docent. Quis verò Eccleſiarum illarum fuerit ſtatus ad ortum usque Muhammediſmi & deinceps id verò breviter in noſtra *Topographia* Eccleſiaſtica monſtratum eſt. Scriptorum Eccleſiaſticorum, de quibus jam potiſſimum ſumus ſoliciti, Catalogum abſolutum à nobis nemo expectet: Aliquid tentavimus in Bibliotheca noſtra *Orientali*; plura erant in promtu, ſed alijs impediti occupationibus differre operam illam coacti fuimus. πρόγευμα jam dabimus ex *Leone Africano*, ubi eorum, qui lucem aſpexerunt per typos Chalcographicos, præmiſerimus nomina. Pauciſsimi autem hactenus prodierunt, ex quibus. 1 Celeberrimus ille Patriarcha Alexandrinus, *Batricides*, cujus ſpecimen ſub nomine Originum Eccleſiæ Alexandrinæ an. Chr. 1642. per *Seldenum* vulgari vix poterat, *Petavij* mox & *Ecchellenſis* Maronitæ Cenſuram, ſed non impune [a] experiri debuit. Laborant, fateor, Syri & Arabes, Chriſtiani

[a] Vid. Præfat. Seld. in Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptores Antiquos p. 7.

Digitized by Google

ſtiani etiam, hoc nævo, quòd *κινηθέμενοι ταῖς ἀκοαῖς*, nimia ſæpe peccent credulitate. Placent plura, quàm veritas admittat. Sed ſi propterea *Petavio* diſplicent, quod fabulæ mixtæ ſint Hiſtorijs; quid de plerisque ſuperiorum aliquot ſeculorum, *Sermologorum*, *Homiliariorum* &c. futurum eſt fide? Fabuloſis commentis plus eſt indultum Romæ, quàm quæ Orienti hanc exprobare debeat mercem. Præter hunc authorem *Erpenius* alteram *Hiſtoriæ Eccleſiaſtico-Saracenicæ* partem *Elmacini*, edidit; priorem, ab initio Mundi, poſsideo, *ἀνέκδοτον, καὶ ἀνερμήνευτον*. *Pocokio* fragmentum *Gregorij Abulfaraij* debemus, cum exquiſitiſsimis notis. *Abrahamus Ecchellenſis*, Maronita, Chronicon Orientale edidit; cujus exemplar eſt *ἀνώνυμον*: authorem tamen fuiſſe quendam *filium Monachi*, ex prima parte Chronici *Georgij Homaidi* planè colligitur. Eundem fuiſſe *Ægyptium Cophitam*, ſtylus indicant; numeri ac Patriarcharum Gentis vitæ, quorum, pro Dioſcoriana ſecta, certamina ac labores celebrat. Argumenta tractatus ſunt. 1. *De ætatibus Patriarcharum.* 2. *De judicibus filiorum Iſraël.* 3. *De Regibus duodecim tribuum.* 4. *De Regibus Juda, & Regibus Iſraël.* 5. *De Regibus poſt captivitatem.* 6. *Hiſtoria Machabæorum.* id eſt, Mœrentium. 7. *De Imperatoribus Romanis, déque Regibus Herodianis.* 8. *Jeſu Chriſti Nativitas.* 9. *De Excidio Templi & urbis Hieroſolymitanæ.* 10. *De numero eorum, qui mortui ſunt ex Judæis, ſpatio obſidionis; itémque de numero eorum, qui interfecti ſunt, & in captivitatem ducti præter eos, quos ſecuritate donavit Titus.* 11. *De Moſelmannorum Imperio.* 12. *De Chaliphis Omnyiis.* 13. *De Chaliphis Habbaſsidis.* 14. *De Chaliphis Ægypti ſeu Phatemitis.* 15. *De Chaliphis Ajubitis.* 16. *Hiſtoria Patriarcharum Cophitarum Alexandriæ.* In magna Bibliotheca veterum Patrum extat *Leiturgia*, ex Arabico verſa à Victorio Scialagh, Accurenſi, Maronita. Præter hos ſcriptores Eccleſiaſticos, nulli, quod ſciam vel translati, vel editi ſunt ex locupletiſsimo Arabum penu. Nos, ad Hiſtoriæ Patriarchalis telam pertexendam in *Smegmate* noſtro *Orientali* Batricidem (ut cujus priorem partem ab initio Mundi ad Nativitatem Chriſti jam ante plures annos tranſtulimus) & *Elmacinum* adhibuimus, eaque omnia, quæ ſcopo noſtro videbantur inſervire, Latinitate donavimus. *Iohannes Leo*, Africanus, vitam unius atque alterius Scriptoris Chriſtiani Arabici recenſuit. Mſc. eſt opuſculum, quo & aliorum quorundam, tam Iudæorum, quàm Muhammedanorum Doctorum Proſopographiæ exhibentur, quas, quia ab amico nobis ex Italia illæ ſunt ablatæ, neque, quod ſciam, hactenus editæ, in *φιλοβίβλων* gratiam, man-

tiſſa

tiſſæ loco, huic capiti ſubnectam; additis, ubi opus eſt, notis vel confirmantibus, vel illuſtrantibus. Alibi etiam haberi Mſc. codicem ex ijs colligo, quem habet *Voſsius* de Philoſoph. pag. 111. coll. 114. Sed typis hactenus vulgatum, nuſpiam obſervavi.

DE VIRIS QVIBVSDAM ILLVSTRIbus apud Arabes, per Iohannem [a] Leonem Affricanum ex ea Lingua in maternam traductis:

Et prius dicetur,

De b Meſuach Calipha Medico.

IOanna, filius *Meſuach*, fuit natione Chaldæus, & fide Chriſtianus Neſtorianorum ſecta; natúſque eſt in quadam villa, Ninive propinqua. Exivit de Patria ſua ad Civitatem *Bagdad*, ut inveniret eorum [c] *Patriarcham*, ab eóque volebat fieri Clericus. Cùm igitur introiret civitatem prædictam, videbatur ſibi novum inveniſſe Mundum, cùm multos Chriſticolas, Muhamedanóſque *liberalibus artibus* operàm dantes animadverteret; qui tunc decrevit ſtudij gratiâ ibi conſiſtere. Cognoſcebat enim, vile eſſe in propria morari Patria, ob ſuæ gentis ſimplicitatem. Eóque illic moratus eſt brevi tempore, addiſcens quicquid floruit in Medicina, Philoſophia, & Aſtrologia. Hoc tempore Aaron *Raſid*, Calipha (vigeſimus tertius non nominis, ſed à Pontificum principio) Muhamedanus volebat tunc mittere filium [d] ſuum in Locumtenentem, atque Legatum ad Chorazanûm. Provincia quidem maxima, & civilis eo tempore extitit, plena divitiis, hominibusque ſapien-

[a] *Geſner*, in Biblioth. Scripſit de Lege Mahumetana; Epitomen Chronicæ Mahumetanæ, ut ipſe teſtatur. Nos hic tertium addimus, niſi forte ſub altero intelligatur. [b] Vitioſa eſt inſcriptio: pro Meſua Medicus, ſub Chalipha Reſchido. [c] De hoc Patriarcha ſive Metropolita.† [d] Sub hoc enim Almamone literas potiſsimùm floruiſſe, diximus Hiſt. Eccleſ. Sec. 9 p. 645. 654. Analect. pag. 248.

† Vid. Chorograph. ... Orient. p. 271.

ſapientiſſimis, cui filio nomen erat *Ebdullach*, cognomine *Mamon*. Cùm autem dictus *Mamon* vellet diſcedere, præcipit ei frater ſuus, ut ſecum duceret homines virtutibus deditos. Tunc *Mamon* vocavit Secretarium ſuum, ut tales homines inquireret, ſtipendiáque eis deſtinaret ſecundùm eorum ſufficientiam: adeóque plurimi homines tum in una ſcientia, tum in alia ducti ſunt diverſarum, & regionum & linguarum. *Nam aliqui eorum literis Græcis ſtudebant; alij Perſicis, nonnulli verò Chaldaicis literis operam dederant.* Cúmque Conſiliarius, ſive Oeconomus ingentem numerum Gentium vidiſſet, dixit Domino ſuo: Domine mi, hæc nunquam gens conveniet ob eorum diverſitatem morum, linguarum, ſcientiarum, & fidei. Si excellentia veſtra unum voluerit hominem, qui hæc omnia adipiſcatur, ego inveniam. *Reſpondit* Mamon, non ſine admiratione: Si hoc erit poſſibile, facito. Tunc œconomus prædictus convocavit hunc *Joannam*, filium Meſuach, ſibi notum, & familiariſſimum, eúmque ante *Almamonem* duxit. Quando autem ingreſſus eſt ad Mamonem, ſalutavit eum, tanquam Virum circumſpectum, prudentem, & ſapientem: de eóque periculum fecit. Mamon, atque invenit eum hominem ſcientiarum plenum; & ut dicam, *ſufficientiſſimum*; tunc Mamon honoravit ipſum, præcepítque, ut ei providerentur neceſſaria pro itinere eo; ſic ſecum ivit ad Chorazanum. Haron autem Raſid, Calipha, hoc novum intelligens, ductum iri juſſit ad ſe filium: *Quomodo Chriſtianum hunc in curia tenes tua, & ſuffers?* Reſpondit Mamon: Pater mi Reverende, *mecum enim eum in Cappellanum non duxi, ſed in artificem, & Excellentia veſtra videt, quòd major pars artificum in ſtatu veſtro Chriſtiani ſunt, & Judæi*, textores videlicet, tonſores, ſutores, & hujuſmodi. Tunc Raſid tacuit. Poſt mortem verò Raſid electus fuit filius major natu in Caliphan, cui nomen erat *Elamin*, homo quidem Idiota, & mali regiminis;

Digitized by Google

adeóque populus Bagdad, atque regni Principes ad prædi-ctum legaverunt *Mamonem*, ut veniret ipſe ad Bagdad; dicentes; Frater tuus talem non meretur dignitatem. Tunc *Mamon* receſſit ex Chorazano, magno comitante exercitu, bre-víque pervenit ad Bagdad; ibíque ſex menſibus obſedit; qua obſidione in eam ingreſſus eſt, & Elamin eo impetu interfe-ctus eſt, & tunc *Mamon* deſiderio immortali deſiderabat *intelligere antiquorum ſcientias*, quoniam tunc nulla erat ſcientia Arabicè deſcripta; adeóque dictus *Mamon congregavit ingentem numerum Doctorum diverſarum linguarum, & interrogavit Auctorum nomina, atque librorum, quæ ſcripta fuerunt in artibus lingua Græca, Perſica, Chaldæa, atque AEgyptia, adeóque multa eorum nominata ſunt volumina.* Miſit tunc multos ex familiaribus ſuis in *Syriam, Armeniam*, atque *AEgyptum*, ut illos emerent libros, de quibus ſarcinas infinitas & tulerunt, & conduxerunt. Tunc ſegregati ſunt boni, & utiles, ſicut in Medicina, in Phyſica, in Aſtronomia, in Muſica, in Coſmographia, & Chronica, deſcriptis, & poſuit ſupra traductionem *Linguæ Græcæ* Joannem, filium Meſuah prædictum, quoniam in illo tempore *Chriſticolæ Græcis ſtudebant literis.* Pòſuit etiam ſupra traductionem Græcam alios quàm plures ſub eodem Joanna, & ſupra *Linguam Perſicam* Mahan, dictúmque Meſuah; qui traduxerunt Librum *Galeni* in Medicina; poſt quæ omnia opera Ariſtotelis Arabicè traduxerunt, multis etiam aliis magiſtris auxiliantibus. At dictum fuit Mamoni; quare confidis hoc opus *uni Chriſtiano*? Reſpondit Mamon; ſiquidem committo ei gubernationem corporis mei, quò inhabitat Spiritus & anima; quomodo ei non confidam aliquorum ad aliquos verba, in eo maximè, quod neque ad noſtram, neque ad ſuam pertinet fidem? Dixit *Genzi* Hiſtoriographus de civitate Bagdad; quòd, cùm fuerunt traducti libri, ad eos pertinentes; reſidui, decreto Mamonis, combuſti fuerunt. Dixit etiam *Ibnu Giulgiul* in vita Philoſophorum, quòd Mamon erat vir virtu-

tibus

tibus plenus, ipſarúmque amator. Iſte autem *Joanna* effectus eſt magnæ venerationis Vir, & multi etiam Curiales ei inviderant, ex eo. Denique Mamon eum duxit in carcerem, nonnullorum invidiâ. Poſt multa facta centum millibus aureis, brevi eidem Mamoni perſolutis in debitum, liberatus eſt. Cui poſtea dixit Mamon; quomodo tam brevi inveniſti tantam pecuniarum quantitatem? Reſpondit, Domine, ſi me ſecurè dieere permiſeris, dicam. Dixit, ſecurus ſis. Reſpondit, neque domos, neque vineas vendidi; ſed hoc totum provenit ex Magiſtratu, qui meo nomine magiſtratum aſſecuti ſunt. Dixit tunc Mamon, ſi ego centum mille aureos à te accepi, ero in cauſa, ut (a) in duplam lucraberis. Mortuus eſt autem Joanna Meſuah, ætatis ſuæ anno octogeſimo, & teſtatus eſt, poſt mortem ſuam corpus ſuum in villa, in qua natus erat, ſepeliri; quod conſecutum eſt. Teſtamentum verò anno ducenteſimo quarto de Elhegira, (hoc eſt, ſecundùm (*b*) milleſimum) Maumedanorum; & nota quod *Joanna* nomen eſt Hebræum; Joannes ſcil. dicitur apud Latinos; & Meſuah, qui dicitur *Moſes*, [c] ſecundùm regulam diminutivorum Chaldæorum.

Mortuus A. H. 204. An. Chr. 826.

De Eſciari Philoſopho.

Iſte *Eſciari* fuit maximus Philoſophus, ſecundùm opinionem Ariſtotelis; poſtea effectus eſt Catholicus ſecundùm le-

[a] Viriosè, pro, ut duplum, alterum tantum, meo beneficio acquiras. [b] Error eſt Cadit enim annus Hegiræ 204. in Chriſti annum 826. Atque hic, dubio procul, prior ille Meſue, de quo Andreas Belluenſis: Duos enim & ille commemorat Meſueos, ſeniorem, cujus libri tantum Arabicè extant, & poſteriorem noſtris notum, cujus libros negat ſe apud Arabes invenire potuiſſe. Recentiores quidam eundem cum Damaſceno, aut ei contemporaneum fuiſſe putarunt, quod utique à vero non abludit. Alij enim Damaſcenum collocant ſub an. Chr. 740 alij 830. (longiſsimè recedit Trithemius, qui ponit an. Chr. 390.) Meſue verò mortuus 826. [c] Dubito: Moſen Arabes Muſa appellant. Puto ergo Meſuah eſſe Meſchichojo, ut Chriſtianus ſignificetur. Amant enim Syri ejusmodi agnomina.

gem, qui nō ſolùm fuit [d] Theologus, verùm etiam *Eſciaritarum* opinionis caput, & Princeps: qui à ſuo nomine originem ſumpſerunt; quam opinionem tam *Africani*, quàm *Aſiani* retinent, regnis, atque [e] regionibus exceptis [f] *à Zophi* nominatis & dominatis; ac etiam aliquibus locis *Africæ*; prout in inſula *Gerbes*; & quibusdam montibus. Tempore hujus omnes Maumedani inter eos, & ſecundùm fidem Maumedanorum, maximè diſcordes fuerunt, videl. *in rebus divinis, & in Scripturis Alcorani.* Adeóque iſte Eſciari, ſeparatus ab una parte, declaravit ſcripturam divinam, divinius, addendo [g] *rationes naturales cum argumentis* reſolutis. Confudit etiam omnes alias rationes, apparentes opiniones, & ſectas, eo usq́; ut omnes opiniones, ſuâ exceptâ, uſq; nunc hæreticæ vocarentur; quibusdam temporibus exceptis; quibus proſtrata fuit, ob ſchiſmata exſiſtentia in *Ægypto*, & in *Aſia*. Poſtea omnes opiniones depreſſæ ſunt, ſua verò innovata eſt, quæ adhuc floret & ex illa ſecta fuerunt multi *Doctores Theologi*, adeóque talis opinio ſummoperè magnificata eſt, & ad hoc venit, quia ſi quis dixerit opinionem *Eſciari* non eſſe veram, *damnabatur ad mortem, ſecundùm Maumedanos.* Dixit Interpres, quod ſi non eſſet cauſa prolongationis hujus operis, oſtenderet nobis ejus opinionem, eámque nos doceret, licèt non intelligeretur, absque aliarum opinionum interpretatione, & à quo provenerit cauſa diverſitatum, differentiarúmque in Theologia; *ſed eſſet magni voluminis liber.* Multa opera & commentaria hujus opinionis reperiuntur, quæ etiam *pueris in Scholis leguntur*, cujus

[d] Abulhaſen Aſchatienſis, de quo breviter, his aſſinia, Comp. Theat. Orient pag. 25. [e] Fuit Arabia Sectarum ſemper ferax tam in Muhammediſmo (qui brevi temporis ſpatio protulit diſtinctas. 72.) quam Chriſtianiſmo: vide *Euſeb.* Hiſt. Eccleſ. lib. 6. c. 26. & 40. [f] De Zophitis, vel Sophitis: Vid. *Annal.* P. I. pag. 190. [g] De fundamentis Muhammediſmi lib. 291.

Digitized by Google

cujus Epiſtolæ quædam tum proſâ, tum carmine de hac opinione extant compoſitæ, quas etiam *memoria mandare* faciunt. *Elatir Alabhari* compoſuit magnum volumen in vita Theologorum hujus opinionis, ſex voluminibus abſolutum. Mortuus eſt autem iſte Eſciari anno tercenteſimo trigeſimo, primo de Elhegira in civitate Baſrè, Arabiæ felicis, in confinibus Perſiæ. Mortuus A.A. 330. A. Chr. 953.

De Abulhuſein Eſſophi.

Abulhuſein Eſophi, de Civitate Bagdad, maximus & Philoſophus, & Aſtrologus extitit. Compoſuit enim librum in Theoricam Aſtrologiæ; primúſque fuit, *qui ſigna & ſtellas cum planetis pinxerit*; eoque inter Aſtrologos & tenebatur, & dicebatur. De quo dictum eſt, intellexiſſe magis iſtum cœleſtia, quàm *Ptolomeus* terrena; qui mortuus eſt in civitate Bagdad, Anno 383. de Elhegira. Mortuus eſt A.H. 383. An. Ch. 1005.

De Abulhuſen Ibnu Telmid.

Abulhuſen Ibnu Telmid, id eſt, filius Diſcipuli, qui fuit *Chriſtianus*, religione Jacobitarum, natus eſt in civitate Bagdad, cujus Pater ejuſdem maximi Pontificis extitit: & hic *Abulhuſen* applicuit animum ſtudiis adeoque tempore brevi floruit in Medicina, & compoſuit librum, in ea, ordiens ipſam ſecundùm hominis membra à capite ad pedes uſque deſcendens; in quo narrat accidentia omnia, atque infirmitates cunctas dictis membris occurrentia: cui titulum impoſuit *Elmalihi*, hoc eſt, Ipſa Realitas; eúmque dono dedit Soldano ejus temporis. Ob quam operam ingreſſus eſt in Soldani prædicti familiares, & effectus eſt *Medicus* generalis Curiæ Bagdad. Et ille liber eſt *famoſiſſimus inter gentes ejus Lingua, credo in Latinum fuiſſe interpretatum*. Et iſte *Ibnu Telmid*, divitias, honores, famam & gloriam acquiſivit. Nunquam enim à pauperibus hominibus pecuniã accepit, neq; ab artificibus medicinę pręmium; dicente eo, hanc artem nobiliorem vendere non poſſe de-

nariis. At multò magis receperat Principum, Nobilium, atque Divitum munera; erátque multùm gloriæ cupidus, ac ſuperbus: eò maximè, quando æger contra regulam medicinæ operabatur, quam ipſe ordinarat; & nunquam poſtea redibat, neque conſulebat: etiam *ſi Soldanus fuiſſet talis æger.* Eo tempore ægrotavit *Hadad Daula* Soldanus; ſtatim omnes Medici, ut eum viderent, ad curiam acceſſerunt, præſertim *Ibnu Telmid*; quibus omnibus oſtenſa fuit urina, ut videbatur, & nullus eorum cauſam ægrotationis cognovit, neque quæ fuerit infirmitas. Poſtea autem domeſtici dictorum Medicorum ſermonem fecerunt de Poëtis Curiæ, circáque eorum carmina: & de eo, qui in laudem præſentis Soldani ſermonem fecerunt; & quidam Medicus dixit: Talis Poëta bene dixit: Quidam, alius meliùs ait. Soldanus autem facetè reſpondit: Vos alij intelligitis Medicinæ artem; nullus eſt, qui me laudaverit, ſicut ego me metipſum laudavi hodie. Cui quilibet eorum inquit, quónam modo dixerat Majeſtas Veſtra? Tunc Arabicè reſpondit, dicens

Hadadu (reliqua verba vitiosè ſatis ſunt ſcripta, alia occaſione examinanda) Id eſt, *ſum inſtrumentum Regni, ac tectum ejus, & gladius ſuus acutus Victor fortunæ.* Omnes fatebantur eum eſſe magnum Regem; & elegantem.

Cúmque foris eſſent dicti Medici, *Ibnu Telmid* ad eum advertens dicebat: *ſi vos non cognoviſtis infirmitatem ejus, ego eam cognoſco.* Dixitque ſubjungens: Victor ſit [a] fortunæ, nec aliud deeſt, niſi ut dicatur, fuiſſe Deum, pro eo: quod Omnipotens oſtendere vult potentiam ſuam, dicti ejus comparatione. Quapropter dedit ei infirmitatem incognitam, ut non mederetur, neque juvanda juvarent. Vidiſtis enim quomodo dirè atque immaniter lamentetur; nec ſi quid aliquid urinæ ejus conſpicitur, neque quid ſignificet, apparet. Et quilibet eorum tacebat: Soldanus autem curabatur, prout urina medicis fue-

Mortuus A. H. 388. An. Chr. 1005.

[a] Convenit hoc exemplum ſenſu cum Herode Act. 12. 23.

Digitized by Google

fuerat. At *Ibnu Telmid* non ampliùs erat reverſus: Soldanus verò mortuus eſt poſt dies octo ab ejus infirmitate. *Abulhaſen Ibnu Telmid* mortuus eſt anno tercentiſſimo octuageſimo quarto de Elhegeria. Mortuus A.H. 384. An. Chr. 1006.

De Farabio.

Abunaſra Al-Farabi; qui in Latino dicitur *Farabius*, fuit ex Farab Provincia Aſiæ minoris: natus eſt in civitate Balch, ex nobili genere & progenie. Iſte, in principio ſuæ juventutis, devius à ſuis, perrexit ad Bagdad, ibique [a] Philoſophiæ operam dedit; adeóque maximus evaſit Philoſophus, & tunc domum ſuam reverſus eſt. Dixit *Ibnu Giulgiul* Chroniſta in Philoſophorum vita; Quòd infiniti Aſiæ principes miſerunt pro eo, ut ad Curiam veniret, mercede quoque & ſtipendio, quo homines docti providebantur, potiretur, præſertim homines ſicut ipſe, notiſſimi, & famoſiſſimi. Ille autem renuit ſemper, & eò magis patrimonio ſuo contentabatur. Et dixit prædictus *Ibnu Giulgiul*, quòd *Farabius* multùm ſpernebat ſe ipſum; & quòd continuè tempore hiemis cum quibuſdam ſuper paleam dormiebat; & ſemper viſus eſt contriſtari & lugere: non pro mundi aliquo (i. e. re mundana) at ſolùm pro eo, quod inveſtigabat. Solùm, quomodo poſſet homo majorem intellectum, ac ſcientiam acquirere; ut valeret mundum agnoſcere, magíſque cognitus ſit: dubitans cum illò perfectionem habere humanam; non poſſe, dicebat. Fuerunt autem ex eo inventi duo Verſus:

Panis ſordeaceus, & aqua putei, & habitus lanæ in pace
Meliores ſunt, quàm lætitiæ terminatæ in pœnitentia.

Mortuus eſt autem *Farabius* ætatis ſuæ anno octuageſimo, de Elhegira verò, anno tercenteſimo octuageſimo octavo Mortuus A.H. 388. An. Chr. 1010.

De Raſi.

Abubachar, & *Raſi* Perſianus, è civitate Rai, hic Mercatoris filius

[a] Plura de hoc Philoſopho legi poſſunt in Anal. P. 1, p. 308.

filius fuit, qui cum Patre Bagdad, hoc eſt civitatem Bagdad profectus eſt: ibique, mortuo Patre, ſtudij causâ remanſit. Et tandem in Medicina, & Philoſophia *ſingulariſſimus* effectus eſt. Poſt hoc profectus eſt ad *Chairum*, ubi per aliquot annos ægrotavit. Cujus famam cùm intellexiſſet *Elmanſor*, ſecretarius major Pontificis Cordubæ; qui in omni facultate & ſcientiâ doctiſſimus erat; vocari juſſit hunc *Raſim*, promittens ei mercedem magnam. Cùm autem *Raſis* recepiſſet literas, profectus eſt; & navim in Alexandria ingreſſus, ad Cordubam tandem pervenit. *Elmanſor* verò lætatus eſt, dictúmque Raſim magno affecit honore, eique habitationem, poſſeſſionem, ac ſervitores, & famulos tradidit. Eo tempore *Raſis* famoſum librum compoſuit, quem [a] *Elmanſor* nominavit; Et usque nunc vocatur *Almanſoris* liber. Dixit *Ibnu Hayan*, Luſitaniæ Chroniſta, quòd Raſis in ſuis cauſſis nimis fortunatus extiterat, adeòque permultas acquiſivit facultates. Quadam autem die, per plateam Cordubæ tranſiens, magnam gentium multitudinem congregatam aſpexit; & hujus rei cauſſam interrogavit: Reſponſum fuit, quòd quidam concivis ejus illuc ſpatiabatur, & ſtatim cecidit mortuus. *Raſis* autem ut hominem videret, acceſſit, tunc cum furore præcepit, *ut ſtatim virgultorum manipulus portaretur, quibus ipſe non tantùm, verùm etiam circumſtantes poſſent ipſum percutere & verberare* per omnia corporis membra, præſertim pedis plantas; & tota gens eum deridere cœpit, dicens, quòd Raſis inſanivit. Non adhuc præterierat quarta horæ unius pars, quòd ille homo ſe movere cœpit; tunc Raſis mulum ejus aſcendit, & domum ſuam perrexit. Populus autem, qui acta cernebat, exclamare cœpit, *Miraculum! Miraculum!* Tale novum auditum ab *Elmanſore*, fecit vocare *Raſim*: cúmque vidiſſet eum *Elmanſor*, dixit; Excellentem Medicum te eſſe novimus, *mortuorum autem*

[a] De quo Ib. p. 296, ubi plura de ſtudiis ejus Chymicis.

Digitized by Google

tem vivificatorem te eſſe ignoravimus, Reſpondit Raſis: Medicum me eſſe fateor, reſurrexiſſe autem mortuos neſcio; quoniam *Deus ſolus eſt, qui reſurgere facit è mortuis*, Quòd autem per me actum eſt hodie, non inveni in aliquo libro Medicinæ, neque à Magiſtro didici. Sed cùm à civitate Bagdad diſceſſi, ut in Ægyptum iremus, viam deſerti fecimus. Cúmque nobiſcum aliqui nobiles Arabi veniſſent, quadam die, equitantibus nobis, quidam eorum tanquam mortuus cecidit in terram: aliùs verò ex ijs ſenex ſtatim deſcendit, & accepit plurimos baculos, & ſingulis dedit: & fecerunt ei, ſicut hodie ego huic homini feci in platea; & ille Arabs ſanatus fuit, prout viderunt hodie hunc hominem. Dubitavi, quòd infirmitas, quæ Arabi erat, eſſet & huic, adeóque cura méa ob tuam felicitatem illi profuit. Tunc *Elmanſor* gaviſus eſt, & benedixit ei dicens: *Terra, quam inhabitas, Galienum ei in eſſe in medium,* Mortuus.
dicere valet & poteſt. Cui Raſis reſpondit: *Experientia magis,* A.H. 401.
quàm Medicus prodeſt. Et mortuus eſt Raſis anno quadringen- An. Chr.
teſimo primo in Civitate Cordubæ, ætatis ſuæ circa nonage- 1023.
ſimum.

De *Bachillani Philoſopho*, & *Theologo*.

Natus eſt in Bagdad ex patre ignobili, qui pater fabam elixam ſeu alio modo coctam vendebat, ſecundum ejus regionis morem. At filius ingenuè ac tempeſtivè Philoſophiæ operam dabat; Theologiæ ac Legibus poſtea vacavit. Adeò ut in judicem civitatis Bagdad electus eſſet, multos compoſuit libros, ſecundùm opinionem *Eſciari*, operas ejus excellentiſſimas narrando & declarando, ſed ſunt longi ſermones ad inſtar commenti. Iſte autem *Bachillani* miſſus fuit in Nuncium à Soldano Civitatis Bagdad ad *Imperatorem Conſtantinopolitanum*, qui Imperator benignè & gratioſè eum accepit, eundémque precatus eſt, ut cum *ſuis Theologis diſputaret*, videlicet cum Chriſtianis, ſecundùm Græcorum opinionem. Quæ

Diſputatio coram Imperatore, Patriarcha, Archiepiſcopis & Epiſcopis cum pompa atque (ut ita dicam) nimis ſuperbè, quadam die habita eſt, & per totum diem diſcuſſa & diſputata; ſed nondum perfecta per ipſius *Bachillani* ægritudinem, quapropter rediit in patriam ſuam. De qua *Diſputatione narratur in vita Theologorum*: Sempérque dum viveret contra Hæreticos, eorundémque fidei Schiſmaticos diſputabat, tum voce, tum Literis, quorum ſcripta adhuc reperiuntur. Dixit Interpres, ſe vidiſſe diſputationem ejus, ab alijs operibus ſeparatam, & multarum ejus quæſtionum recordari. Obijt autem *Bachillani* in Civitate Bagdad ætatis ſuæ anno nonageſimo quinto, de Elhegira verò anno quadringenteſimo quinto.

Mortuus A. H. 405. An. Chr. 1027.

De Ezarbaragui Medico.

Ez abaragui fuit Medicus *Manſoris*, Cordubæ Conſiliarij, & proximus Raſis, qui compoſuit Librum, ſicut *Canon* Avicennæ in arte Medicinæ, utiliſſimum quidem: quo etiam adhuc Maumedani Medici utuntur. Vixit autem *annos centum & unum*. Qui obijt anno *Belli Corduba*, de Elhegira anno quadringenteſimo quarto.

Mortuus A. H. 404. An. Chr. 1026.

De [a] *Avicenna.*

Abuhali Elhuſein, Ibnu Sina, Elhamadani, in Latino dicitur *Avicenna*. Fuit autem *Abuhali* cognomen ejus, & *Elhuſen* nomen ejus proprium, & *Sina* nomen proprium fuit Patris. *Errahis* eſt in Arabico vocabulum commune, vel æquivocum; & imprimis ſignificat *ſuperiorem, nobilem, ducem*, ac *principem*, & provenit ab hac dictione *Raſe*, quæ in Arabico eſt idem, quod apud nos *Caput*. Avicenna autem vocatus fuit *Rahis*, quia erat nobilis, & honoratus apud Dominos & Populos virtutibus ſuis. Eóque Medicorum maxima Pars, quando eum, in

[a] Aliam *προσωπογραφίαν* dedimus in Anal. P. 1. pag. 295. & Hiſt. Eccleſ. Secul. XI. p. 461.

in Medicina, aut citare aut advocare volunt, dicunt: *Medicorum Princeps hoc dixit, absque alio Aliquo Epitheto, & intelligitur de Avicenna dixiſſe*: & quod dicitur, inter Latina Lambentes, quòd *Rex Cordubæ* fuerit, mendacium eſt, quoniam non invenitur inter Scriptores ejus vitæ Latina Lingua. Non enim extendiſſem in hoc ſermonem meum, niſi vidiſſem, quòd ſcripſerat Jacobus *de Foro Livio*, qui multa tandem dicens nihil dixit; & tamen ei inerat ratio incognita. In culpa magis eſt, qui Librum Avicennæ in Latinum tranſtulit, & interpretatus eſt: quia conſideravit hanc dictionem *Rabis* nihil aliud, niſi *Principem* ſignificare. Et ille, ut dicam, *miſer*, ac *neſcius Arabicæ Grammaticæ, vocabula communia non intelligebat, neque cognoſcebat*. Sed jam ad propoſitum redeamus. Iſte *Avicenna* fuit de Civitate *Hamadan* in Perſia natus ex nobili progenie. Cujus pater fuit ex nobilibus dictæ civitatis, ac multarum divitiarum: quapropter pater ejus Scriba indiguit, qui eſſet Geometra, & Mathematicus; eo quod cupiebat filium ſuum has eaſdem virtutes, ac ſcientias addiſcere, ut ad minus ratiocinari; ſin autem, eas intelligere ſciret. Quadam die, in principio ſuæ juventutis, miſit eum ad civitatem Bagdad, ſtudii cauſsâ, & Abthali eam ingreſſus eſt, & dictis virtutibus ſtudens profecit, adeò ut eidem ſcientiæ illæ viles viderentur, poſtquàm Philoſophiæ ac Medicinæ operam dedit. Sicque pluribus annis moratus ibi eſt: donec *magni nominis excellentiſſimiq; Medicus atque Philoſophi extitit*. Illo autem tempore accidit, quòd Soldanus Jaſochbagh volebat in Locumtenentem, ad Civitatem Avicennæ, nepotem ſuum mittere; dictuſque nepos rogabat Soldanum, ut Avicennam ſecum ire ſuaderet, & tandem Avicenna cum ipſo perrexit. Dixit *Ibnu Giulgiul* in vita Philoſophorum, & Medicorum; quòd Avicenna fuerit vir acutus ac benignus, ac in ſuis reſponſionibus gratus: haberetque Filium, & doctum, & acuti ingenii, Medicinæ ſectatorem maximum: qui quadam die per per plateam tran-

tranſiens ex equo deſcendit, & in medio ejusdem plateæ minxit. Omnes verò adſtantes inſaniæ adſcribebant: adeóque nonnulli patris amici hanc ei hiſtoriam narrârunt. At Pater ejus, filium blaſphemavit, dicens: *Inverecundus iſte, filius meus non eſt; qui ſi fuiſſet, non deſcendiſſet de equo; ſed ſuprà eum minxiſſet.* Numquid vobis tamdiu urinam retinendam eſſe videtur? At omnes tacentes tantum reſponſum mirabantur. Etiam dixit *Ibnu Giulgiul*, quòd quodam die acceſſit ad Avicennam mulier quædam dicens: O magnifice! eſt mihi dolor in corpore, & quidam Medicus ordinavit, ut acciperem Medicinam: Precor vos, ut me doceatis aliam, qua ter tantùm, nec plùs, minùsve ſeceſſum expurgem: Reſpondit Avicenna: Si chorda tribus nodis contexta πρωκτῷ fuerit, faciam fortè: & omnes adſtantes riſerunt: Illa verò pudore affecta diſceſsit. Quodam etiam alio die Dominus ſuus Abuhali, interrogans eum dixit: Quis levior paſtus eſſet Phaſiani, an Cothurnices? Reſpondit Avicenna: Domine mi, jam ſcit veſtra excellentia, quòd in articulis *noſtræ Mahumedanæ Legis tenemus, Judicem, abſentibus partibus, judicare non poſſe.* Dixit Dominus ejus; Bene vos intelligo, hora cœnæ accedetis, & inventis ibi partibus, quæ certè adfuerint, judicabitis. Reſpondit Avicenna; Dominationi veſtræ primus articulus notus eſt, ſed ignorat Prophetam dicentem: *In domo judicis judicatur.* Tunc Dominus ſuus magnam quantitatem dictarum avium domum dicti Avicennæ miſit. Manè autem, appropinquante eo domui Domini, interrogare incepit Dominus, cujus eſſet ſententiæ? Reſpondit Avicenna: Nunquam vidi ſimiles hoſtes, & adverſarios. Inter ſententiandum enim quilibet illorum interpoſuit ſuas legales rationes ac dilationes ad probandum, eóque ſine expeditione, & ſententia receſſerunt, habito prius termino ad probandum. At ſi Dominatio veſtra voluerit, ſummariè expedientur; & quolibet ſero deſtinabit

Aves

aves illas per hebdomadam, & citiùs expediam. Reſpondit Dominus. Videtur mihi, te eſſe judicem tyrannum; alteri enim committere volo. Reſpondit Avicenna, ad pejus ducemini, ſi alteri quàm mihi hanc rem commendaveritis: ſed conſulo potius, ut ſibi ipſi, & commendet & committat.

Dixit *Ibnu Giulgiul*, quod Soldanus Civitatis Bagdad intellexit, nepotem ſuum, videlicet Avicennæ Dominum, cum alio fratre ipſius Soldani rebellare à ſe velle: adeóque decreverat ei venenum præbere, & commiſit hoc ſecretum Avicennæ, ut hoc idem exigeret, & perficeret. Quod quidem tenuit Avicenna, nec etiam ſuo Domino indicavit, neque ſcelus hoc detexit. Transactis igitur plurimis diebus res decreta eſt per alium, Domino ſuo: adeóque contra Avicennam iratus eſt, & *duxit eum in carcerem*, ibique per duos annos moratus eſt. Et tandem accidit ei fluxûs infirmitas, quo fortiter laborabat; ex qua denique infirmitate obiit. Dixit etiam *Ibnu Giulgiul*, quòd quadam die major pars nobilium civitatis ingreſſi ſunt, ut Avicennam in carcere viderent, inter loquendum autem dicebant: *O Avicenna, tu etenim omnium Medicorum & nobiliſſimus, & prudentiſſimus, qui in Chorazano reperiatur*: quare invenire non potes ad fluxum remedium aliquod? Tunc fecit afferri vaſculum, inquo pulvis erat: ex quo parum inter digitos accepit, & in catino aquæ pleno impoſuit, & ſtatim congelata eſt in eorum præſentia; & dixit: Vos hanc parvam pulveris quantitatem vidiſtis, quæ tantam aquam congelare fecit. Ex ea enim quaſi unciæ mediam ſumſi, & nihil profuit mihi. Quapropter vos rogo, ut duos tabelliones aut notarios vocetis; quibus meum committam teſtamentum: quoniam de proximo eſt mors mea. Et poſtquam teſtatus eſt, poſt paucos dies incarcere mortuus eſt, ætatis ſuæ anno circa 80. & reliquit filium unum maſculum, & poſſeſſiones, quarum reditus annúus ſex millium ducatorum extiterat. Dixit *Ibnu Chalican*, Chroniſta, quòd

Avicenna *loco ferri uſus eſt argento, ad ſua mula ornatum, ſecundùm* morem [a] Principum, ejus regionis. Et dictum ei fuit: O magnifice! hic non fuit mos, neque conſuetudo doctorum hominum. Reſpondit Avicenna: Filioli mei, hoc argentum, quo ferri loco utor, & aurum pro clavibus, ſuperbiæ non aſcribatur, ſed his temporibus vidi hanc artem eſſe mortuam, Medicinam. Volui etenim, ut ei adhibeatur fides, quousque videantur fructus ejus; forſitan reſurget, & ejus ſtudia multiplicabuntur.

Dixit *Ibnu Chatir*, in Chronicis ſuis univerſalibus, quòd dictum fuit Avicennæ: O Magnifice, non fuit tibi ratio, cùm non diceres Soltani voluntatem, adverſus Dominum tuum? Forſitan tale infortunium non accidiſſet. Reſpondit Avicenna: Vos pauperes creditis, quòd non cogitaverim terminum, ac rei exitum? Si ego dixiſſem, extitiſſem cauſa diſcordiæ inter duos Principes, ex qua multi homines interfecti eſſent. Vultis enim hujus rei fuiſſe cauſam? Non perſuadet, quod præter rationem accidit. Imò etiam ego ipſe cui magis debeam, ignoro, aut qui me in hunc gradum aſſumpſit, aut qui in eo me ſervavit. Nomina librorum Avicennæ ſunt Canon, dictus *Chabir*, in medicina, hoc eſt, *magna regula*.

Canon Aſſaghir in Medicina, id eſt Regula parva.

Canticum Præceptorum Medicinalium, quod in carcere ſcripſit filio ſuo.

Alorgioza in Medicina, id eſt, carmina brevia, in quæ Averroës commentatus eſt.

Orgioza; Id eſt, articuli Logices, quos ipſemet commentatus eſt.

Eſtepha in Philoſophia; Hoc eſt *ſatisfactio*. *Elculliuth*, id eſt, Univerſalia in Philoſophia. *Aliſarath*, id eſt, motus in Metaphyſica.

Ta-

[a] De hoc more vide *judic.* c. 8. v. 21.

Taſauuful Falaſifa, id eſt, Philoſophia moralis.

Cantica in unionem animæ cum corpore, &, quòd eſt Anima.

Liber venenorum, & eorum compoſitiones, & curæ contra venenum.

Et omnia *ejus opera & volumina ſunt utilia, atque exiſtimata.* Verùm multi docti Arabes ajunt, *Avicennam in* [a] *medicina fuiſſe luſcum, in Philoſophia autem cæcum*; & ita dixit *Ibnu Chatir*. Et eſt mortuus Avicenna (ut ſupra diximus) anno ætatis ſuæ circa octuageſimum, de Elhegira verò anno quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo. Mortuus A.H. 442. An. Chr. 1064.

De *Ettabarani*.

Ettabarani fuit de provincia Tabarani, quæ pars Choraſani. Hic fuit Medicus Maumedis *Subao Thechim*, Regis Ghaznæ, civitatis Aſiæ, Indiæ termino; qui compoſuit librum in Medicina famoſiſsimum, cujus titulus eſt, *Firdius ulhecime*; Quod eſt, *Paradiſus ſapientiæ*. In quo medicinalia, atque herbarum, animalium, ac lapidum proprietates deſcripſit. Dixit *Ibnu Abidedunia* in mirabilibus mundi, quod Ettabarani dicebat: Regem Cini dediſſe dono munera Regi Ghaznæ; *inter quæ erat avis, cujus præſentia ſi quid veneni adſtabat, & aderat, ipſa pinguioribus lachrimis, elatóque; ac forti garritu flebat:* Ex quo magnates Orientis, ejus præſentia, comedere auſi ſunt: ſed rara in terris invenitur avis. Dicit etiam, *quòd in eadem provincia quædam vaſa ſunt: quibus ſi imponantur cibi veneno aſperſi, ab extra inſudant vaſa.* Dixit interpres, quòd de illis multa vidit, multis etiam in locis Africæ, mortuus autem Ettabarani in Ghazna, anno quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto. Mortuus A.H. 474. An. Chr. 1096.

De *Meſuach* Chriſtiano; id eſt, *Meſue*.

Meſuach iſte fuit Chriſtianus, *Jacobitarum* religione, natus in civi-

[a] Confer, quæ diximus Anal. P. 1. pag. 295.

Digitized by Google

in civitate Maridin, ſupra flumen Euphratis, didicit medicinam, atque Philoſophiam in civitate Bagdad, *continuéque Avicenna Lectionem audivit*, qui compoſuit opera utiliſſima in rebus potabilibus: alium quoque Librum de componendis medicinis, ſyrupis videlicet, unguentis, emplaſtris, & de ſimilibus. Poſtea diſſeſſit ab ea regione, & quadam die, poſt multa, pervenit ad *Chairum* ubi inter familiares Caliphæ connumeratus eſt. Qui Calipha [a] Caput Schiſmaticorum Ægyptiorum extitit, & Syriæ, qui ſe vocabat, *Elchacim Chalipha*. Hic etiam *Meſuach* in Chairo multas divitias, pecunias, & honorem acquiſivit. Qui quadam die amicis ſuis publicè dixit: *Quas enim poſſideo divitias non ex medicina, quæ in libris ſcribitur, mihi acquiſita ſunt; verùm ex medicina, quæ ab humano intellectu provenit.* Adeóque ægroti propoſitum & cognitionem ſemper cognoverat. Mortuus autem eſt Meſuach ætatis ſuæ circa nonageſimum, de Elhegira verò quadringenteſimo ſexto.

Mortuus A. H. 406. An. Chr. 1028.

De [b] Gazzali.

Gazzali Philoſophus, Theologus, Legiſta, & denique in omni ſcientia doctus, natus eſt in civitate Thos in Aſia, ex patre divite, & mercatore. Ipſe quidem Gazzali fuit, qui opinionem *Eſciari* inſurrexit, atque erexit. *Nam ante hujus Gazzali tempora multiplicabantur* hæretici in Aſia. Ipſéque Gazzali adeò ſe ſtudiis ſollicitè dedit, ut mirabilis ac admiratione dignus evaſerit, & effectus ſit. Hoc tempore accidit, quòd Vicecancellarius, Conſiliariúſque [c] major ſtruxerat *mirabile Collegium* in civitate *Bagdad*; in quo ducenta millia ducatorum ferè expenderat; idque poſſeſſionibus dotavit, eíque illas doti dedit: quarum reditus, & proventus quindecim millia ducatorum extiterat. Poſtquam dictum ſtudium perfecit, *ibi quaſi ſex millibus hominum doctiſſimis* congregatis, in ſcien-

[a] Hakemum videtur intelligere, de quo Hiſt. Eccleſ. Sec. XI. pag. 439.
[b] Vid. Biblioth. Orient. pag. 204. [c] Magnus Vezir.

Digitized by Google

omni facultate & ſcientia ordinavit, ut de qualibet ſcientia & facultate unus legeret. Adeò ut quilibet eorum propter ſcientiam hujus Gazzali eum elegerit. Itaque conſiliarius ſtatim per eum miſit, eíque magnum ſtipendium ſolvendum ordinavit & perſolvit. Quo accedente ad Bagdad, Calipha, atque ejusdem civitatis Soldanus, omnes eorum familiares, nobiles, & magiſtratus inobviam ei miſerunt. Itaque deduxit ferè univerſum populum ex civitate, & fuit inter alios dies notabilis, *poſt quæ in inprædicto Collegio* legere incēpit. Dixit *Geuſi*, in Chronicis ſuis, quòd multi *ex apothecis ſuis educebant filios, ut ejus lectioni incumberent*: Similiter & divites & nobiles fecerunt; quoniam viderant, quo honore & ornatu eum affecerant Principes; multotiésque conſiliarius ipſe ſuis lectionibus aderat, & præſens erat. Sícque per multos annos honore, & gloria affectus permanſit. Poſtea verò alius *vir effectus, & animis mutatus ab illo Lecturam dimiſit, & omnia quæ in ſtudiis acquiſiverat pauperibus erogavit: indutúque Eremitani habitu ad Mecham perrexit*, ibique aliquot dies commoratus eſt: poſtea deceſſit, & in Syriam perrexit, ſicque poſteà venit ad Cairum, adeóque in Alexandriam acceſſit incognitus, ubi Etartoſim in Theologiam audivit. Noviſſimè in civitatem ejus, toties dictam, rediit, ibique mortuus eſt, ætatis ſuæ anno quinquageſimo quinto, de Elhegira verò anno quingenteſimo quinto. Compoſuit autem iſte Gazzali ſecundum *Geuſin* ſexaginta ferè volumina, quorum aliqua brevia, alia verò longiſſima, & nonnulla mediocria exiſtunt: Suntque, inter alia: Extenſio Legis tam civilis, quàm canonicæ, duobus voluminibus abſoluta. Mediocritas Legis. Breviarium, ſive ſumma totius Legis. Vivificatio, aut Reſurrectio ſcientiarum fidei, Legis, atque Philoſophiæ moralis. Compendium Theologiæ. Comparatio Logices. Excellentius deſiderium, aut ſublime in Metaphyſica. Intentio Philoſopho-

Mortuus A.H. 505. An. Chr. 1127.

rum: Errores Philoſophorum. Pondus æquum. Concordantiæ inter Philoſophos, & Theologos. Itinerarium rectum domûs æternæ. Et hæc ſunt magis in uſu. Sunt etiam alia ejus opera, quæ in uſu non ſunt, etiam apud Arabes.

Dixit *Genſis*, quòd *Gazzali* ſciebat multas alias ſcientias, quas celavit. Dixit etiam in Chronicis ſuis Legum, quòd quandò diſceſſit *Gazzali* de Bagdad, inventus fuit quidam liber, quem ſcripſerat contra Legiſtas, vituperando aliqua licita in Legib: pro qua vituperatione perſecutus (perſecutionem paſſus) fuit, & decretum iuit, ut prædictus liber combureretur; & ſic combuſtus fuit per univerſum orbem. Cui libro titulus erat: *Reſurrectio ſcientiarum Legū.* Fuit etiam vituperio affectus propter alium librum, cui titulus erat: *Defenſio juſta*; quo in libro recenſuerat res, ac regiones, quas Judæi atque Chriſticolæ habebant, & poſſidebant, qui non crediderunt in Maumedo. Dixit etiam *Genſis*, quòd *Gazzali*, dixerit multa, Cantica; quorum aliqua in Amorem, aliqua verò in Philoſophiam moralem. Verum magis famoſa moralis erat, quæ hoc tempore viget, & in hoc carmine incipit.

Ettorchu &c. *Hoc eſt:* Viæ multæ ſunt: verùm via ſola eſt. Viatoréſque per Illam ſunt illi, qui electi ſunt.

Dixit [a] *Interpres*, quòd memoria tenet multa ejus carmina, quæ ſunt elegantiſſima Arabicè. Erit difficile ea recenſere latinâ linguâ: quoniam neceſſe erit narrare pro quolibet verſu multa humanitatis principia, quæ propter eorum interpretationem poſtpoſuit.

Dixit etiam aliam cantilenam longam, mortis conſolatoriam, cujus ſententia eſt, *quòd corpus eſt tanquam cavea Spiritus, & ſicut lætatur avis cùm ab ea liberatur: Ita anima juſti lætatur, quando à corpore ſegregatur, quoniam à puriſſimo, & nobili elemento deſcendit, & ad idem evertitur, à quo prevenerat*, producendo circa hoc multas rationes: quæ cantilena reperta eſt in ſuo

[a] Ita more Arabum de ſe loquitur Leo Africanus.

Digitized by Google

ſuo ſecreto Oratorio, quo mortuus fuerat, eo die ut ſupra mortuus eſt: Ibique ſepultus, annis, ut ſupra diximus.

De [a] *Thograi.*

Thograi Philoſophus, ac Medicus, Rhetoricus, Alchimiſta, Poëta atque Hiſtoriographus, natus eſt in Civitate Aſpahan in Perſia, & ob ſuas virtutes rogatus fuit à Malich *Maſchud* (Maſudo) Principe Regni Aſiæ, eique datum fuit majus officium Curiæ, cum quo multas pecunias acquiſivit, atque inæſtimabiles divitias. Dicebant multi Hiſtorici, quòd modus ipſius fuerit mirabilis, quoniam tempore ſuo fuit ſingularis in divitijs: & non fuit in Curia, neque Principum neque Soldani homo, qui ditior eo eſſet; & hoc non obſtante, *nunquam contentus fuit*, neque de patrimonio ſuo, neque de divitiis acquiſitis, cum omnibus Imperialibus Magiſtratibus. Et in omnibus canticis *in vita ſua recenſitu continuè lamentabatur, vituperans tempus*, quod eum injuriaverat, adeóque coactus eo eſt *Alchimiam* addiſcere, in qua compoſuit opus; cui titulus eſt: *Devirginatio Naturæ.* Dixit Geuſis: Quòd Dominus ipſius quadam die ingreſſus eſt tentorium Thograi, & invenit eum ſcribentem rerum expeditiones. Princeps verò vidit duos verſus quodam Chirographo, qui erant:

Urido, &c. Id eſt, ad verbum:

Volui largitudine manûm auxiliari mihi, cum ea ſolvere debita, quæ nobilitati debeo: ſi tempus pervertit deſideria mea, & poſtea contentus ſum labore cum reddítu. Tunc dixit cùm legeret verſus hos: O Thograi, unum dicam tibi, & quadam die veritatem noſces. Ego enim Dominus dimidiæ Aſiæ ſum, & tu quaſi ſecundus, nec deficit nobis ulla gratia Dei, & nunquam

[a] Videatur Pocockius in carmen Tograi pag. 4. Appellationem autem טגראי ſortitus eſt à munere vel peritia ſcribendi טגרא, quod implexam & craſsioris ductus ſcripturam notat, quæ Diplomatibus Principum præmitti apud eos ſolet.

contentari poſſum; ſic tu idem demonſtras: timeo nobis malum exitum: Quoniam ſi tu volueris altiorem gradum; aut ego; nil aliud erit niſi ut efficiamur Dij. Et ſic non prætérierunt ſex menſes, quando Princeps rebellavit, contra fratrem ſuum, volens ſe vi facere ſoldanum. Quadam autem die venit Soldanus cum magno exercitu, & Principem cepit, & in carcerem duci juſſit civitatis magnæ, & Thograi ſimiliter captus eſt, & ante Soldanum ductus juſſit alligari [a] & torqueri: & tandem confeſſus eſt, ſe habuiſſe ducatorum millia infinita, quem Soldanus exuere fecit, & nudum arbori alligare, jubens, præcipiénsque puero ſuo, ut ſagittis eum perderet. Cùm a. vidiſſet eum accipere ſagittas, ut in eum traheret, hæc duo carmina ad verbum traducta alta voce canere cœpit:

Dico dirigenti ſagittas, ejus mors inter digitos ſuos illuſtrat, Amore Dei, elonga te à corde meo. Nam in eo nihil oppoſiti niſi tu.

Et omnes adſtantes de ejus mirabili & conſtante intellectu vehementer mirabantur, cùm taliter publicè alligatus mortem expeteret, nec animus quidem ejus deficeret, neque audacia componendi eo tempore verſus careret. Poſtquam à puero transfoſſus obijt, quo mortuo præcepit Soldanus corpus ejus comburi, tanquam infamem hæreticum. *Præſertim cùm in articulo morbi orationes non diceret, nec etiam animam ejus Deo commendaret:*

Saphadi autem ponit eum Thograi in ſuo famoſo libro de mille Amorum martyribus. Opera, & volumina ejus multa ſunt; verùm illa, quæ cognoſcuntur ſunt, quæ ſubſequuntur.

Chronica Aſiæ: Chronica Imperatorum Perſiæ: Commentum Reipublicæ Platonis. Devirginatio ſeu deſfloratio Naturæ in Alchimia.

[a] Cauſam ſupplicii & mortis alij ab excellentia ingenii & virtutum, indéque orta invidia, accerſunt.

chimia. Cantica multa etiam compoſuit, quorum tituli non extant. Verùm opera ejus Rhetorica, & Poëtica, ſicque Epiſtolarum libri innumerabiles fuerunt. Carmina autem ſeu Cantica collegit quidam ejus diſcipulus in duobus voluminibus, collecta: aliqua in laudes Principum, Dominorúmque, alia in Amorem edidit. Nonnulla etiam moralia erant, quorum canticorum unum magis publicum eſt, quod primum *Alcorani caput* in Scholijs inſequitur, quodque pueros propter ſui elegantiam, & docent, & inſtruunt; In eóque multa Amoris ac poëſiæ verſantur; & moralia quidem ac nonnulla utiliſſima præcepta complectitur; cujus principium eſt:

Nobilitas conſilij cuſtodiunt me ab errore, & habitus virtutis ornavit me tempore privationis. Interfectus fuit Thograi anno quingenteſimo quintodecimo de Elhegira in campania Marghoe. Mortuus A.H. 515. An. Chr. 1137.

Dixit Interpres, quod illud canticum memoriæ mandavit, quando docebatur in civitate Fes, puerili ætate.

De [a] *Eſſeriph Eſſachalli.*

Eſſeriph Eſſachali, è progenie Mâumedis, natus eſt civitate Maſſare in Cicilia, nobili quidem progenie & ſtirpe, qui in eo tempore, eáque in Inſula fuit homo ſingularis, & diſertus, tum in Philoſophia & Medicina, cùm in Aſtrologia & Coſmographia: adeò ut parē non habuerit, nec forſitan habebit. Fecit quendam librum, cujus titulus erat: Nushat alabſar: hoc eſt, *ſpatiatorium* (ſi dici poteſt) [b] *locorum*, quem diviſit in ſeptem partes, ſecundum ſeptem mundi climata; & recenſere in cœpit de civitatibus exiſtentibus in eo climate, tùm antiquis, tum etiam modernis, & de earum ædificatoribus, & de dirutis, earumque cauſas recenſuit ſic etiam meminit de

[a] Arab. אלשריף Excellens, nobilis &c. Epitheton, quod poſteris Muhammedis tribuitur. [b] Fortè, *oculorum.*

de vijs inter unam civitatem & aliam; & de mirabilibus earundem, & de natura & moribus & de animalibus uniuscunque climatis. Poſtquam narravit omnibus inſulis ab Occidente, usque Orientem exiſtentibus, deinde de montibus excelſis, & de fluminibus memorandis, de lacubus, & de origine, & ortu eorum, de metallorum mineris, & de omnibus, de quibus natura exornatur: quando verò perfecit opus, Rex Rogir in Ciliciam advenit, nunc unam, modò civitatem aliam debellans, adeò quod populus Maſara volens eorum civitatem tradere prædicto Regi, hunc *Eſſariph* ad eum, in Oratorem legârunt, perfectâque oratione communitatis ſuæ præfatum librum Regi dicatum, dono dedit eidem. Cùm autem Rex totius Libri ſummam & ſubjectum intellexiſſet, ſtatim eum in Latinum transferendum dari juſſit, & Rex ejus doctrinam & res, quæ Latinè nunquam ſcripta fuerant, admirabatur, & tam ei gratus fuit liber, ut ſuum caſtrum quod ad præſens tenuerat, ei dono dederit; rogansque ut ſtaret in curia Rogir: At *Eſſariph* ſtare noluit, ſed caſtrum prædictum vendidit cuidam Baroni præfati Regis: nec mihi conſtat de pretio, niſi quòd millibus millium ducatorum; ſicque de Cicilia deſcendit civitatem Mauritaniæ. Dixit *Ibnu Elhuſſein* in Chronicis Ciciliæ, quòd dictus Rex ſemper præ manibus ſtudendo dictum librum tenebat, adeò ut aliqui ei dicerent è ſuis nobilibus: Quare, ô Rex, Excellentia veſtra Ptolomæum non videt? Qui etiam ipſe ſcripſit pulchra in hac ſententia. Quibus Rex reſpondit, quod Ptolomæus ſcripſerit de mundi parte; Eſſariph autem de Mundo. Mortuus eſt Eſſariph ætatis ſuæ anno. De Elhegira verò quingenteſimo ſextodecimo, in Civitate Civitat., & reliquit multos filios, & usque nunc de iis reperiuntur in civitate Fes & Thunis, & ſemper de illa familia aliqui reperiuntur Medici.

Mortuus A.H 516. An. Chr. 1138.

De

De *Ibnu Saigh.*

Ibnu Saigh, in civitate Mariæ natus eſt: cujus anteceſſores fuerunt Hebræi: qui maximus inter Philoſophos & Medicos erat: quam quidem medicinam didicit ab Ibnu Soharſen, Philoſophiam autem à Maslama. Compoſuit librum Epiſtolarum, & alios quàm plures, inter quos compoſuit Epiſtolam Cerva, quæ Arabicè dicitur *Epiſtola Simonis,* (fort. Tinonis à טין quod *lutum* notat) quoniam nomen habuit ab eo, qui natus eſt ex luto. Edidit etiam Epiſtolas ad fratres claros in vita Philophorum, quæ omnia ſapientiâ, ſcientiâque humanâ plena ſunt. Commentatus eſt etiam librum Euclidis, & quando Pater Averrois, fuit judex Cordubæ, dictus *Ibnu Saigh*, miſſus fuit in carcerem *propter Hareſim.* At multi Principes pro eo deprecati ſunt, eoque à Judice liberatus eſt. Dixit *Ibnu Giulgiul*, neſcit Pater Averois, *filium ſuum eo multo pejorem fore.* Mortuus eſt autem anno quingenteſimo quinquageſimo, in Civitate Mariæ in Provincia Betticæ. Mortuus A.H. 550. An. Chr. 1172.

De *Ibnu Zohar.*

Ibnu Zohar fuit è nobilibus civitatis Siciliæ, ubi Medicinæ operam dedit, qua ſervivit *Ibnu Habad,* rebelli, ſimiliterque filio ſuo, donec magiſtratu ſuo ac dignitate privatus eſt. Poſt quos *Joſeph, Ibnuttaſphin* Marochi Regis ſervitijs inſtitit, qui patrimonij dives fuit. Erant n. ei villæ, ac caſtra ſuis anteceſſoribus culta. Nunquam præmium ex ſua arte acceperat, neq; à pauperibus neq; ab artificibus: At Principum Regúmque munera non ſpernebat, & ab eis libenter accipiebat. Et multa etiam ſuis inimicis in Eleemoſynam largitus eſt, dicebátq;, quòd ij, qui eum oderant, ſine ejus culpa oderant, ſed potiùs invidiâ affecti. Ego verò arbitror beneficio eos pœnitere, meque cauſam fore, quòd peccata ſua, id eſt invidiam relinquent. Mortuus autem eſt *Ibnu Zohar* anno ætatis ſuæ nona- Mortuus A.H. 564. An. Chr. 1186.

nonageſimo ſecundo, de Elhegira verò ſexageſimo quarto, quem audivit Averrois, & ab eo medicinam didicit, &c.

Ibnu Thofail.

Ibnu Thophail ex civitate Siviliæ nobili genere ortus, cujus prædeceſſores venerunt cum exercitu ex Syria, qui oppugnarunt Betticam. Sui etiam ſemper aſtiterunt ſervituti [a] *Pontificum*. Poſtquam verò defecit dignitas illa, & titulus, multi in ea provincia rebellaverunt, & pater hujus omni officio, omnibúsque bonis ſuis privatus fuit, qua propter filius ejus literis incubuit, adeóque præſtantiſſimus *Philoſophus* effectus eſt, ac *Medicus*; à quo etiam didicerat *Averrois*, & *Rabbi Moiſes* Ægyptius, & multi alij. Omnes Ariſtotelis textus ab eo audiverunt, quem multoties in ſuis commentarijs citaverat Averrois. Mortuus eſt autem iſte, qui totius hæreſiæ cauſa extitit, anno quingenteſimo ſeptuageſimo primo in civitate Siviliæ &c.

Mortuus A.H. 571. An. Chr. 1193.

De Ibnu Zohar, vel Zor.

Ibnu Zohar, vel *Zor*, qui *Raſis* dicitur, ſupra dicti *Ibnu Zohar* filius, à patre medicinam didicit, & fuit vir doctiſſimus, & præſtantiſſimus in vita ſua, & maximæ ei fuerant divitiæ. Quando autem venit Manſor Pontifex, & Rex Marochi in Betticam, ſecum duxit hunc *Raſim* in Medicum, eúmque magna afficiebat veneratione, & venerabatur. Dixit *Ibnu Giulgiul*, quod *Ibnu Zor* quando ſeparatus, ac quaſi à ſuis repulſus apud Marochum ceu deſperatus erat, eóque ad ſui propoſitum aliqua carmina ſcripſit. Quadam die ingreſſus *Manſor* ejus domum, invenit dicta carmina, eáque non vidiſſe finxit: ſtatímque cùm foris eſſet, miſit nuncium ad Gubernatorem Siviliæ, ut ei adduceret totam familiam ipſius *Ibnu Zor*. Poſt viginti octo dies fuerunt in Marocho, & *Manſor* dedit eis quandam domum ornatam, fecitque ut *Ibnu Zor* ad eam iret

cauſa

[a] Arab. כליפה vel אמאם quorum illud *regionis*, hæc *religionis* potiſſimum ſignificatum includit,

cauſa medendi quamdam infirmam advenam. Cùm autem domum ingreſſus fuiſſet, invenit totam familiam ſuam, omnéſque ſuos, & vehementer admiratus eſt; & præ gaudio quaſi inſanus effectus eſt. Poſteà cognoſcens Manſorem hoc ordinâſſe, re peracta gratias ei egit immortales, & ita multiplicavit ſtipendium ſuum. Mortuus autem eſt *Ibnu Zor* ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo quarto, de *Elhegira* verò anno quingenteſimo nonageſimo quarto in Marocho. Compoſuit etiam multa opera in Medicina. Unum videlicet, de cura oculorum: Aliud, cui titulus eſt: *Proviſio peregrini, &c.* Mortuus A.H. 594. An. Chr. 1216.

De *Ibnu El Baitar*.

Ibnu El Baitar natus eſt in civitate Malagæ in Bettica Philoſophus, & Medicus præſtantiſſimus, herbariúſque maximus fuit. Eóque, è patria ſua diſcedens, ad orientem verſus, profectus eſt, perquirens Africam univerſam, atque Aſiam ferè totam, cùm verò ex India regreſſus eſſet, pervenit ad Chairum, & in ſervitiis *Saladini*, Soldani primi ex Chairo, ingreſſus eſt, quem magno affecit honore. At poſt mortem dicti Salahdini præfatus *Ibnu El Baitar* reverſus eſt domum ſuam; & ibi compoſuit præſtantiſſimum librum de *virtutibus herbarum. De venenis & Metallis. De animalibus*, ſecundum ordinem Alphabeti, tribus voluminibus completum. Qui obiit in Maleha anno quingenteſimo nonageſimo quarto de Elhegira, &c. Mortuus A.H. 594. An. Chr. 1216.

De Averroi.

Averrois nomine proprio vocatus eſt *Muhammed* cognomine *Abulguail*. *Averrois* autem nomen proprium eſt primi hujus domus. *Rectum* Arabicè eſt, *Ibnu Rosdin*; quoniam *Ibnu* ſignificat *filium*; & *rosdin* nomen proprium, ſignificans *rectum*. Inter Arabes quoque doctos vocatur *Ibnu Rosdin el haſidu*, qui latinè interpretatur *nepos*, ad differentiam avi ſui, qui ejuſdem nominis erat. Iſte autem natus erat in civitate Cordu-

hac, & nobili quidem familia: cujus Pater *judex*, & caput extitit *ſacerdotum* totius Provinciæ, & Betticæ, & Regni Valentiæ. Ita etiam avus ejus maximus, ac præſtantiſſimus *Legiſta* fuit, & ſecundus [a] Malich, & Theologus ſecundum Eſciarim: & quando Populus Cordubæ rebellis effectus eſt contra partium Princeps & caput (*fortè*: patrium Principem & caput) qui Terram more Principis ac Domini poſſidebat, Avus Averrois Legatus fuit ad Regem Marach, ut ei terram traderet: qui honore ab ipſo Rege affectus fuit, adeóque gratus, ut quicquid nomine communitatis ſuæ, à Rege petierat, ſumma gratia ei conceſſum fuerit à Rege prædicto. Et ei *duos Magiſtratus* largitus eſt, totius videlicet Regni Cordubæ Judicatum, atque ſacerdotum caput, in patriam ſuam cum honore ornatúque ſummo reverſus eſt. Poſt longum verò tempus obiit. Cujus filius in *judicem* & *ſacerdotem* maximum, voce Populi Cordubæ electus eſt, & Rex Marochi eum confirmavit. Hic fuit pater *commentatoris*, qui ſimplex *Legiſta* extitit. At ex ſua praxi dati ſunt ei magiſtratus prædicti: qui per multos annos vitam duxit lætam: & poſt hujus mortem itidem filium ejus in ſupradictos Magiſtratus, elegit populus: quoniam hic tum Legiſta, cùm Theologus magnus, ac excellentiſſimus fuit, qui ſummam exercuit juſtitiam, &c.

De (ejusdem Averrois) *fortuna & moribus.*

Quoniam autem aliqua de ratione, & patria diximus, ac de parentibus; nunc de vita, fortuna, ejúsque moribus dicemus. Dixit *Ibnu habdul Malich*, Marochi, *Ibnu habbar*, Betticæ hiſtoriographus, quòd judex Averois ex nobilibus, & doctis ortus eſt parentibus. Legis ſcientiam à patre accepit, etiámque ab *Albadi ibnu handin*, totúmque compendium *Sebuum* cum com-

[a] Qui unus fuit ex quatuor primariis Iuris Muhammedanorum Canonici interpretibus.

commento ſui Avi. Sic etiam Moaltam de Melich cum commento *Albagi*; & etiam recepit ſcientiam Alchorani; *artem* ſcilicet *lecturæ*; ab excellenti, & Magiſtro *Soraib Leſabi*, ab ipſoque audivit omnia opera *Eldeni*, cum commento ipſius *Maſchari*, & *Ibnu bathie*. Poſtea ſe Theologiæ omninò dedit ſecundum Eſciarim, eámque ſcientiam recepit ab *Ibnu Chalil* Theologo, poſt quæ Phyſicæ operam dedit. Et omnes Ariſtotelis textus, cum quodam commento brevi cujusdam Abubacar Græci, *Ibnu Thophail*: Medicinámque ab *Ibnu Zoar* addidicit; Aſtrologiámque & Mathematicam ab *Ibnu Saigh* doctus, eóque univerſalis effectus eſt. Illo autem tempore mortuus eſt judex Marochi, totiúsque Mauritaniæ. Tunc *Calipha*, ſive Rex *Marochi* cum Principibus ſuis elegerunt *Averoim* in magiſtratum, mittentes ad eum, ut veniret ad Marochum: & illo tempore effectus erat judex *Corduba*, voce Populi. Tunc *Manſor*, Calipha & Rex utrumque ei conceſſerunt, *judicem* videlicet, & *ſacerdotum Antiſtitem* Betticæ, & Mauritaniæ. Quapropter relicto deſtinatóque Cordubæ vicario ad Marach tendit: Quò pervento ſtatim in Terris, ac Mauritaniæ partibus judices delegavit: Poſt quæ Cordubam regreſſus eſt.

Dixit *Ibnu El habar*, quòd Averois vir profectus erat circà humanam naturam: quoniam vir prudens, patiens, *liberalis*, *ac pius* extiterat: adeò ut eo tempore, quo judex fuerat, nunquam in criminalibus nec concilium, neque ſententiam protulerit. Sed ad vicarium & dirigebat, & deſtinabat. *Mirabilis etiam erat in patientia*; quoniam multi nobiles ac *Corduba doctiſſimi ei adverſabantur*, adeò ut quodam die, legente eo in Collegio Legiſtarum, ſuper cathedram venerit quidam ſervus ſui inimici, & in aurem ejus locutus ſit. Tunc Averois mutata facie *ſic, ſic*, reſpondit. Paſſaverunt autem adhærentes, cum aliquid ex parte Domini ſui nunciaſſe. Poſteà au-

autem die ſequenti ille idem reverſus deprecans veniam petit: & in omnium diſcipulorum præſentia confeſſus eſt, ſe multam ei injuriam dixiſſe, cùm in auribus locutus eſt. Cui Reſpondit Averois: *Pareat tibi Deus, quoniam* me patientem publicâſti, & de ea mihi parum eſt: Et eidem famulo certam quantitatem pecuniæ tradidit, dicens: *Quòd mihi feciſti, alteri ne feceris.* Cui nunquam reſpondit. De liberalitate autem ſua dicebant Chroniſtæ *Ibnu El habar*, & *Ibnu habdu malich*, quòd Averroi erat qualitas bona tum ex parte Matrimonii, cùm ex Magiſtratu, & ſemper debebat alicui ſolvere aliquid: quoniam *pauperibus doctis Eleemoſynam largiebatur, ſive amicis, ſive inimicis.* Cui ab amicis poſtea dictum fuit: O Abalgualid! quomodo largiris tuum, inimicis tuis? Reſpondit. Vah, O Miſeri! qui non cognoſcitis, *liberalitatem non eſſe, qua parentibus, & amicis dantur*: Quoniam voluntas quædam naturalis eſt. Verùm *liberalitas eſt inimicis, ac malevolis largiri!* & ſi accidens, quòd præ manibus eſt, non ego, nec prædeceſſores mei ex mercatura, nec ex arte, neque armis acquiſivimus, at virtute tantùm lucrati ſumus: nónne neceſſe eſt etiam virtute conterere? Reperio etenim me, & *beneficia conquiſiviſſe, & inimicos in amicos vertiſſe*. Dixit *Ibnu El habar*, quòd Averroi erat caro pinguis, & *parùm comedebat, continueq; in die ſemel, ac nocte.* At bonis nutriebatur cibis, & ſemper legens ipſe Legis libros, aut Philoſophiæ majorem noctis partem vigilabat: & quando hæc eum faſtidierant, Poëſeos, aut Hiſtoriæ libros cernebat: Nunquam viſus eſt *vana feciſſe, neque ludum aliquem.* Dixit *Ibnu habdul Malich*: Quando venerat Averrois ad Marach, ut moraretur, ſecum duxerat filios duos mares, & duas fœminas, quorum junior magnus, & humaniſta, & Arithmeticus fuit, Aſtrologus etiam, & Logicus, & multis pollebat virtutibus. Fuit autem humanæ formæ, ac mirabilis virtutis; & multi *Manſeris* affines eum petierant, ut eum

Magiſtratibus, dignitatibúſque decorarent: quibus pater ſe excuſaverat, dicens: Nullos ex familia noſtra in curia aliqua ſervitiis inſiſtentes extitiſſe: Ego autem præter conſuetudinem meorum prædeceſſorum eſſe nec volo, nec opto. Et dicto ejus filio quilibet filiorum Manſoris, & fratres grati erant. Cui ? --- ſecum ſæpiſſimè equitabant. Et ut conſolaretur etiam pater ſuus, continuè à dextris magni conſilarii ſpatiabatur tum equitando, tum pedibus deambulando: quæ quidem potiùs Patri diſplicebant. Dixit Hiſtoriographus, quòd Averrois erat *homo benignus, cunctis placens, & ſemper ſuis paribus nugabatur*; quas quidem nugas etiam Poëticis auctoritatibus & ſuſtentabat, & comprobabat. Quadam die verò exiſtente cum amicis quibusdam, colloquentibúsque ingreſſus eſt filius ejus cum aliquibus ſociis juvenibus: quos cùm animadvertiſſet, Averrois protulit duo Carmina, ad verbum ſignificantia: *Rapuerunt pulchritudines ſua capreolo pulchritudinem ſuam, donec miratus eſt omnis pulcer in Te. Tibi eſt pectus ſuum, & oculi ejus, & ſtupor ejus, verùm cras cornua ſua patri tuo erunt.* Poſt quę dixit, maledicta ſit peregrinatio: *Quando eram juvenis aliquando patrem meum puniebam: nunc autem ſenex effectus: filium meum punire non poſſum.* At Deum reprecor, ut prius quam ei videam aliquid contra voluntatem meam, eum mori faciat. Sícque prius quàm tranſirent menſes decem, filius ejus mortuus eſt; & major ſolus remanſit, qui Judex opinionis & ſectæ effectùs eſt. Et dixit *Ibnu habdul Malich*: quòd quadam die venerat juvenis quidã ex nobilibus Civitatis *& dixit* Averroi: O Domine Judex, da mihi in uxorem filiam Tuam; & quanti eam ponderaveris, itidem aurum tibi tradam. Et Averrois, præſumptionem juvenis admiratus, reſpondit: Fili mi, quid enim ſcis an filia mea ſit turpis, an decora, & pulchra, aut ſi contentus ea fueris? Dixit juvenis, comparationem ejus vidi, fratrem ſcil. ejus. Tunc Averrois reſpondit:

Timeo, te eam non cognoviſſe ob impetum tuum: & juvenem puduit vehementer, & receſſit: qui poſtea nunquam rediit; & à Patre nupta eſt cuidam affini Manſoris.

Dixit *Ibnu Elhabar*, quòd Averrois fuit etiam Legiſta ſecundum [a] *Malich*, & Theologus ſecundum *Eſciarim*, hoc eſt, ſecundum opinionem ejus. At ſecundum opinionem vocum imitabatur *Ariſtotelem*, & multi nobiles, ac *Civitatis Corduba Doctores, & Viri præſtantes ei invidebant*; prout *Ibnu Zoar* Medicus, & ſui Præceptoris filius; *qui decreverunt eum hæreſis incuſare*, mediantibus eorum filijs & familiaribus ſervitiis ei inſiſtentibus; qui finxerunt eos lectionem audire velle Philoſophiæ, quibus annuit ipſe. Inter *legendum autem ſuam Philoſophalem fidem detexerunt. Convocatúmque notarium de ejus opinione inſtrumentum confecère, eúmque hæreticum appellabant*: & quaſi numero centum teſtificati ſunt, eum eſſe hæreticum, idemque inſtrumentum ſubſcripſerunt, & ita ſubſcriptum ad *Manſorem* miſerunt in Marach; quem cùm vidiſſet *Manſor*, contra Averroim iratus eſt, publicè dicens: *Hunc noſtra Legis non eſſe patet.* Quapropter præcepit edictum in Corduba, *ut Averrois, in Judæorum vico, cum Judæis commoraretur*, omnémque ejus ſubſtantiam confiſcari fecit, adeóque per multos dies inter Judæos verſatus eſt. *Et quibusdam vicibus eunte eo oratum in Meſchitam pueri Civitatis lapidibus eum eduxerant, quod ſufferre non valens eò diſceſſit ad Fes*, Civitatem Mauritaniæ, ibíque incognitus per aliquot dies moratus eſt, & poſtea cognitus eſt; & Gubernator eum *in carcerem duxit*, & Manſori ſignificavit, quid de eo agendum eſſet. Tunc Manſor *congregavit multos Doctores tùm Legiſtas, cùm Theologos, quos conſuluit quid iſte merebatur?* Cui plurimi eorum dixerunt, *eum, propter hæreſin, mortem mereri: nonnulli verò reſponderunt*, quòd non videba-

[a] Quatuor erant Antiſtites ex quibus & hic *Malichus*, qui diverſam tradebant rituum & Ceremoniarum, aliarúmque Leiturgiarum explicationem; dogmatica verò æſtimabantur ex Aſchario &c. Vid. Hiſt. Orient. Lib. 11, c. 6.

Digitized by Google

videbatur honeſtum eum vita privare, & perdere; quoniam ipſe, ut Legiſta & Theologus magis cognoſcebatur: Non enim dicetur per Regiones & Regnum, quòd damnatus ſit Hæreticus; *verùm, Theologus, Legiſta, dicetur damnatus eſt: Quapropter non ampliùs fidem dabunt noſtra fidei infideles; ſed deviabitur fides noſtra & minuetur.* Dicetur etiam, quòd *Doctores Africa inveniunt, inquirúntque cauſas, quibus alter ab altero mactetur, & alium interficiat.* At juſtior videbitur, ut ipſe juxta portam majoris Meſchitæ ejus opinionem revocet, ob quam ſpernetur; ubi, an ipſum pœniteat, interrogetur: Quòd ſi pœnituerit, Excellentia veſtra parcat ei, quoniam nemo ſine crimine vitam ducit: Et hoc Conſilium *Manſori* placuit, eúmque Averroim in Gubernatoris manus tradidit, ut quod ipſi conſuluerant effectum daret: Eóque *die quadam Veneris antè Orationem è carcere ductus, juxta portam Meſchitæ in altiori gradu, delecto capite ſtatuerunt:* & quilibet in Meſchitam ingrediens, in faciem Averrois expuebat. Perfectâ autem Oratione venerunt Civitatis Doctores cum Notarijs, & Judex cum familia ſua, & interrogaverunt eum miſerum, ſi ſuæ hæreſiæ ſe ipſum pœniteret; qui reſpondit, quòd ſic. Tum miſer *Averrois* remiſſus diſceſſit, & per aliquot dies ſtetit in Fes, legens Textus Legis. Poſt quæ *Manſor* conceſſit, ut rediret in Cordubam domum ejus. Domum igitur reverſus per multos dies ac per aliquot tempus in maxima parte pauper, & ſine libris, & facultate aliqua: poſt aliquos verò menſes videns *Manſor*, quòd Judex, qui poſt Averroim Magiſtratum tenebat, exercebátque, nulla ei praxis ineſſet, & omnes Terrarum Judices ſe malè habebant, de quibus populi ob injuſtitiam lamentabantur: adeóque *Manſor* concilium convocavit generale, & quemlibet vocavit, ſi Averroi reſtituendum Magiſtratum eſſe videretur, quorum major pars conſenſit. *Manſori* igitur ad Averroim in Cordubam nuncium

deſti-

deſtinavit cum chirographo per eundem ſubſcripto, ut ad Marach ſtatim proficiſceretur; & Magiſtratum ejus, ſicut priùs, adminiſtrare; quem *Manſorem* adeptus Averrois cum tota familia ſua è Corduba diſcedens ad Marachum pervenit, ubi ad mortem uſque vitam duxit.

Dixit *Ibnu Elhabbar*; quòd Averrois interrogatus fuit, quomodo ſe habebat tempore ejus perſecutionis? Reſpondit, ſibi gratum fuiſſe, & deſpexiſſe. Cui dixerunt quidam ejus benevoli: Quomodo eſt poſſibile, quòd homini eodem tempore duæ ſint qualitates. Dixit: *Lætatus* ſum, quoniam Magiſtratûs pondus, & curam reliqueram, & totius populi impedimenta. *Triſtatus* ſum falſis teſtibus ac contra me mendacibus: nec ad Magiſtratum voluntariè redij, ſed donec Populus de rebus mihi injuſtè effectis claruerint, veritátemque cognoverint.

Ejusdem opera ſunt:

Præſtantiſſimum ac notiſſimum, *Ariſtotelis Commenta*: Expoſitiones *Reipublicæ Platonis*. Expoſitiones de Anima. Expoſitiones *Articulorum Medicinæ*, quæ Arabicè dicuntur *Orgioza*; id eſt, *Cantica brevia Avicennæ*. Defenſiones Philoſophorum contra Gazzalim. *Vigiliæ* ſuper errores repertos in Textibus Legis Civilis, tribus voluminibus abſoluta. Plurima enim Cantica edidit Avicenna, quæ *Averrois* declaravit, & ipſe quidem *Averrois* infinita compoſuit, quorum aliqua exemplis & moribus plena: aliqua verò amatoria: ſed tempore ſenectutis ejus omnes combuſti, & comburi juſſit, & dixit; *Hominem ex dictis judicatum fore: ſi autem malè locutus ſum, ſtultitiam meam demonſtrare non volo*; & ſi cui placuerit, ſapiens judicabor, & ego me non eſſe cognoſco. De ſuis quidem Carminibus tantùm duo reperiuntur ad verbum ſignificantibus: *Inobediens enim fui voluntati meæ juvenis, at quando tempus cum calvitie ſenectuteq; agitavit me, tum parui voluntati meæ. Utinam natus*

rnatus fuiſſem ſenex; & in juventute abſolutus. Reverſio quidem poſitionis eſt. Poſtremò hic à multis laudatus, à non nullis verò alijs vituperio affectus eſt. Eoque Eblebri ſuis in Comœdiis quoddam Canticum, nomine duorum Collitigantium, compoſuit: qui quandam in ſtatu amoris poſſeſſionem litigabant; alter verò talem quæſtionem abſolvebat; fecit ut Averrois ſolveret. Adverſarius ejus ſcripſit epiſtolam, quâ vituperabatur Averrois, eum de hæreſi infamando; & alius ſcripſit aliam, laudando eum de nobilitate, juſtitia & doctrina: quę quidem Epiſtolæ ſunt longiſſimæ, quarum volumen hoc non eſt capax. Dixit Interpres, ſe vidiſſe dictas Comœdias cum expoſitione *Eſſeriph*, quibus multa elegantia, & gratia ineſt; quæ in uſu non eſt, aut parùm apud Arabes doctos. Poſtremò mortuus eſt Averrois in Civitate *Marochi*, & fuit ſepultus extra Portam Coriariorum, tempore Maumedis Manſoris, *Pontificis* ac *Regis*, anno ſexingenteſimo tertio de Elhegira. Dixit Interpres ſe vidiſſe ſepulcrum, & Epithaphium ejus. Mortuus A.H. 603. An. Chr. 1225.

De *Elmùhaied Ettoſi.*

Elmùhaied Ettoſi natus eſt in Civitate Tos, Vir nobilis & dives. At quando venit *Holacus*, Tartarorum Imperator, *Tos* expugnata fuit & diruta, & hujus divitiæ eo infortunio perierunt. Tunc Muhaiad modum vivendi docere incœpit: eò quod Holacus in magiſtrum ſuum recepit eum: qui Philoſophiam eum docebat; & majora ei commendabat, eúmque Oratorem, in Civitatem Bagdad, ad Chalipham deſtinavit: quoniam Holacus Maumedanorum reſidentiam ſciebat ibi eſſe. Et cùm perveniſſet ad Bagdad, perrexit ante Chalipham, quem ſprevit, dicens ei: O *Philoſophe, nos alij percipimus, vos Aſia eſſe cornutos; quare vos veſtra non attuliſtis?* Reſpondit: Domine, quantociùs potero ea mittam. Perfecta igitur audientia, Ettoſi ſtatim ſcripſit Domino ſuo per Nun-

 cium,

cium, ut citò præpararet ſe, & veniret ſtatim; quoniam ibi non erat, qui eum offenderet. Quod novum intelligens Holacus ſtatim cum Exercitu ſuo cœpit iter, & brevi ad Civitatem Bagdad pervenit. Tunc *Ettoſi*, absque licentia Caliphæ, è Bagdad diſceſſit; & poſtquam pervenit ad Caſtra, ſcripſit ad Calipham: *Domine memineris de meo tam feſtino diſceſſu, quoniam intellexi cornua mea adveniſſe: quibus obviavi.* Verùm præparate vos, ut cum eis pugnetis. Poſt quæ, Caſtra venerunt, & aggreſſi ſunt Civitatem per tres menſes ferè; & denique Tartari ingreſſi ſunt; & infra octò dies interfecerunt octingenta millia hominum tam ex maſculis, quàm ex mulieribus & pueris. At Calipha in Arcem Palatij ingreſſus eſt, quam muniri fecerat. Poſtquam accepto ſalvo conductu ab Holaco ipſe exivit, & ad eum coram acceſſit: quem ſtatim, cùm vidiſſet, alligari juſſit cum omnibus familiaribus ſuis; eóſque quibusdam hiſpidis cooperuit; & ſic equos deſuper currere fecit, donec omnes inter Equorum ungues conſumpti ſunt. Dixit *Maſendrani* Hiſtoriographus Tartarorum, quòd Philoſophorum ſpretus ac deriſus fuit cauſa deſtructionis Civitatis, ſicut illa, atque unius ſtatus, & dignitatis, & dixit: *Aliquas pennas ſufficere magis, quàm centum millia equorum armatorum.* Et dixit Ibnu Fadlilla, quòd *Ettoſi* malè, propter hoc, habitus eſt, apud *Maumediſtas* in vita ejus & poſt mortem; qui mortuus eſt in Civitate Samrahand in Aſia, anno ſexingenteſimo ſeptuageſimo nono de Elhegira. Sunt autem ejusdem opera: Commentum *intentionis Philoſophorum*. Commentum *Logicæ Raſis*. Commentum *Metaphyſicæ Avicennæ*.

Mortuus A.H. 679. An. Chr. 1301.

De *Ibnu El Chathib*.

Ibnu El Chathib Raſi, fuit de Civitate Rai, Vir ſingularis Philoſophiæ ac Theologiæ, & *fuit magnus Prædicator, de quo vivebat*; & in quemcumque locum ingrediebatur, magna ej munera præſtabantur, quorum major pars inter pauperes ab eo di-

diſpenſabatur, pars verò pro ſe, ac ſuis tribus famulis ſervabatur. Quem perſecuti ſunt Theologi Bagdad ob hæreſis infamiam, & detentus eſt in carcere, donec illius Temporis Calipha eum diſputare fecit cum præfatis Theologis: Quadam die omnibus convocatis relictus eſt, & multa ej munera præſtita fuerunt. Poſt quæ receſſit de Bagdad, & pervenit ad Chairum, ibique peraudita maxima Averrois fama, decrevit eum perquirere, eóque in Alexandriam pervenit, ubi de carcere Averrois intellexit, qua de cauſa rediit Bagdadum, ibique ei venenum poto datum à Mathaſila, adverſario Eſciari. Opera ejus ſunt: via publica Theologiæ, Judicia Theologiæ, Lampas Theologiæ, Breviarium in Commentum Ariſtotelis, Magnum commentum Chorani, Abbreviatio Metaphyſicæ Avicennæ, cum ſuis commentarijs. Solutio mille conſtitutionum in Theologia, Deſiderium in ordine diſputationum, Decretum abſconditum Magiæ, & Cabbalæ. Omnia autem ejus opera inveniuntur, præter Magiæ volumina. Poſt mortem ejus inventa ſunt quædam ejus carmina, *ſignificantia mundum eſſe æternum, & quòd animæ ſunt mortales,* & populus hæc intelligens ſtatim è ſepulchro &c.

Deſunt *quædam* tum in Proſopographii Ibnu-Elchatib, Raſi; tum univerſa Ibnu-Banna, Ibnu Hudeil; quædam Ibnu Elchatib; quędam tamen adhuc ab interitu vindicata ita habent.

παραλειπόμενα de *Ibnu-Elchatib.*

deinde nepoti, videlicet Regi *Abu habdilla.* Quando autem rebellis fuit Rex Haſir, frater conſobrinus Regis Abuhabdilla, dictus Rex aufugit ad Fes, & etiam Ibnul chatib, & prima die, qua ei audientia conceſſa eſt, Ibnul chatib dixit longum canticum, in ſui Regis qualitate.

Videlicet, quomodo abjectus ſit, & ex regno privatus, ſuppliciterque deprecans, in eo Regem Fes, ut ejus miſereatur: adeóque Rex deſtinavit exercitum in Bethicam in auxi-

 lium

lium Regis Granatæ, ſicque diſceſſit *Ibnu Elchatib* cum familia de Fes; poſtquam mare transgreſſus eſt, omnis Terra ad quam tetenderat, ipſe ſe ipſam ſponte tradebat illi; adeóque in Granatam pervenit, cujus adverſarius aufugit in Caſtiliam. Sicque reverſus eſt *Abu habdilla* in ſtatum ejus; & miſit ad *Ibnulchatib*, ut veniret ad Granatam cum familia ejus. *Ibnulchatib* autem dimiſit familiam Regis, & ipſe remanſit in Fes. Quapropter iratus eſt Rex contra *Ibnul Chatib*, noviſſimè autem blandis verbis in Granatam reverſus eſt. Cùm verò illuc veniſſet, invenit parvulos ejus, majores effectos: Sicque Magiſtratum minimè libenter aſſumpſit; & inimici ejus ſemper eum inſequebantur. Incuſantes eum de eo, quod non commiſerat. Rex verò decrevit eum in Carcerem duci, ac bona ejus confiſcari: quod, cùm ipſe præſenſiſſet, in theſauros Regis manus impoſuit, accipiens omnia pretioſiora, & ad Fes aufugit, ubi maxima ei familiaritas erat, tempore, quo cum Rege extiterat. Poſtea, cùm hoc ad aures Regis perveniſſet, ſtatim è carcere quemdam Principem Fes eduxit, qui à Patruo ſuo incarceratus fuerat, & ei magnum deſtinavit exercitum, gratia mittendi exercitum in regnum Fes. At prius pactus fuerat cum eo, quòd ſi regno potiretur ſuo, ut in manibus ejus *Ibnul Chatib* tradat. Poſtremò, dictus princeps potitus victoria, interfecit ejus patruum: & poſt paucos dies Rex Granatæ miſit in nuncium Secretarium ejus majorem, ad gratulandum Regi Fes, poſtulandumque *Ibnul Chatib*; & oratione peracta *Ibnul Chatib* captus fuit, & tormentis & cruciatibus fuit traditus, donec quod receperat confeſſus eſt; & quod acceperat reſtituit: quadam autem nocte ſuffocatus fuit. Verùm Rex Fes nolebat ut occideretur, adhibendo excuſationes, *quòd non debebat mori facere talem virum doctum*: Tunc Rex Granatæ confecit inſtrumentum, à centum viris doctiſſimis ſubſcriptum, teſtificantibus, quòd *Ibnul Chatib*

fuiſſet

fuiſſet hæreticus, in fidem & propter quod mortem merebatur, & quòd communitatis theſaurum defraudâſſet. Tunc Rex Fes oſtendit dictum inſtrumentum conſilio doctorum, nec quiſquam fuit, qui eum adjuvare poſſet: & in manè extra portam *Diſſariha* ſepultus fuit: & in manè noctis ſequentis, detumulatus inventus eſt; cujus omnis caro fuerat rubore effecta, ſicque collecta fuerunt oſſa ejus, & è tumulo effoſſa.

Dixit *Ibnu Geuſi*, Chroniſta, quòd *Ibnulchatib*, fuit vir magnæ elegantiæ tum in proſa tum in verſu: *adeóq; tempore ejus nunquã neq; Cancellarius, neq; Secretarius par, aut ſimilis extiterit.* Sed quilibet fatebatur, & ſimpliciter fatetur, eis non eſſe illam gratiam, quæ nec lingua, nec calamo ſcribi poteſt. Propter quod à Pontifice Chairi, atque Curiæ Orientalis titulus ei datus eſt; *lingua fidis*; diciturque quod *Ibnulchatib* nihil ſcripſerat pro parte Domini ſui: qui effectus fuerat, quod volebat, propter epiſtolarum elegantiam: quoniam erat ei gratia quædam colligandi tum carmina, tum exempla poëtica, aut dictiones Philoſophiæ, ac etiam res ſacras, *quibus, & corda, & omnes hominum ſenſus tetigerat.* Opera autem ejus ſunt:

Famoſiſſimus liber in Medicina, cujus Titulus eſt *Elm-ſuphi.* In quo medicorum omnia conſilia collegerat, cum eorum argumentis, & rationibus ſecundum omnium opinionem, & noviſſimè; quo medici moderni utuntur brevibus verbis exprimit. Flos *Cancellariorum*, Secretariorumque, in quo ſunt omnes ſuæ Epiſtolæ, quas nomine ſuorum Dominorum Imperatori, Soldano, & Regibus Africæ ſcripſerat. Sic etiam adſunt Epiſtolæ, quas ſuo nomine multis dominis Secretariis, atque ſui ſimilibus conſiliariis detulerat; tribus voluminibus collectum: & parùm iſte liber in Bibliothecis magnorum virorum reperitur.

Dixit Interpres, ſe hunc vidiſſe; & ſemper eum præ manibus habebat, & nunquam eum, usque ad ſui è Fes diſceſſum;

 dimi-

dimiſerat, atque deſeruerat; eundémque ei commodatum fuiſſe in Tunis; donec ibi moratus fuerat.

Chronica Granatæ, omniumque hominum notabilium doctiſsimorum, & Dominorum, qui ingreſſi fuerant in Granatam, in *duodecim voluminibus*.

Hiſtoria Maumedanorum verſibus compoſita. *Hiſtoria* Regum, ac Dominorum *Granatæ*. *Textus Theologiæ*, carminibus editi. *Intentio Philoſophorum* ſimiliter. *Phylacteria margaritarum* precioſarum. Recenſebat in ea omnes Poëtas doctiſſimos, Artiſtas atque Legiſtas. Videlicet illos, qui fuerant ejus præceptores; ac etiam illos, qui ſui pares extiterant. Recenſuit etiam omnes diſputationes inter eum, & ipſos exiſtentes, & eorum mores, & carminum, & Epiſtolarum flores. *Sol Februarii*. Opus in vituperium, & laudem civitatum egregiarum, quas ipſe viderat. In principio autem ejus laudat quandam Civitatem, & ejus populum; quod creditur ab omnibus, talem civitatem habere non poſſe tale aliquod vitium; & è converſo.

Poſtea verò, cum quibuſdam exceptionibus vituperantibus, omnes conſiderat laudes præteritas ſuffeciſſe in Excuſatione vitiorum ſubſequentium; ob *quem librum à Dominis & populis malæ opini onis habitus eſt, & inimicatus*. Sed propter ejus doctrinam *& linguam, eum venerari cogebantur*. Et omnia ejus cantica, & carmina *Ibnu Giuſei* diſcipulus ejus, collegit; & ſuo tempore gloriabantur homines docti totius ſcientiæ habere titulum ac diſciplinæ, diſcipuli ipſius *Ibnul Chatib*: qui ſuffocatus fuit anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo de Elhegira in civitate Fes.

Mortuus A H.777 An. Chr. 1399.

De Ettphtheſeni.

Ettphtheſeni natus eſt in Provincia *Taphtbaſan* in Chorazano, qui fuit nobilis *Philoſophus*, & *Theologus* ſecundum Eſciarim; poſtea aggreſſus eſt ſervitutem *Damerlang* conſiliarii

majoris,

majoris, & locum tenens effectus eſt Imperatoris Tartarorum, póſtque Júdex exercituum Aſiæ effectus: & quando diſceſſit *Demerlang* ut iret in Syriam, atque Ægyptum, contra *Barok* Soldanum maximum, reliquit eum in locum tenentem ſtatus Chorazani. Cùm autem *Demerlang* fuiſſet in Syria, omnes gubernatores Aſiæ, & principes curiæ de Chrachron decreverunt rebellare contra *Demerlang*; cum quibus erat *MoradChan*, Filius Otomanni, Regis *Armeniæ*, & Anatoliæ. At cùm ad aures Demerlang deveniſſet, tale nomen, ſtatim reliquit aſſumtum contra *Soldanum*, & reverſus eſt in Aſiam, capto itinere per Armeniam & cœpit *MoradChan*, & imponi juſſit *in quandam ferream caveam*, in qua eum ſecum duxit. Poſt, quæ pervenit ad Aſiam vindicando ſe contra rebelles; nam aliquos palo deſtinat, aliquos ſuſpendit, & alios trucidat: Et ſic captus fuit *Ettephtheſeni*, & in carcerem deductus, ubi per quatuor manſit annos in arce Taphthaſani. Mortuus eſt anno octingenteſimo quinto decimo de Elhegira. Opera ejus ſunt. Mortuus A. H. 815. An. Chr. 1437.

Commentum ſuper Logica *Ariſtotelis*. Commentum ſuper articulis Haſaph[illegible] *Theologia*. Commentum ſuper Lampades *El Cuſuini* in Rhetorica. *Hiſtoria* Dominorum Tartarorum. *Epiſtolæ* imperiales. *Regula rationis* Criminalis, ſecundum ordinem Tartarorum.

De Abulhaſan.

Abulhaſan, Ibnu Haidor, natus eſt in Civitate *Fes*, qui Philoſophus, Medicus, atque Aſtrologus fuit, qui etiam permultos annos Regibus Fes in ſervitutem tradidit, & Medicus eorundem extitit: multaque opera compoſuit, quorum magis nota ſunt:

Cura Peſtis. Canon, ſive Regula faciendi Horologia per umbram. Epiſtola, quâ docetur uſus Aſtrolabii. Articuli Logici

Digitized by Google

gici Carminibus editi. Qui mortuus eſt ex peſte anno octin-
Mortuus A.H. 818. An. Chr. 1450. gentesimo decimo octavo in Civitate Fes.

Abubahar.

Abubahar, Ibnuchalſon natus eſt in Civitate Granatæ, qui fuit Philoſophus, Medicus, & Aſtrologus gratia plenus, ac Poëta elegans in Epiſtolis ſuis, adeóque Rex duxit pro eo, promittens ei bona plurima; & ductus *Abubahar* Regi reſponſum dedit his duóbus verſibus ad verbum: *Recepiſti mihi præſumtionem, quod equitarem malè. Alteri quàm mihi attribuite hoc conſilium. Non es tu Noe, donec ſalvet me arca ſua; nec minus Chriſtus ſum, donec ambulem ſuper aquas.* Cùm autem tale reſponſum Rex vidiſſet multùm riſit; & ei pulcra munera dono dedit, & ſcripſit. Si vis venire, bene; eas, & feliciter gradiaris; ſin autem, nolo Jubere, te Noe, aut Chriſtum fieri. Mortuus eſt autem *IbnuChalſon* anno octingenteſimo vigeſi-
Mortuus A.H. 828. An. Chr. 1450. mo octavo in Civitate Granatæ.

Explicit de quibuſdam Viris Illuſtribus apud Arabes, per Johannem Leonem Africanum.

De quibuſdam viris Illuſtribus apud Hebræos per Joannem Leonem Africanum.

Iſaac, fil. Erram.

Iſac, filius fuit Erram Iſraelitæ, Medicus, ac Philoſophus, natus in Civitate *Damaſci*, qui addidicit in Bagdad: qui ſervitutem Zaide, vicarii Affricæ, aggreſſus eſt: & iſte conſuluit vicarium, ut deſereret habitationes Civitatis Cairavan. Adeò ut aliud oppidulum ædificaret apud Cairavan, ubi moratus eſt usque ad mortem: quod oppidum nunc eſt dirutum: & prædicto vicario alius medicus *Chriſtianus* erat, & tempore comeſtionis inter ſe diſſerebant, & verſabatur diverſitas in quæſtionibus propoſitis. Poſtea verò ægrotante vicario, quicquid Iſac ordinaverat, dictus *Chriſticola* vituperabat & de ordinaverat: adeóque prædictus *Iſac* non amplius accedebat ad videndum Dominum ſuum: & interrogatus, quare

hoc

hoc feciſſet? Reſpondit, *quia diverſitas, ac differentia duorum medicorum ſupra unam perſonam pejor eſt febre tertianâ.* Iſte *Iſac* compoſuit librum de *Cura Venenorum*; quoniam in *Chairavan multi ſerpentes, ac ſcorpiones reperiuntur*; pro ut etiam nunc videri poteſt. Mortuus eſt autem anno centeſimo octuageſimo tertio de Elhegira, in Civitate Cairavan. Mortuus A H. 183. An. Chr. 705.

De *Emram.*

Emram, Filius Iſac, natus eſt in Civitate *Toleti* Hiſpaniæ, Medicus, Philoſophus, Aſtrologus, extitit, & ſuo tempore Rex Hiſpaniæ cœpit, atque oppreſſit dictam civitatem, & oportebat eum habere (neceſſe erat ei adeſſe) *ſecretarium Lingua Araba duabus de cauſis, tum propter terra populum*, tum etiam propter ſcripturam litterarum ad Dominos, & vicinos regionis illius; adeóque iſte *Hemram* magnam ejus magiſtratus diligentiam oſtendit. Rex autem cùm eum vidiſſet, plurima ei commendavit & confidit. Poſtea accidit, quòd Rex dèſtinare volebat Oratorem ad Dominum Siviliæ, cauſâ recuperandi quædam tributa, eóque delegavit dictum *Hemram,* qui pervenit in Siviliam, &, oratione peractâ, dictus Dominus pollicitus eſt ei infra parum tempus, & brevi, dictum tributum ſolvere. Cúmque prædictus Dominus ſolutionem dictam ſolvere diſtuliſſet atque differret, & exigere *Hemram* non poſſet, ſupra dictus *Hemram* magna præſumtione uſus, inhoneſtè locutus eſt contra Dominum in conſilio publico; & ſic iratus eſt contra *Hemram,* & juſſit publico conſilio interfici. Cùm autem hoc intellexiſſet Rex Hiſpaniæ, decrevit venire in Siviliam, ut Dominum puniret, & pejorem & potiorem pœnam adhiberet. Quod cùm præſenſiſſet præfatus Dominus, cucurrit ad *Gebiltar* & ante pedes *Juſeph*, filii Thephin, Regis Marochi proſtratus, factum Oratoris Judæi accenſuit: qui dictus Rex decrevit ei auxilium præſtare, & cum perſona ſua & ejus poſſe ſubvenire. Eóque cum exercitu ſuo diſceſſit,

Araccuſi.

& in Bethicam pervenit Hiſpaniæque occurrit, & obviam dedit, loco qui dicitur Arattuſi; & major pars exercitûs interfecta eſt. Sicque reverſus eſt Dominus Siviliæ in domum ſuam, & Rex Marochi in Mauritaniam. Fuit autem interfectus dictus *Hemram* anno trecenteſimo octuageſimo ſeptimo, in Civitate Siviliæ.

Mortuus A.H. 387. An. Chr. 1009.

De *Moyſe, Ibnu Maimon.*

Moyſes, Ibnu Maimon natus eſt in civitate *Corduba*; qui fuit Medicus, Philoſophus, Aſtrologus atque Theologus ſecundum *Rabbanim*; (quaſi ſecundùm opinionem *Aſciarim*) quas diſciplinas & ſciencias didicit, & audivit ab *Ibnu Thophail*, & ab *Ibnu Saig*, & etiam ab *Averoi*. Cùm autem *Ibnu Thophail* ejus diligentiam in ſtudiis perſpexiſſet, eum *Averoi*, commendavit, ut in neceſſariis ſubveniret ei, & cauſa manutentionis auxiliaretur; quoniam dictus *Ibnu Tophail* eum in dictis ſcientiis floruiſſe præviderat, prædictúmque *Ibnu Thophail* usque ad mortem audivit Moyſes: poſt quam ab Averoi, usque ad tempus diſgraciæ ejus; & quando *Averois* inter Judæos commorari juſſus eſt, & ductus; prædictus *Moſes* aufugit, timens, ne eum præſentare aut revelare cogeretur: eóque, ne de eo interrogaretur, ob ejus amicitiam, maluit diſcedere potiùs & aufugere cum ſuis in *Elmaria*: Et navim ingreſſus ad *Chairum* profectus eſt; ubi in ſervitutem *Malich El Hadul*, Ægypti Soldani, receptus eſt. Poſtquam ſervitiis *Malich Eſſalch*, & nimio apud eum honore affectus eſt; ibique in Chairo ad mortem usque moratus eſt; & reliquit filium, tanto patri ſimilem in doctrina; qui obiit anno ſexingenteſimo quadringenteſimo.

Mortuus A.H. 640. An Chr. 1261.

De *Abraham*,

Abraham, Ibnu Sahal ex Civitate *Sivilia* oriundus, Cordubæque habitator, qui fuit *Philoſophus*, *Medicus*, & *Aſtrologus*, poſtea ob diſgraciam ſuæ fortunæ amore capitur, & dignitate doctorum

doctorum poſt poſitâ, cœpit edere carmina, cujus verſus elegantiſſimi ac dulciſſimi habentur, tunc & omnes Hebræi eum admonebant, ut non publicè traderet talia impudica: Ipſe autem duobus carminibus dedit reſponſum. Thorat vel Legem mei amoris à Moyſe recepi; an prohibetis legem, quam decrevit mihi Moyſes? Moyſes ſit propheta meus, Moyſes ſit Sacerdos meus ſemper, & Moyſes ſit Vita mea; atque in Moyſe fides mea.

Tunc Judæi acceſſerunt *Averoim*, qui Judex fuerat Cordubæ, dicentes, quòd dictus Abraham corruperat omnes habitatores Cordubæ ſuis canticis, maximéque ſexus utriúsq; Juvenes. Eóque in nuptiis civitatis niſi ejus cantica minimè cantabantur. At Averois contra eum iratus eſt; & ei dictum juſſit, quòd ſi ipſe diceret carmina, aut alicui ſcripta dirigeret, ſecundùm merita, aut ad arbitrium judicis puniretur. Poſt quod etiam dictum fuit Averoi, Abraham ſicut priùs agere, nec ab eo, quod interdictum ei fuerat, deſiſtere. Tunc Averois fidum puerum, inſidiantem Abrahæ, miſit; qui cùm ad Averoim rediiſſet, dixit Judici. Per vitam veſtram, quòd neminem inveni cum Abraham præter natum veſtrum majorem, talia carmina ſcribentem. Tunc dixit inſidiatori Averois; Etiam tu cantica ſua cognoſcis? cui reſpondit: Domine nullus eſt Cordubæ, neque vir, neque mulier, neque infans, qui memoriæ aliquid hujus cantici non mandaverit. Etiam dixit Averois. Igitur ſola manus orium millia obturare nequit.

Dixit *Ibnu Elhabbar*, quod quodam die venerat Judex Averois in plateam Bibliothecariorum Cordubæ, & in Apothecam cujusdam amici ſui ingreſſus, vidit emi à *quodam homine Choranum unius ducati pretio*: Poſtea venit alius & ſummam petiit carminum Abrahæ, & quanti venderet interrogatus, Bibliothecarius reſpondit, quod vendi minoris, quòd

decem aureis non poterat ; & prædictus emptor nihil reſpondens ; ſed manus crumenæ imponens , decem aureos numeravit , & perſolvit, & librum accepit & in pace receſſit. Tunc dixit Averois, omnibus adſtantibus. *Scitote, hanc Civitatem mox ruituram, quoniam vidi populum, qua ad fidem pertinent viluiſſe : atque prohibita, atque inhoneſta grata extitiſſe ; majorisq; feciſſe. Et ſicut dixerat ſucceſſit : Non adhuc elapſis quinquaginta annis Chriſticola oppugnârunt Cordubam, multas alias civitates.*

Mortuus eſt autem *Abraham morte ſubitaneâ* in habitaculo ſuo noctis tempore. Manè quidem mortuus repertus eſt. Dicebatur enim —————————————— affines ejus ei venenum potui dederant : qui quidem affines verecundiâ affecti, cùm ex nobilibus judæis Juvenis eſſet, videbant eis Abraham magnam, & contumeliam, & verecundiam intuliſſe ; eòque remedium aliud excogitare nequiverant, quoniam *Abraham Principum, ac civitatis nobilium favore* utebatur. Et ut fertur veneno potatus eſt anno ſexingenteſimo quadrageſimo tertio, in Civitate Cordubæ.

Mortuus A.H. 643. An. Chr. 1265.

De *Haron, filio Senton.*

Haron, filius Senton, ex nobiliſſimis Judæis Civitatis Fes natus eſt, qui *Medicus, Philoſophus* atque *Aſtrologus* extitit. Servitiis Regis *Habdulla* in juventute ſua inſtetit. Cui Regi Conſiliarius erat, qui *Regnum & Regem gubernaverat* : nec valebat Rex aliquid præcipere : adeòque ut dictus *Haron* docuerit eum interficere, dictum conſiliarium. Poſt ejus interfectionem dictus *Haron* in Conſiliarium aſſumtus eſt , & propter multa populo Fes geſta iratus eſt Rex ; & dedit eis gubernatorem prædictum Judæum ; ita ut per ſeptem annos in magiſtratu moratus ſit. Dictus verò Rex perrexit in caſtra ; & cùm elongatus fuiſſet , quaſi per centum miliaria Populus Fes rebellis factus eſt, & *omnes Judaos interfecerunt*, & cùm hoc perveniſſet ad Caſtra, omnes duces, & capitanei, & nobiles

ſes contra Regem inſurrexerunt, & prædictum *Haron* interfecerunt apud Regem. Et ita Rex reverſus ad Fes cum per ſex miliaria civitati adeſſet, reſiduum aciei aufugit, & in Fes ingreſſus eſt; & Rex propter podagram aufugere nequivit: adeóque populi Principes cum exercitu advenerunt, & ſupra claudam mulam duxerunt; qui cùm terram novam ingreſſus eſſet, jugulatus eſt. Hic ultimus quidem Rex de domo *Banimarim* fuit. Jugulatus autem dictus Rex, & *Haron* anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo de Elhegira.

Explicit de viris quibusdam illuſtribus per Johannem Leonem Affricanum ex Archetypo deſcriptum, anno Salutis MD XXVII.

Atque hæc quidem hactenus ex *Leone Africano*, quem pro vitio ſui ſeculi, malui ſiſtere balbutientem nonnunquam, aut hallucinantem, quàm novo veſtitum ſchemate interpolatum. Rariſsimè, ubi ſenſus fuit hiulcus, voculam unam & alteram mutavi. Commodior fortè & brevior hujus Proſopographiæ iniri poſſet ratio, & ordine quidem Alphabethico, cujus, quia hactenus inter Europæos noſtros tale nihil tentatum, ex *Ibn-Chalican*, celeberrimo Arabum Proſopographo, ſuccinctum exhibebo ſpecimen, uno hâc vice elemento A. contentus....

A.

Abu Abda, magnum dedit commentarium in *Motenabbij* Poëmata, adeò prolixum, ut ei nemo facilè accedat: Librum item de Nominibus Dei.

Abu Amru, fil. Zalachi librum compoſuit de dictis & factis Muhammedis, de officio peregrinantium, ubi multa conſignâſſe dicitur, ritus illos obituris neceſſaria.

Abu-delph, author libri de venatione, armatura, ſolitudine, regimine Regum &c.

Abu-Giufar Eſſchariph, ex poſterioribus Poëtis non poſtremus, compóſuit voulmen carminum.

Abu-Giafar, Tarmadæus, Schafæus. Referre hic ſolebat, ſe per viſionem & apparitionem Muhammedis tranſiiſſe ab Hanifæis ad Schafæos; unde & in Ægypto pro Schafæis tractatum ſcripſit.

Abdol-Mochſen Zurita, inſignis Poëta; quem Arabes, ob ſtyli elegantiam, ad ſidera penè tollunt, Author eſt voluminis Carminum.

Abdol-mumen Zafioddinus, fil. Abdil hakki Dictionarium ſcripſit Geographicum.

Abdol-vahebus Iudex, compendioſè, ad memoriam juvandam, librum ſcripſit de religione, & alios quoſdam tractatus Nat. a. H. 372. denatus 437.

Abdolla Abu Muhammed, fil. Haſchemi, author Grammaticæ מעני לביב appellatæ.

Abulberca fil. Moſtauphæ; edidit Chronica Arbel.

Abu Iſaac inter Theologos Muhammedicos refertur.

AbulKaſem Themanita, id eſt, octopolitanus. De hujus urbis origine ipſos conſului Arabes, in *Smegm. Orient* p 252. quibus addi poteſt *Ibn Chalican* p. m. 301. ואלנסבה אלי תמאנין והי קריה מן נואחי גזירה אבני עמר ענד אלגבל אלגודי והי אול קריה בנית בעד אלטופאן וסמית בעד אל גמאעה אלדין כרגוא מן אלספינה מע נוח עם ואנהם כאנוא תמאנין וקד כרג מן הדא אלקריה גמאעה ואללה אעלם *Et denominatur à Themanin, quæ urbs eſt ad tractus Inſulæ filiorum Omar ad montes Ghoudæos* (Kordæos) *quæ quidem prima extructa eſt poſt diluvium, denominata à numero eorum, qui arcâ fuerunt egreſſi cum Noacho, p. m. Eràntque octo: Ex hac autem urbe pòſthac plurimi ſuum habuerunt ortum: Id quod Deus optimè novit. Scripſit* autem commentarium In lib. למע Ibu Ghena.

AbulKaſem, Zaklæus, dedit tractatum de intentione nominum. Collegit item Poëtas Meſopotamiæ & Andaluſiæ.

Abu Iabia, Abdorrahim, Ibn Muhammed, Ibn Iſmaël.

Ibn Notabah HodhaKenſis; Homiliaſtarum, ſeu Concionatorum Muhammedicorum facilè princeps. Natus A. H. 335. denatus 374.

Abu Mahfut Karchæus. Hujus video propterea tantùm ab Ibn Chalican fieri mentionem, quòd Proſelytus fuerit Islamiſmi. Erant enim parentes ejus Chriſtiani, qui operâ Præceptoris ſui, eodem adhuc puero, Muhammediſmo acceſſerunt, Cùmque Præceptor ejus dicere illum aliquando juberet, *Unus de tribus*, Ille verò diceret: Tritum quidem illud eſt: Eſt tamen idem *ille unus*: Verberibus eum propterea mulctavit: unde fugâ ſe ſubduxit. Parentum tandem votis cedens, Islamiſmum amplexus eſt, impulſore & doctore *Abi*, fil. Muſa Radæo.

Abulhaſen Mahjan, primarius ſui ſeculi Poeta, Carmina compoſuit quatuor Tomis abſoluta.

Abu Manzar, *Mauhub*, author multorum ſcriptorum, uſu Muhammedanis commendatorum, eorum præſertim, quæ ad Linguæ & ſtyli faciunt elegantiam.

Abu Muhammed Abdol-melicus, Ibu Hiſcham, librum ſcripſit de Hamyarenſium Genealogijs, & Regibus.

Abu Muhammed Alkaſem, author libri אלמקאמאת qui elegantiarum Arabicarum penu locupletiſsimum. Natus a. H. 446. m. 516.

Abuma-

Digitized by Google

Abunazarus, Phatihus fil. Chakan, multa ſcripſit. Syllogen Poetarum Arabum, quos & doctè explicat. De ſtudijs populi Andaluſiæ; qui liber rarò inter Arabes repertus, à ſingulari uſu commendatur. Eximium magni ingenij ſpecimen.

Abul-Phargh, Iſphahanæus; carminum author politiſsimorum: Cantilenarum item, quæ extra controverſiam cæteris palmam præripiunt, quibus etiam dicitur impendiſſe annos 50. pro quibus oblatis *Seipboddaula* fil. Hamadan dedit mille denarios. Alia plurima Philologica, Genealogica, Hiſtorica. Dedit inter alia Genealogiam filiorum Abd-Schamſi, &c.

Abu Phid Muregh, multa ibidem ſcripſit; inter cætera, Librum luminum, magnoperè decantatum: de Alkorani elegantia &c.

Abu Said Al Moujed, ex celeberrimis Poetis ſui temporis volumen carminum reliquit.

Abu Said Al mohleb, facundus & diſertus Arabs.

Ahmed Selamita Hiſtoriographus, author Hiſtoriæ regiminis Choraſani, *Taberi*, fil. Hoſeini.

Ahmed Abu-ola, fil. Abdalla, natus A. H. 363. anno 367. à varis oculorum uſu privatus obijt 449.

Ahmed, *fil.* Muhammed, fil. Chalican, natus a. H. 608. mortuus 681.

Ahmed Abul Tajeb, fil. Alhoſein, Alghophi Alcendi, notus nomine *Almotenabbi*, quod illi propterea erat impoſitum, quia ארעי אלנבוה *Poëticum aliquando furorem pro Prophetico venditavit*. Natus in vico quodam Cuſæ, cui nomen כנדה Cendah.

Ahmed Abu Giufar, fil. Muhammed, multa & præclara ſcripſit, inter cætera commentarium in ſeptem *Moallakat*. Perijt a. H. 338. vel 339.

Aghrans; ſcripſit quadraginta dicta Muhammedis, nota ſatis; aliáque tam Theologica, quàm Kabbaliſtica dedit.

Amru, fil. Obaid, author Epiſtolarum, & aliorum quæ ad Eloquentiam faciunt: Elenchum contra Kadræos edidit, multa inſuper commentatus eſt de æquitate, & unitate.

Anbaraus Grammaticus; Grammaticas & Ethicas reliquit lucubrationes. Alias præterea de ſcientia Alkorani, & Traditione Prophetica, de Creatione hominis: Proverbia &c.

Azmabaus Grammaticus & Lexicographus inſignis; Phyſicus præterea & Genealogus; plurima ſcripſit, inter alia, de creatione hominis, equorum, de Camelis, jumentis: Proverbia, origines vocum, de Poeſi, plantis, Homonymis, Traditionibus Propheticis.

Azharaus Lexicographus, imò Princeps Lexicographorum, Dictionarium ſcripſit abſolutiſsimum, vix decem Tomis abſolutum: Librum item de vocibus,

bus, cujus apud Theologos magnus eſt uſus, quo etiam, in explicatione terminorum Theologicorum illi niti ſolent. Vno comprehenditur volumine.

CAPUT. IV.

DE PATRIBVS LATINIS, VARIISque eorum Editionibus.

1. Tria potiſſimùm in ſtudio Antiquitatis obſervanda *Textus* ſcriptorum, per Editiones: *Notæ*, ſive animadverſiones: Et *Critica* circa ſcripta illa, ſive in genere, ſive in ſpecie; Catalogus *Editionum* ſcriptorum Eccleſiaſticorum, genuinorum maximè: Latinorum vel cum, vel absque Notis.

I. ALiquoties à nobis dictum eſt, ſtudium literaturæ tum omnis liberalioris, tum Eccleſiaſticæ maximè, circa Reformationis tempora excitatum, viam paulatim ſtraviſſe Reformationi. Patrum certè lectio ubi noſtris paulò obtigit caſtigatior, deſiderium ſtatim accendit, antiquitatis ſeriò inveſtigandæ. In Reformatoribus hoc ego noſtris non ſemel deprehendi: *Zuinglius* adhuc in Eremo Epiſtolas Paulinas Græcas, ſuâ deſcriptas manu, Patrum illuſtravit obſervationibus. *Bullingerus* aureum, de *originibus* errorum, librum juvenis admodum conſcripſit, & ex antiquitate collegit. In certaminibus cum Adverſarijs, non quidem Verbi Dei ſcutum ſibi eripi fuerunt paſsi, ut tamen ſe in Antiquitate non eſſe hoſpites oſtenderent, luculenta *Zuinglius Oecolampadius* Melanchthon &c. dederunt ſpecimina. Nempe Patrum ſcripta minus antehac obvia, jam Typographiæ beneficio eruditorum manibus ubique terebantur. Vt verò diſtinctè deinceps, unde Patres plerique prodierint, quorum opera & ſtudio lucem aſpexerint ſive nudi, ſive cum verſione, vel etiam animadverſionibus videamus, notandum ante omnia, de *Latinis* primùm eruditos cogitâſſe, poſtea demum de *Græcis*, de reliquis, *Syris* & *Arabibus* omnium poſtremò. Cujus quidem rei ratio eſt manifeſta. Latinæ Eccleſiæ Latini etiam Scriptores magis placuerunt, tum ob Linguæ facilitatem, & receptum uſum, tum quòd Eccleſia Græca Pontificis primatui ſemper inimica, non multum Romanos habuit ſollicitos, tum denique, quòd Theologia Græcorum maſcula, adnatis plerisque in Papatu erroribus, apertè contradiceret. Ex *Latinis* autem Patribus omnium primi; quod ſcimus, per typos Chalcographicos publici

facti

Digitized by Google

facti ſunt juris, libri *Auguſtini* de Civitate Dei, & *Lactantij* Firmiani Inſtitutiones, quæ Romæ 1465. ex prima Romana Typographia prodierunt. Quanquam ſint, (vid. Boxhorn. Hiſt. univ. pag. 951.) qui velint, *Auguſtini confeſſiones* primùm fuiſſe impreſſas. *Lactantij* Editio prima adhuc dum hinc inde aſſervatur, & extat quidem exemplar etiam in Bibliotheca noſtra Carolina, characteribus adhuc ſatis rudibus. Cujus tamen alij non facilè meminerunt. Primam *Geſſnerus* oſtendit *Venetam* 1497. in fol. apud Bevilaquam, quam deinde ſecutæ ſunt aliæ, *Lugdunenſis* apud Gryphium, *Baſileenſis* an. Chr. 1532. Coloniæ verò 1544 quam ceu emendatam ad vetuſtorum exemplarium collationem, quidam commendant, varietate etiam lectionis indicata. Sed & Eraſmus librum de *opificio Dei* recognovit, ſcholiiſque illuſtravit, & ſeorſim *Baſileæ* 1529. edidit. Recentior alia eſt *Antuerpienſis* 1570. quæ cum explicatione terminorum Græcorum vulgata eſt, & notis Michaëlis Thomaſij; *Baſileenſis*, cum commentarijs *Betulei*; Lugdunenſis 1567. ex fide Mſſ. emendata. Vt verò *Auguſtinus* ex Latinis Patribus dignus ſemper viſus eſt, cui eruditi operam ſuam impenderent; ita obſervo, Clerum, ante Reformationem, de ijs potiùs fuiſſe ſolicitum ejusdem ſcriptis, quæ Cathedrę, vel detinendæ potiùs plebi, inſerviebant; etſi ſuppoſititijs; quam vel *Didacticis* vel *Elencticis*. Vnde opus L. *Homiliarum* Baſileæ Amerbachius excudit 1495. Plura & diverſa ſermonum ejus opera ad Fratres in Eremo; De Verbis Domini, in Epiſtolam Canonicam Iohannis, Sermones de tempore & ſanctis. Ib. 1494. Poſt Reformationem plurimæ fuerunt ſecutæ totius Auguſtini Editiones, *Baſileæ* 1529. 1541. & 42. 43. in folio opera Eraſmi, & Ibid. 1569. ſtudio Martini Lipſi, Iohannis Vlmerij & aliorum, *Pariſijs* 1541. & 1586. *Antuerpiæ* 1577. Sed & *Veneta* extat Editio, & *Lugdunenſis*, *Baſileenſi* de anno 1529. *Antuerpienſi* 1577. *Pariſienſi* 1586. palmam deferunt ἀκριβείας. Sed non video cur *Baſileenſis* 1541. illis cedat, præſertim, cùm ſuperſtite adhuc Eraſmo illa ſit edita, & non uno modo aucta. Ex eo tempore variæ ex Bibliothecis acceſſerunt mantiſſæ, quæ an. Chr. 1655. Lutetiæ uno exhibentur tomo, S. ***Auguſtini operum omnium ante 1614. tam Baſileæ, quàm Lutetiæ, Antuerpiæ, Lugduni & Venetijs editorum ſupplementum***, una cum ſex libris ſecundæ Reſponſionis ejus contra Iulianum, Hæreticum Pelagianum, variiſque ſermonibus & tractatibus hactenus ineditis Tomis II. per Hieronymum Vignier. Hæc de Editionibus *Auguſtini* integris. Aliam præterea Auguſto huic authori impenderunt operam alij. *Bedæ* tribuitur collectio D. Auguſtini in ſacras Pauli Epiſtolas, novæ & hactenus abſconditæ interpretationis, quæ & an. Chr. 1499. Pariſijs excuſa. *Notæ, animadverſiones, Commentaria* in Auguſtinum, *Eraſmi* excellunt, *Ludovici Vivis* de Civitate Dei, *Danæi* in Auguſt. de Hæreſibus ad Quodvult Deum, qui poſteriores magnam rei Theologicæ & Hiſtoricæ commentarijs ſuis attulerunt lucem. Sed & *Paratitla* in Auguſtini duos tomos præcipuos

1. Auguſtinus.

2. Lactantius.

Eraſmus obijt A°. 1536. D. iv. Eid. Iul. (xii.)

cipuos ſextum & ſeptimum dedit contracta. Judicia de ſingulis Auguſtini ſcriptis ἀς ἐν τύπῳ exhibet *Geſſnerus*, in Bibliotheca Edit. prior. Scholaſticum magis, & per locos communes loquentem Methodicè, dedit Auguſtinum *Iohannes Piſcatorius*, Lithopolitanus, in ſua *Epitome* Auguſtini, quæ ſtudijs Theologicis multum inſervit. Enumerationem operum ex Antuerpienſi, quam idem perfectiſsimam eſſe vult, Editione inſtituit *Labbeus* diſſertat. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. In alias etiam *Linguas* quædam Auguſtini ſunt translata. *Epiſtola* 10. ad Xyſtum Presbyterum de Gratia Dei, Bononiæ *Italicè* eſt excuſa 1541. ut liber de bono perſeverantiæ, Venetijs 1544. *Hiſpanicè* liber de meditatione, Antuerp. 1550. & Confeſsiones Coloniæ 1556. Et hæc quidem de duobus primis Patribus, qui lucem publicam typis Chalcographicis aſpexerunt. Nunc ad cæteros ordine. *Tertulliano*, quod ſciam, primus admovit manum *Beatus Rhenanus*, qui à ſitu ipſum vindicatum edidit, adjectis ſingulorum argumentis, doctiſsimiſque notis *Baſileæ* 1539. Secutæ poſtea fuerunt aliæ editiones *Pariſienſis Pameliana* 1583. *Baſileenſis* &c. illa, ex antiquo Leladi Codice caſtigata. Poſtrema eſt *Pariſienſis* 1641. editio, curis ſecundis *Nicolai Rigaltij* elaborata. Et quia, ut loquitur *Hieronymus*, Tertullianus, licèt denſus & argutus ſit in ſententijs, difficilis tamen ejus eſt ſermo, obſcurus, & incomptior; hinc factum, ut multorum in hunc ſcriptorum habeantur Notæ & Commentaria. Non modò Pariſijs 1635. apud Maturinum Dupuis magnum prodijt volumen, quo, juxta Rigaltianam Editionem, exhibentur annotationes diverſorum *Jacobi Pamelij, Latini Latinij, Beati Rhenani, Johannis Mercerij, Edmundi Richerij, Theodori Marcilij, Johannis à VVover, Gabrielis Alba Spinai*, quibus accedit Paraphraſis *Franciſci Zephiri*, in Apologia adverſus Gentes (*Pameliana* à potiori dicitur) ſed & *Franciſci Junij, Claudij Salmaſij, Gretſeri, Petavij, Lacerdæ, Georgij Capucini, Morai Auguſtiniani*: habentur in eundem lucubrationes. Quin & *Bezam* novam meditatum fuiſſe Tertulliani editionem, annotationibus illuſtratam, obſervat *Friſius* in Biblioth. Ad *Nationes* libros duos, ex Codice Agobardi primum edidit *Iacobus Godefredus*.

Tertullianus.

Cyprianus, Tertulliani diſcipulus, & ipſe Afer tertio ſcripſit ſeculò, Rhetor, etiam primarios ſuperioris ſeculi Criticos occupavit, poſteàque varijs repetitus vicibus prodijt. Primam *Eraſmus* accuravit editionem, quem ſequutus fuit *Paulus Manutius*, tum demum *Iacobus Pamelius*, & nuper Pariſijs *Nicolaus Rigaltius* 1648. Ex noſtris *Simon Goulartius* Silvanectenſis, cui hoc immeritò *Labbeus* affingit convitium, *quòd peſtilentiſſimum ubique ſe prodat hæreticum*. De *Pamelij* potiùs Editione queri poſſumus, multa in gratiam Eccleſiæ Romanæ eam obtrudere, quæ in alijs Editionibus non extant, quorum fides meritò noſtris eſt ſubleſta. Exempla dedit *Rivetus* Crit. ſac. lib. 2. c. 14. ex ipſo Poſſevino. Ce-

Cyprianus.

leb.

Ioh. Dallæus de uſu Patr. c. 4. & nos *Anal.* P. I. pag. 342. *Arnobius* & ipſe Afer, di- 5. Arnobius.
gnus ob eloquentiam, & argumentorum, quibus Gentiliſmum oppugnavit, vim; habitus, qui ſemel atque iterum excuderetur. Prima Editio *Romana* eſt 1543. Mox 1546. caſtigatiores longè fuerunt ſubſecutæ duæ. Anno poſtea 1582. Arnobij Diſputationum adverſus Gentes libri ſeptem recogniti & aucti ex Bibliotheca *Theodori Canteri*, Vltrajectini, cujus etiam notæ ſunt adjectæ, lucem aſpexerunt. Quæ poſtea repetita fuit editio, *Lugduni* Batavorum 1652. additis *Godeſchalci Stevvichij* Electis, *Gebhardi Elmenhorſtij* obſervationibus, & collectaneis variarum lectionum, ac duplici Indice, necnon *Deſiderij Heraldi* Animadverſionibus & caſtigationibus. Sed & *Salmaſiani* Commentarij mentio fit, in Catalogo ſcriptorum ἀνεκδότων. Vt Labbæus non opus habuerit queri, in fumum & ventos evanuiſſe. *Iohannes Meurſius* a. 1598. Arnobianum Criticum, cum Hypocritico Minutiano vulgavit. Priores Editiones, *octo* exhibent, adverſus Gentes libros, poſteriores *ſeptem*. Octavus enim, *Octavius* inſcriptus, *Minutij Felicis*, Romani Cauſidici eſt, qui cum integris omnium notis ac Com- Minutius
mentarijs, novàque recenſione prodijt Leidæ 1652. curâ *Iacobi Ouzelij*, cujus Felix.
etiam acceſſerunt animadverſiones. Quæ in *Pſalmos* & Evangelia tribuuntur Arnobio, Baſileæ excuſa ſunt 1543. Huic & ætate proximus, & materia affi-
nis eſt, *Iulius Firmicus Maternus*, qui egregium de errore profanarum religionum, Iulius Fir-
ad filios Conſtantini Magni, Conſtantium, & Conſtantem dedit tractatum. micus
Seorſim editus, notiſque illuſtratus eſt tum à *VVovero*, tum nuper in Editione Mater-
ultima Leidenſi 1652. à *Iacobo Ouzelio*. *Mathematica* & *Aſtrologica* ejus impreſſe- nus.
runt *Aldus* 1501. Venetijs, tum poſtea *Hervagius* Baſileæ. De *Lactantio*, qui ean- Lactan-
dem tractavit feliciſſimè materiam, gentiliſmumque graviſſimè refutavit, (quo tius.
adhuc ſeculo hoc opus hic, labor erat, ſequentia majorem contra hæreticos Arianos, Pelagianos requirebant induſtriam), ſupra jam egimus. Eadem ferè fuerunt
ſtudia *Victorini Afri*. Multa ſatis ſcripſit, opuſcula tamen ejus hactenus con- Victori-
junctim, quod ſciam, nunquam prodierunt. Initium factum à *Grammaticis* 1527. nus Afer.
quo Baſileæ, & poſtea 1537. Tubingæ, ejus de enumeratione literarum Orthographia & ratione Carminum ſive metris Comicis libri quatuor ſunt excuſi: ſecutus tractatus de *Generatione Verbi Divini*, qui confutatorius eſt adverſus Candidum Arianum, cum ejusdem Candidi libello, *Baſileæ* 1548. Succeſsit deinceps 1572. Carmen de ſeptem *Fratribus Maccbabæis*, cum fortiſſima matre interfectis ab Antiocho, *Baſil.* apud Oporinum. *Commentaria* in Ciceronis Rhetoricam Veterem, ſive de inventione libros duos crebrius prodijſſe, obſervatum eſt, *Venetijs*, *Colonia*, *Baſileæ*, & 1599. Lutetiæ. Poſtremo 1630. *Iacobus Sirmondus*, Ieſuita vulgavit duos libellos ad Iuſtinum Manichæum, contra duo Manichæorum principia, & de vera Chriſti carne alterum, alterum de principio diei. Reliqua, libri quatuor, adverſus Arianos, de ſanctiſſima trinitate, Hymni tres de Homolnſio recipiendo, in Bibliotheca Patrum, ut plurimùm, extant. *Hilarij Picta-* Hilarius.

vienſis, editio prima eſt *Pariſienſis* apud Aſcenſium 1510. quam *Baſileenſis* Henric-Petrina primùm 1516. poſtea Frobeniana ſequuta 1535. cum emendationibus *Eraſmi*, & additamento libri de Patris & Filij unitate, quod tamen Hilarij non eſt, ut operosè idem oſtendit, qui & diſertis fatetur verbis, *plurimum ſudoris ſe comperiſſe in emendando Hieronymo, ſed plus in Hilario.* Auctiorem & accuratiorem vocat *Labbæus* Pariſienſem 1655. *Fragmenta* (de rebus geſtis in Concilio Ariminenſi ſub Hilarij nomine edita) operi inſeruit Hilarij, *Nicolaus Faber*, 1598. ex Bibliotheca Petri Pithæi, & commentationem *Iohannes*

Pacianus. *Gillotius*, Campanus. *Paciani* Epiſcopi Barcinonenſis, Paræneſes, aliáque ejus

Opt. Milevitanus. opuſcula extant tum ſeorſim, tum in Bibliothecis Veterum Patrum. *Optati Milevitani* librorum diſtinctam editionem, diſtinctis etiam ferè debemus authoribus. Luculentiſsimi omnium ſunt ſeptem (quanquam *ſex* tantùm *Hieronymus* referat, & alij: *ſeptimum* alij totum, alij ex parte ſuppoſititium velint) ejus libri de *Schiſmate Donatiſtarum* adverſus *Parmenianum*, Epiſcopum, Donati ſucceſſorem, qui editi primò ſunt *Moguntiæ* 1549. apud Franciſcum Behem. Poſtea & *Franciſcus Balduinus* I.C. Prolegomena, Commentaria & Recognitiones edidit. Secutus *Gabriel Albaſpinæus*, Aurelianenſium Epiſcopus, cujus extant *obſervationes* in Optatum, & *Notæ* in ſeptem libros contra Parmenianum. Hæc Pariſijs, poſt Albaſpinæi obitum 1631. edidit *Carolus Paulinus* Ieſuita, quo anno alia etiam *Londini* prodijt Optati Editio, cum *Emerici Caſauboni* annotationibus. Sunt etiam in Editione *Pariſienſi* incerti authoris emendationes & Notæ in Optatum.

Ambroſius. *Ambroſij Romani*, Mediolanenſis Epiſcopi, diverſæ etiam extant Editiones. *Primus* omnia ſimul opera dedit *Frobenius*, 1538. accurante Eraſmo, & alijs viris doctis: Quinque hujus Editionis Tomi ſunt. Secuta Editio *Pariſienſis* 1549. Tomis quatuor: *Baſileenſis* ſecunda 1554. auctior. Romana ab an. 1579. ad 1587. Lugdunenſis vitioſiſsima *Frelonij* 1559. de qua *Anal.* P. I. pag. Romana juſſu Gregorij XIII. publicata, ab alijs Editionibus diſcrepat, etiam Pariſienſibus. *Separatim* antea 1528. Baſileæ edebatur liber de *Reſurrectione mortuorum* ἀκέφαλος. Vltima Editio Pariſienſis 1642. habet Notationes ex Petri Nonnij, & aliorum Scholijs ſelectas, cum Advertentijs Theologiæ Scholaſticæ, ſive Animadverſionibus Ferdinandi Velloſelli, Epiſcopi Lucenſis. *Romanam*, de anno 1587. ſequuti deinceps fuerunt Typographi Pontificij, ſed tutiores eſſe Frobenianas, diverſis temporibus emiſſas, vel ex ea patet Editione, quæ à Franciſcanis Monachis, Lugduni an. Chr. 1559. eſt edita.

Philaſtrius Brixienſis. *Philaſtrij Brixienſis* in Italia Epiſcopi, ſcriptum de *hæreſibus*, pauciores hactenus reperit, qui vel curarent, vel expolirent, ſive quòd major *vitæ*, quàm *doctrinæ* ejus fuerit gloria, ſive quòd *Epiphanius*, qui, ipſo teſte *Auguſtino* de hæreſibus ſcripſit *doctius*, huic præferretur. Extat tamen & in Bibliotheca Patrum, & ſeorſim excuſum *Baſileæ* 1528. cum Idacio Claro, qui quarto etiam ſeculo contra VVarimadum, ſive Varimundum Arianum, & difficilimorum de S. S. Trinitate locorum illuſtratio-

nem

Digitized by Google

nem ſcripſit) alijs, qui contra hæreſes ſtylum acuerunt. Ad *Hieronymum* accedimus, qui cum paucis alijs id conſequutus eſt, ut harpyjarum indoctis & pollutis ereptus manibus, ſibi reſtitueretur. Editionem omnium operum primam acceptam meritò ferimus accuratam *Eraſmo*, qui an. Chr. 1526. in novem eam Tomos digeſsit, *Frobenius* verò typis edidit. Secuta fuit *Romana* à Mariano Victorio Amoretto, Reatino, Epiſcopo Amerino, recognita, argumentis & Scholijs illuſtrata, & anno 1580. *Pariſiis* edita. Recentiſsima eſt *Pariſienſis* 1623. cujus diſtributionem habet *Labbæus*. *Separatim* prodierant ejus Epiſtolæ, & libri contra hæreticos, ex antiquiſsimis exemplaribus, operâ *Mariani Victorij*, *Reatini*, argumentis & Scholiis illuſtrati, *Antuerpiæ*, primùm, poſtea eædem Epiſtolæ, & in tres libros diſtributæ, operâ Caniſii vulgatæ ſunt *Pariſiis* 1582. ſed & *Frontonis Ducæi*, & *Henrici Gravij* acceſſerunt annotationes, & *Andreæ Schotti*. Ante Reformationem obſervo, plurimùm Hieronymo tribuiſſe Iohannem Andreæ Bononienſem, qui floruit an. Chr. 1348. Conſcripſit enim *Hieronymianum*, Divi Hieronymi *vitæ, prodigiorum, doctorum ac ſcriptorum explorationes*, perſtringentem. A. 1617. *Curâ Claudij Menardi*, Iuliomagi Andium Pro-Prætoris, Pariſiis, indiculus de Hæreſibus Hieronymi nomine prodiit, ut liber de *Vitis Sanctorum* Patrum Antuerpiæ 1615. per Heribertum Roſweidum. *Separatim* etiam extant 1. *Ecloga* Hieronymi de locis Hebraicis. 2. Liber de *glorioſa Virginis Virginitate*, contra Vigilantium, de *Venerandis Sanctorum reliquijs*. [Hieronymus.]

Rufinus, Aquilejenſis Eccleſiæ Presbyter, *Origenis* Hyperaſpiſtes, Hieronymi æmulus. Animum appulit ad Græcorum authorum Eccleſiaſticorum Tranſlationem. *Non minima fuit pars Doctorum Eccleſiæ*, inquit *Labb.* Tom. II. pag. 306. *& in transferendo de Græco in Latinum elegans ingenium habuit. Denique maxima parte Græcorum Bibliothecam Latinis exhibuit, Baſilij ſcil. Cæſarienſis, Cappadociæ Epiſcopi; Gregorij Nazianzeni eloquentiſsimi hominis: Clementis Romani recognitionum libros. Euſebij Cæſarienſis Eccleſiaſticam Hiſtoriam, Xyſti ſententias, Pamphili Martyris adverſus Mathematicos.* Eum tamen, ceu Origeniſtam & Pelagii Magiſtrum, Pontificii non magni faciunt, ut ex *Baronio* apparet. Sed & ſua etiam Lingua non pauca ſcripſit, quæ anno demum 1580. duobus Tomis *Pariſiis* prodierunt. Antea, an. Chr. 1570. *Guilielmus Rovillius* Lugduni ex vetuſtiſsima Mſc. Bibliothecæ Monaſterij Inſulæ Barbaræ, ad urbem Lugdunenſem, ſub Rufini nomine, Commentarium in Pſalmos 75. vulgavit, quem tamen, ut ex *Labbæo* patet, ipſi etiam Pontificii *νόθους* poſtulant. [Rufinus.]

Ad hanc ætatem pertinent *Gaudentius* Brixienſis, cujus ſermones T. II. magnæ Bibliothecæ Pariſienſi ſunt inſertæ: *Auſonius Poeta* Chriſtianus, non tamen Epiſcopus Burdigalenſis, quod in *Trithemio* ipſe reprehendit *Labbæus*, cujus opera [Gaudentius.] [Auſonius.]

 primùm

primùm excuſa fuerunt *Venetijs* per Aldum, deinde *Baſileæ*, 1523, per Curionem perfectior paulatim prodijt *Lugduni* 1577. *Antuerpiæ* 1567. In meliorem denique ordinem illum redegit, Scholiisque illuſtravit *Theodorus Pulmaninus* 1568. Doctiſsima tamen in ea Commentaria tribuuntur *Eliæ Pineto*, Santoni, & *Joſepho Scaligero* Agennenſi, cujus editio de an. 1600 ad manus eſt. Sed & *Aurelius*

Pruden-tius. *Prudentius*, qui ſub Theodoſio floruit, eximius fuit Poëta. Prima operum ejus Editio etiam eſt *Aldi Manutij* 1501. quam poſtea aliæ multæ exceperunt. Poematia ejus aliquot excuſa ſunt *Baſileæ* apud Cratandrum 1527. cum Scholijs *Johannis Sichardi*: ibidem poſtea apud Henricum Petrum, & alia in loco cum Commentarijs, inquit *Simlerus* in Bibliotheca. Certè 1564 *Antuerpiæ* edita ſunt cum Theodori Pulmanini Cranenburgij emendationibus & notis Commenta-

Chromatius. rio inſuper *Victorij Giſelini* Stanfordenſis. *Chromatij* Aquilejenſis quædam in Matth. c. 5. & 6. apud Adamum Petri *Baſileæ* 1528. prodierunt, & per Henricum poſtea Petri 1551. in micropresbytico. *Quinti* ſeculi doctoris primarij,

Maximus *Auguſtini*, Editiones jam ſupra recenſuimus. *Maximus*, Epiſcopus Taurinenſis, Homilias potiſsimùm ſcripſit, quas cum alijs jam pridem *Alcuinus* collegit; Poſtea alibi etiam, & ſeorſim editæ quædam ſunt hinc inde: Coloniæ apud Gymnicum, *Romæ* 1564. *Evangelicæ Hiſtoriæ* libri tres etiam *Baſileæ* impreſsi. In

Paulinus. *Paulini* Nolani Epiſcopi ſcriptis edendis multi laborârunt. In Hieronymi, Auguſtini & Epiphanij operibus quædam extant Epiſtolæ. Alia etiam edita ejus ſunt opuſcula. Notæ ſunt Editiones *Colonienſis*, *Lugdunenſis*, *Pariſienſis*, de anno 1617. anno 1622. *Heribertus Roſvveidus* editionem omnium operum *Paulini*, Plantinianis typis curavit, additis notis & obſervationibus tum ſuis, tum *Frontonis Ducæi* Burdigalenſis. *Severi Sulpitij*, Aquitani ſcripta, ita etiam ſe probârunt

Severus Sulpitius. eruditis, ut in ijs elaborandis, non pauci deſudârint. *Hiſtoria* præſertim & vulgata ſæpe eſt, & Commentarijs illuſtrata. Jam anno 1574. prodijt cum notis *Petri Galeſinij*. Sed & *Carolus Sigonius*, *Johannes Druſius*, eam exornârunt ſparſim. Succeſſerunt *Georgius Hornius* 1647. & *Chriſtianus Schotanus* 1661. quorum ille in univerſum jam *Sulpitium* ſcripſit notas; hic verò adhuc in V. T. pleniori explicatione verſatur. *Johannes Filleau* Gallicè vertit Hiſtoriam; Opera, quæ ex-

Paulus Oroſius. tant Severi, à *Geſelino* ſunt emendata. *Pauli Oroſij*, Hiſpani Presbyteri, & Auguſtini diſcipuli, Hiſtoriarum libri ſeptem extant, excuſi primò *Pariſijs* anno 1524. deinde *Coloniæ* 1536. noſtro tempore 1615. *Moguntiæ* cum Notis *Latij*, & *Schotti*, quæ commendatur. *Apologeticum* de arbitrij libertate adverſus Pelagium, de quo tam variæ ſunt ſententiæ, vulgatum eſt 1574. *Coloniæ*; poſtea in Bibliothecis Patrum *Colonienſi* & *Pariſienſi*, ex recognitione Andreæ Schotti repeti-

Cl. Mar. Victor. tum. Claudij *Marij Victoris*, Maſsilienſis libros tres Carminum ſeu Commentariorum in Geneſin, ab initio ad obitum Patriarchæ Abrahami, editores Bibliothecæ Veterum Patrum, & Poetarum Chriſtianorum collectores dederunt cum alijs: ſeorſim verò *Johannes Gagnejus*, Lugduni edidit, ſed corruptè: alia

po ſtea

poſtea 1560 *Pariſiis* procurata fuit editio. *Illa* ex Bibliotheca Cœnobii Inſulæ Barbaræ, *hæc* ex Codice S. Iuliani. Ita tamen duæ hæ Editiones differunt, ut vix ejuſdem authoris videantur. Duone fuerint *Sedulij*, Poeta & Theologus Exegeticus, non hîc jam diſputabo. Non carent fundamento, qui *illum* ad ſeculum 5. *hunc* verò ex Methodi & ſtyli characteribus, ad ſeculum Caroli Magni, adeóque nonum rejiciunt: Nos jam litem hanc noſtram non facimus, de editione operum ſive lucubrationum tantùm ſoliciti. Et Poemata quidem primò prodierunt per *Aldum Manutium* 1502. deinde *Baſileæ* 1541. cum notis Antonii Nebriſſenſis. Ibidem iterum 1564. in ſylloge Poetarum Chriſtianorum *Georgij Fabricij*, Chemnicenſis. Poſtea in Bibliothecis Veterum Patrum, & in corpore Poetarum Latinorum. Perfectiſsimæ editionis laus à nonnullis illi tribuitur; quæ habetur Tomo VIII. Bibliothecæ Patrum Pariſienſis, 1624. Vnde *Morelliana* poſteà profluxit. *Collectanea* verò, ſive explanatio in omnes Epiſtolas Pauli, ex Patribus Græcis & Latinis (cujus authorem *Sedulium* agnoſcunt) vulgata ſunt *Baſileæ* 1528. primùm poſtea 1534. denique in Collectionibus & Bibliothecis Patrum.

Sedulius.

Eucherius Lugdunenſis.

Eucherio Lugdunenſi Epiſcopo multa tribuuntur, non modò γνήσια, ſed & νοθευόμενα καὶ ἀμφισβητούμενα ex quibus: 1. *Epiſtola* de contemtu Mundi, & ſecularis Philoſophiæ, quam cum notis 1520. *Eraſmus* edidit. Non ita pridem eam 1621. *Heribertus Roſvveidus* Ieſuita, & recentiſsimè 1646. *Philippus Labbæus* repetiit. 2. *Epiſtolam* de laude Eremi edidit *Genebrardus*, an. Ch. 1578. recenſuit, notiſque illuſtravit an. Chr. 1621. *Roſvveidus* 3. Liber *Formularum ſpiritualis intelligentiæ*, editus eſt *Baſileæ* cura Alexandri Braſsicani I.C. cui editioni eximium accurationis tribuitur encomium. Recudit poſtea eundem cum alijs opuſculis *Manutius*, Romæ 1564. *Hiſtoriam* Paſsionis S. Mauritii & Sociorum Martyrum Legionis Thebææ, edidit *Surius* ad diem 22. Septembris. Sed & ſeorſim eam vulgavit cum notis *Petrus Stevartius* anno 1617. Conjunctim Formularum ſpiritualium librum; quæſtiones difficiliores in utrumque Teſtamentum, Nominum Hebraicorum & aliorum in ſacris literis contentorum interpretationem, Epiſtolam Paræneticam ad Valerianum de contemptu Mundi, Commentariolum in Geneſ. lib. 3. In libros Regum libb. 4. *Baſileæ* dedit, partim per Cratandrum, partim per Frobenium 1530. Expoſitionem ejus in Eſaiam, Ieremiam, Ezechielem & Danielem habet Bibliotheca Viennenſis.

Claudianus Mamertus.

Claudiani Mamerti, Viennenſis Presbyteri libri, de ſtatu vel ſubſtantia animæ tres excuſi ſunt *Baſileæ* 1520. per Adamum Petrum. Extant etiam in Bibliothecis Patrum, Colonienſi & Pariſienſibus. Sed & *Caſpar Barthius* textum Andreæ Schotti, à Colonienſibus exhibitum, commentarijs amplioribus & Gloſſario illuſtravit. Carmen ejus contra vanos Poetas *Oporinus* cum reliquis Veterum Poetarum operibus dedit.

Caj. Sell, Apollin.

Caij Sellij Apollinaris, *Sidonij* Arvennorum Epiſcopi Carmina numero XX. & Epiſtolarum libros novem alios exhibuit *Henricus Petrus*, Baſileæ 1542, cum Commentariis Iohannis Baptiſtæ Pii. Eadem emenda-

vit

vit *Elias Vinetus*, Lugduni edita. Sed & *Iohannis Colutij* & *Iohannis Savaronis* Scholia & commentaria extant: Poſtremò in eo explicando verſatus eſt *Iacobus Sirmondus*, cujus duæ ſunt editiones ab anno 1614. & 1652.

Ioh. Caſſianus. *Iohannes Caſſianus* Athenienſis patria, Chryſoſtomi Diaconus, poſtea autem Maſſilienſis Presbyter, Latinè ſua edidit, & operum quidem eius Editiones ſunt *Romana* gemina 1580. & 1611. *Antuerpienſis*, cum Notis & cenſuris Henrici Cucquii, poſtea *Ruremundenſis* Epiſcopi, *Duacena* anni 1616. duobus Tomis, ſtudio *Alardi Gazæi*, Monachi Bendictini, qui anno 1628. ſecundis curis eadem in folio, recudenda curavit Atrebati. Collationes Patrum in Capitula diſtinctæ, ſunt impreſſæ *Baſileæ* 1485. Ibid. Collatio de libero arbitrio, & de incarnatione Domini libri ſeptem 1534. quem poſteriorem cum aliis dedit an. Chr. 1571. *Ioſias Simlerus* Græcè etiam extant hinc inde in Bibliothecis Italiæ, Auguſtæ; in Vaticana præſertim, (quas proinde & *Photius* legit c. 197.) quæ tamen translata, non originaria eſſe, eruditi plerique extra controverſiam ponunt.

Vincent. Lirin. *Vincentium*, Monaſterii Lirinenſis Presbyterum, pluribus placuiſſe conſtat, quod plures in eo ſuos lacertos aptârunt. Id quidem non propterea tantùm monemus, quòd iuſta ſemipelagianiſmi laboret ſuſpicione, ut probat *Rivet.* Critic. Sac. lib. 4. c. 24. ſed & perplexus & intricatus ſit in ſua regula dirigenda, quique multis exceptionibus ſcopum ſuum evertit, ut habet *Dall.* lib. 2. de Vſ. Pat. c. 2. *Commonitorium* enim eius adverſus profanas omnium hæreſium novitates pro Catholicæ fidei antiquitate & Vniverſitate, aliquoties prodiit, tum ſeorſim tum in *Bibliothecis* Veterum Patrum. *Coloniæ*, addito brevi commentario per *Iohannem Coſterium* 1569. Alii poſtea etiam addiderunt notas, *Bartholomæus Petrus Lintrenſis*, Theologus Duacenſis, *Iohannes Fileſacus* Doctor Pariſienſis, cuius commentarii prodierunt *Pariſiis* 1619. Et ut de hoc ſibi authore plus ſemper Eccleſia Romana fuit gratulata, quàm ipſius vel phraſis vel ſcopus permittit, ita ejus crebro edendi major fuit cura etiam cum aliis authoribus. Vnde Pariſiis 1586. ex recenſione *Petri Pithæi* cum aliis vulgatus, & poſtea 1622. cum *Tertulliani*, *Campiani*, *Leſſij*, opuſculis Reformatis appoſitis, editus. Ex Reformatis nuper ei

Sixtus. III. manum admovit *Calixtus*, Helmſtadienſis Theologus, cum præfatione. *Sixti* III. nomine non *Antuerpiæ* modò, apud Plantinum an. Chr. 1580. ſed & anteà *Romæ* 1573. edita ſunt ſcripta quædam de divitiis, de malis doctoribus, operibus fidei, & ultimo judicio, de caſtitate ad quendam verè Chriſtianum adoleſcentem &c. quæ tamen & falsò ei tribui, & Pelagiana fuligine adſperſa, ipſi obſervarunt

Leo I. Pontificii. *Leonis* I. Opera, quæ haberi potuerunt ad Codd. Mſc. Mſc. fidem repurgata, edidiſſe *Coloniæ* 1569. Laurentium Surium Simlerus notat. Sed & aliis Editionibus, Romana, Antuerpienſi, Pariſienſi, Lugdunenſi illa &c. inotuerunt, vel ſeorſim, vel cum *Maximi* & *Chryſologi* Homiliis. Epiſtolas eius duas ad Flavianum unam, alteram ad Leonem Imperat. contra Entychen & Neſtorium additis annotationibus edidit Ioſias *Simlerus*. Editionis ex Mſc. Vaticano, bo-

na

Digitized by Google

næ notæ, meminit *Labbæus*, cui ſubjicitur ex Mſc. Codice, Illuſtriſsimi Viri, Iacobi Auguſti Thuani, Epiſtola Petri Chryſologi, Ravennenſis Epiſcopi, ad Eutychen Presbyterum. *Dracontij*, qui ſub Theodoſio vixit juniore, opus ſex dierum carmine Heroico redditum, jam pridem Archiepiſcopus Toletanus, Eugenius II. depravatum emendavit. Editio prima *Pariſienſibus* defertur, *Baſileenſibus* ſecunda; Tertia & noviſsima iterum *Pariſiis*, curâ *Iacobi Sirmondi*, Ieſuitæ 1619. eſt vulgata.. *Hilarij* lib. 12. contra Arianos, lib. 1. contra Conſtantium hæreticum lib. 2. ad Conſtantinum Imperatorem, lib. 1. contra Auxentium Arrianum; Epiſtola ad Aporam filiam. De Synodis, contra Arianos lib. 1. In Pſalmum Davidis Commentarior. lib. 2. In Evangel. Matthæi lib 1, edita primùm ſunt *Pariſiis* apud Aſcenſium 1510. Poſtea *Baſileæ* 1535. ex emendatione *Eraſmi*, cui editioni acceſsit liber de Patris & Filii unitate, non rectè Hilario tributus, & jam ante cum aliis opuſculis per Henric. Petri 1526. excuſus. Fragmenta operis Hiſtoriæ ejusdem Hilarij ex Bibliotheca *Petri Pithæi*, cura Nicolai Fabri excuſa ſunt *Pariſiis* 1598. Auctioris & accuratioris editionis encomium tribuunt Pontificij *Pariſienſi* 1605. Commentationem etiam *Iohannis Gillotij*, Campani ijdem commendant. *Proſperi Aquitanici*, Auguſtini diſcipuli (Laicus an Epiſcopus fuerit, & ſi hic, Italus an Gallus, Critici certant, *Bellarminus* præſertim & *Labbæus*) & Pelagianizantium mallei, editiones omnium operum celebratiſsimæ ſunt tres, prima *Lugdunenſis* in folio 1539. Altera *Lovanienſis*, in quarto, ex Typographia Iohannis Bogardi, 1566. opera Iohannis Soterelli, emendatior 1577. (ex qua propagata eſt *Colonienſis* anni 1609. mendis inquinatiſsima) ſtudio Iohannis Oliverij. Separatim ejus temporum continuatio ab an. Chr. 382. (eo uſque enim ab Hieronymo producta erat Hiſtoria) uſque ad annum 447. *Baſileæ* fuit impreſſa apud Henricum Petri cum aliorum Chronicis, quod primum additis decem annorum periodis uſque ad an. Chr 455. & captam à Genſerico urbem ex Mſc Codicibus *Sirmondi* atque *Chiffletij* vulgavit *Andreas Ducheſnius*. Quin & an. Chr. 1528. contra Pelagianos quædam excudit *Henricus Petri* Epigrammata verò ejus aliquot *Baſileæ* excuſa ſunt apud VVeſthemerum. Quædam etiam opera ejus prodierunt *Coloniæ* 1536. & 1540. *Pithæanum*, quod & Imperatorium dici poteſt, quòd per annos Auguſtorum, neglectis Conſulibus, progrediatur, *Proſperi Tyronis* Chronicon, à Petro Pithæo anno. 1588. primùm publicatum. Quod poſtea *Scaliger*, *Ducheſnius*, & nuper *Labbæus* ad Mſc. exemplar collatum dedit. Anno 1619. *Sirmondus* Tyronis Proſperi Aquitani Confeſsionem, ex Codice Bibliothecæ Vaticanæ, exhibuit. *Valeriani*, Colonienſis Epiſcopi Homilias 20. & *Epiſtolam* ad Monachos, de Virtutibus & ordine doctrinę Apoſtolicæ dedit *Iacobus Sirmondus* 1612. Cum aliis in folio Lutetiæ prodierunt 1613. Præceſsit utramque editionem *Genevenſis* 1601. qua Goldaſtus ſermonem de bono diſciplinæ exhibuit, qui in Tomo IX. Operum Auguſtini reperitur, & inter 20. Sirmondi, primum obtinet locum. *Arnobij*

Dracontius. Hilarius. Proſper. Valerianus. Arnobius junior.

junioris conflictus cum Serapione, de Deo Trino & uno, duabus in Chriſto ſubſtantiis, habetur in Bibliotheca Colonienſi & Pariſienſi. Notæ etiam in

Salvianus eundem *Franciſc. Feu Ardentij.* *Salviani* Trevirenſis, Maſſiliani verò Presbyteri; famoſiſsimi, ſunt libri octo de Providentia & gubernatione Dei, deque juſto ac præſenti Dei judicio ad Salonium Epiſcopum. Prodierunt *Baſileæ* 1530. cura Iohannis Alexandri Braſsicani, *Romæ* 1564. apud Manutium cum aliis; *Pariſiis* 1580. *Altorfii* cum Notis Ritterſhuſij I. C. 1611. Ἀντικειμένων tres libri ſub *Salviani* nomine editi erant *Baſileæ* an. Chr. 1530. & alibi; ſed Juliano, Toletano Antiſtiti tribuuntur.

Idacius Lem. *Idacij Lemicenſis* Chronicon ferè integrum, & partem *Faſtorum*, eidem Idacio tributorum ex Codice Mſc. Collegij Societatis Ieſu Pariſienſis edidit Iacobus Sirmondus, 1619. Sed & *Labbeus Idacianos Faſtos* Bibliothecæ novæ Mſſ. inſeruit. In eodem etiam laboravit authore *Joſephus Scaliger, Henricus Caniſius, Andreas Schottus, Prudentius Sandovallius.* *Salonij*

Salonius. Epiſcopi brevis expoſitio per Dialogum in Parabolas Solomonis, interlocutoribus Verino fratre, ipſoq; Salonio, extat tum in Bibliotheca Patrum, tum *Pariſienſi* tum Colonienſi, tũ Baſileæ 1550. cum aliis Veterum Theologorum opuſculis.

Fauſtus Rejens. *Fauſti Rejenſis*, ſive *Rhegienſis* Epiſcopi (quem Britonem fuiſſe, Pelagii diſcipulum prolixè docet *Illuſt. Armach.* c. 17. Antiquit. Britañ.) opera in unum corpus redacta, non reperiuntur, pleraque in magna Bibliotheca Pariſienſi extant. Sed & in collectione Veterum aliquot Galliæ Theologorum à *Petro* Pithæo emiſſa. Fauſto Regienſi tribuitur Reſponſio ad objecta quædam de ratione fidei Catholicæ contra Neſtorij errorem, ad Græcum Diaconum; de variis quæſtionibus ad Paulinum; de Pœnitentia ad Felicem Papam & Patricium. Ejus de ratione fidei libros, in quibus etiam loca aliquot inter ſe conferuntur, excudit *Henric. Petri* Baſileæ 1528.

Cerealis. Qui *Cereali* Caſtalenſi, in Africa, Epiſcopo tribuitur liber, de Fide S. Trinitatis, in Bibliothecis Veterum Patrum habetur.

Victor Vtic. *Victoris Vticenſis*, quædam opuſcula, Hiſtoria perſequutionis, quam in Africa olim circa Auguſtini tempora perpeſsi ſub Genſerico &c. VVandalorum Regibus; alia, Rebaptiſtarum opiniones redarguentia, conjunctim prodierunt. Separatim libri tres de Perſequutione, *Coloniæ* excuſi 1537. quam editionem *Sirmondus* cum Mſſ. contulit. Recuſi ijdem ſunt tum *Baſileæ* 1539. per Rhenanum, tum alibi in Hiſtoria Veterum Patrum Laur. Barræi & Bibliotheca Colonienſi & Pariſienſi.

Gennadius. *Gennadij Maſſilienſis* Presbyteri tractatus, de Viris Illuſtribus, ſeorſim eſt excuſus, cui tamen quædam ab interpolatore ſunt addita. Cratandri Baſileenſis editio prodijt 1529.

Gelaſius Papa. *Gelaſii* Papæ varia varijs in locis prodierunt ſcripta. Ejus decreta cum cæteris Pontificiis impreſſa ſunt *Coloniæ*. De duabus naturis in Chriſto contra Eutychen & Neſtorium *Baſileæ* 1528. & *Tiguri* apud Froſchovverum 1571. quem contra Baronium, Canum, Bellarminum, Schottum, Binium vindicavit, ceu genuinum Gelaſii fœtum poſt Forbeſ.

Gilda. Inſtruct. Hiſt. lib. 11. c. 16. *Rivetum* Crit. Sac. lib. 4. c. 26. ipſe etiam *Labbæus*. *Gildæ*

ſapientis

tis Britanni Epiſtola de excidio Britanniæ ab Anglis, Iutis & Saxonibus, & acer-
rima reprehenſio ſeu objurgatio ad Clerum Britanniæ prodiit, tum ſeorſim tum
Tomo V. Bibliothecæ magnæ Pariſienſis. *Vigilij*, quem Tridentinum alii, alii re- Vigilius.
ctiùs Afrum appellant, libros 5. contra Neſtorium atque Eutychen, pro defen-
ſione Epiſtolæ S. Leonis & Chalcedonenſis Concilii edidit Froſchovverus
1539. poſtea emendatiores & locupletiores cum aliis ſcriptoribus vulgatæ ſunt
per *Ioſiam Simlerum*; Coloniæ per *Caſſandrum*, & nuper per *Andream Schottum*
Ieſuitam. Eadem occurrit etiam in *Hæreſiologia*, *Orthodoxographis*, & *Bibliothe-*
cis Patrum. *Paſchaſij* Eccleſiæ Romanæ Diaconi libri duo de Sp. S. quibus con- Paſcha-
tinetur narratio ſymboli adverſus errores Macedonii, Arianorum, Sabellia- ſius.
norum, Novatianorum &c. *Coloniæ* ſunt editi 1539. & poſtea à *Bignæo* in Bi-
bliothecam Patrum tranſlati. *Cæſarij*, Arelatenſis Epiſcopi, Homiliæ 46. de va- Cæſarius
rijs rerum divinarum argumentis, ex quibus tamen quaſdam ſuppoſititias eſſe Arelat.
ipſi concedunt Pontificii; prodierunt *Baſileæ* operâ Gilberti Cognati 1558. &
in utraque Bibliotheca, Colonienſi & Pariſienſi. Sub ejuſdem nomine regulam
Sanctimonialium in gratiam ſororis ſuæ S. Cæſariæ conſcriptam, an. Chr. 1621.
Pictavis edidit *Stephanus Moquotus*; notis illuſtravit *Franciſcus Meynardus* I.C. *Ruri-* Ruricius.
cij Lemovicenſis Epiſcopi Epiſtolarum libros duos, ex Bibliotheca Sangallen-
ſi, edidit *Caniſius*, T.V. Antiq. lectionis; ſed mendosè admodum. Ad ſexti ſeculi VI.
ſcriptores Latinos accedimus. *Fulgentij* Carthaginenſis Epiſcopi opera apud Ger- Fulgen-
manos reperta, prodierunt primùm *Norimbergæ* 1519. apud Kobergerum, tius.
poſtea *Coloniæ* 1526. adjectis Maxentii Iohannis, & aliis opuſculis. Separatim
Homiliæ quædam ejus, cum Homilijs Patrum, *Baſileæ* ſunt excuſæ. *Mytho-*
logiarum libri tres (quos alii *Fulgentio Ruſpenſi* Epiſcopo, alii *Placiadi Fulgentio* tri-
buunt) prodierunt primò *Auguſtæ Vindelicorum* 1521. cum Commentariis Iaco-
bi Locheri 2. *Pariſiis*, cum vocum antiquarum interpretamentis per eundem
Fulgentium conſcriptis. 3. *Baſileæ*, ſine Commentariis, tum apud *Hervvagium*
1535. tum *Henricum Petri*. *Leidæ* cum aliis Mythologis, ope Mſſ. recognovit
1599. Hieronymus Commelinus: Sed & in ejuſdem libro Hæreſiologiarum, Ful-
gentii opera ſunt impreſſa. Vltima operum ejus Editio eſt *Lugdunenſis* 1652.
Homilias 80. novas edidit Theophilus *Ragnaudus* Ieſuita, cum præfatione, ex
Mſc. codice Nicolai Fabri. Librum de *Trinitate*, ad Felicem Notarium, edidit
an. Chr. 1612. *Sirmondus*, qui & ejuſdem libros tres de Veritate Prædeſtina-
tionis & gratiæ Dei vulgavit; tertium mancum ex Mſc. Codice Charthuſiæ
Portarum, *Chiffletius* & *Theophilus* reſtituerunt. Liber de *Prædeſtinatione* & Gra-
tia, *cum cenſura* (ita Labbæus) *in officioſæ cenſuræ* Lovanienſium, Bellarmini,
Poſſevini & quorundam aliorum, quâ B. Fulgentio liber hic, T. VII. Augu-
ſtini ſæpe excuſus, aſſeritur, & nitens purusque præſtatur, à *Theophilo*
Ragnaudo. *Guilielmus Camerarius*, Scotus 1634. præter alia opuſcula, edidit Ful-
gentij *reſponſionem* ad interrogationes Scarilæ, de Myſterio incarnationis, & vi-

lium animalculorum auctore Anno 1643. Lutetiæ *Sirmondus* edidit excerpta librorum S. Fulgentij contra Fabianum ex Codice Mſc. Flori Diaconi, ſeu ſubdiaconi Lugdunenſis. Quæ, & quo ſucceſſu, in hujus auctoris edendis ſcriptis lucubraverit *Chiffletius* Divione 1649 & 1656. ex *Labbæo* diſces. *Ennodij*, quem Evodium, alii appellant, Auguſtini diſcipuli opuſcula inter Orthodoxographa extant editionis præſertim 1569. cum *Gabrielis Faerni* in eadem emendationum libris. Separatim opera ejus ediderunt Andreas Schottus, *Tornaci* 1610. Iacobus Sirmondus, *Lutetiæ* 1611. quam, ceu accuratiorem, notíſque longè illuſtriorem præfert Labbæus. *Petri Diaconi* de incarnatione & gratia D. N I. Ch. ſive de Gratia & Libero Arbitrio, in Bibliothecis Veterum Patrum occurrit. *Ferrandi* Eccleſiæ Carthaginenſis Diaconi, paræneticus, qualis eſſe debeat dux religioſus, in actibus militaribus, excuſus eſt *Argentorati* 1526. omnia verò ejus opuſcula edidit Petrus-Franciſcus Chifſletius Ieſuita, *Divione*, 1649. Idem 1656. & ibidem edidit animadverſiones in Ferrandum redivivum, ſive vitam *Hectoris Fulgentij*, quam Iohannnes Ferrandus, Anicienſis Ieſuita 1650. *Lugduni* vulgavit, cujus tamen metamorphoſis ne *Labbæo* placet. *Epiſtolæ* ejus etiam Romæ impreſſæ ſunt. *Eugippij* Abbatis & Presbyteri Africani, Fulgentij *συγχρόνυ*, *theſaurus* in libros duos diſtinctus, & ex Auguſtino collectus, aliàs *defloratio librorum S. Auguſtini* prodiit *Baſileæ* 1542. Venetiis 1543. *Marcellinus, Comes Illyricus*, Chronicon ſcripſit rerum præcipuè ſub Imperio Orientali geſtarum, ab an. Chr. 379. ad 535. Vulgatum eſt *Pariſiis* 1546. poſtea per Antonium Schonhovium, Canonicum Brugenſem, Onuphrium, Margatinum, Bignæum, Scaligerum, & 1619. Iacobum Sirmondum ex Mſc. Bibliothecæ Tilianæ. *Iohannis Maxentij Monachi, & Presbyteri* opuſcula habentur T. IV. Bibliothecæ magnæ Pariſienſis. *Aviti Alcimi*, vel Alcimi Ecdicij Aviti Epiſcopi Viennenſis opuſcula typis Cramoſianis dedit 1643. Iacobus Sirmondus. *Boetij Severini*, Viri Conſularis opera conjunctim vulgata ſunt *Baſileæ* 1546. ſtudio Glareani. Sed & ſeparatim habemus de duabus Naturis & una perſona in Chriſto, adverſus Eutychen & Neſtorium. Item libros 5. de *Conſolatione* cum luculentiſsimis Iohannis Murmellij & Rodolphi Agricolæ commentariis: Sed & *Iohannes Bernartius* & nuper *Renatus Vallinus* Commentaria ſcripſit, quibus hic poſteriora addidit opuſcula ſacra, adjuncta fidei Confeſsione. Aliquid etiam fuit pollicitus Labbæus. *Dionyſii Exigui*, natione Scythæ, Abbatis Romani Monaſterij, collectio Canonum Eccleſiaſticorum vulgata *Pariſiis* per Chriſtophorum Iuſtellum, 1628. cum Epiſtola Synodica Cyrilli & Concilii Alexandrini contra Neſtorium ab eodem Dionyſio in Linguam Latinam translata. Epiſtola *Proterij*, Alexandrini Epiſcopi ad Leonem Papam de ratione Paſchali, ab eodem verſa, edita eſt in appendice operis de doctrina temporum *Petavij*. Sed conjunctim, quædam ejus opuſcula edita ſunt *Baſileæ* 1528. *Magni Aurelij Caſiodori*,

Senatoris

Margin notes: Ennodius. Petrus Diaconus. Ferrandus. Eugippius. Marcellinus. Maxentius. Alcimius. Boëtius Severinus. Dionyſius Exiguus. Aurelius Caſiodorus.

Senatoris opera *Lutetiæ* prodierunt 1519. & 1588. & 1605. *Novellianæ* editioni 1579. elegantiæ laus tribuitur. *Moguntinæ* acceſsit 1602. Diviſim commentarii in *Pſalmos Davidis* 150. per tria membra, hoc eſt, pſalmos quinquagenos diviſi, *Baſileæ* editi ſunt 1549. ut in Canticum Canticorum ſub ejusdem nomine, ſed falsò, *Friburgi* Briſgojæ 1538. *Victoris Capuani* Epiſcopi præfatio in Harmoniam 4. Evangeliſtarum extat in Bibliothecis Veterum Patrum. *Iuſti Orgelitani*, ſive Vrgellenſis in Catalaunia Epiſcopi, Commentariolus, ſeu myſtica explicatio in Canticum Canticorum, curâ Menardi Molheri *Haganoæ* prodiit 1529. poſtea *Baſileæ* 1551. inter Orthodoxographa; denique in Bibliothecis Veterum Patrum; ultima etiam *Morelliana*. *Aratoris*, Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, carmine expreſsi extant *Actus Apoſtolorum*, hinc inde excuſi Baſileæ à *Caſſandro* reſtituti, poſtea etiam à Guilielmo Fabricio emendati; *Lugduni* 1553. Extat & apud Sirmondum, in notis ad Ennodium Epiſcopum Ticinenſem, & T. 1. novæ Bibliothecæ Mſſ. librorum. *Iunilij Africani* opuſculum ad *Primaſium* Epiſcopum de partibus Divinæ legis &c. *Baſilea* & in Orthodoxographis dedit, & ſeparatim 1538. *Primaſij* Commentaria in S. Pauli Epiſtolas ex Auguſtini, Hieronymi &c. aliorúmque ſcriptis eruta conjunctim prodierunt *Lugduni* 1543. antea *Coloniæ* ſeparatim in Epiſtolam ad Romanos 1537. Commentaria ejus myſticæ expoſitionis in Apocalypſin ad Caſtorium, ex illegibili ſcriptura antiqua excuſa primùm 1544. *Baſileæ*, poſtea & *Lugduni*. Sed & in Bibliothecis Veterum, Colonienſi & Pariſienſi habentur, quæ ei tribui ſolent opuſcula. *Ruſtici*, Romanæ Eccleſiæ Diaconi, Dialogus adverſus Acephalos, ſejunctim prodiit *Baſileæ* 1528. & in Hæreſiologia 1550. Ibidem inter Orthodoxographa 1556. 1569. *Tiguri*, in collectione Patrum adverſus Neſtorium & Eutychen 1571; *Coloniæ* & *Pariſiis* in Bibliothecis Patrum *Victoris Turonenſis* vel Tononienſis Chronicon ab an. Chr. 444 ubi deſierat Proſper Aquitanus, uſque ad annum 565. primùm editum ab *Henrico Caniſio* Noviomagenſi; Ingolſtadij 1600. correctus poſtea à *Scaligero* in theſauro temporum 1606. *Martini Bracarenſis*, *Damienſis* poſtea Epiſcopi, liber de moribus, i. e. Formula honeſtæ vitæ, ſive de differentijs quatuor Virtutum Cardinalium tum *Baſileæ* prodijt, curâ Gilberti Cognati, tum *Duaci*; tum alibi in Bibliothecis Veterum Patrum. Sententias Ægyptiorum Patrum, à Græco quodam anonymo collectas, & ab hoc *Martino* Latinè redditas, vulgavit *Antuerpiæ* Heribertus Roſvveidus Ieſuita 1615. & 1628. Collectio verò Canonum Orientalium ex Græcis Synodis, occurrit tum alibi impreſſa, tum in Concilijs Binianis poſt. II. Synodum Bracarenſem an. Chr. 572. celebratam. *Liberati*, Diaconi Carthaginenſis Eccleſiæ, Breviarium de cauſa Neſtorij & Eutychetis capitibus 24. comprehenſum, reperitur in Tomis Conciliorum poſt V. Synodum. *Venantij Fortunati*, Pictavienſis Epiſcopi, Poëtæ ſacri, carmina cum Veterum Poëtarum Chriſtianorum operibus dedit *Oporinus* 1562. Vitam ejus ſcripſit Chriſtophorus *Brovverus*, Ieſuita, quam præfixit

Victor. Iuſt. Orgelitanus. Arator. Iunilius Africanus. Ruſticus. Victor. Martinus. Liberatus. Venantius Fortunatus.

præfixit collectioni carminum & aliquot aliorum opuſculorum excuſæ 1603. & 1616. *Moguntiæ*. Omnia Opuſcula Fortunati, infinitis locis, partim ex optimæ notæ codicibus, partim ex certiſsimis conjecturis emendata, prælo pridem ſe habere parata ſcribit *Labb.* diſſert. de Scriptor. Eccleſiaſt.

Iohannes Biclarenſis. *Iohannis Biclarenſis*, Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopi Chronicon, ab anno primo Iuſtini II. Imperat. ſive 566. ad 590. dedit *Henricus Caniſius* I. C. Noviomagus, 1600. quod emendatum poſtea recudit *Ioſephus Scaliger* 1606. cum Euſebio.

Gregorius Turonenſis. *Gregorij Turonenſis* ſcripta tum Hiſtorica, tum Proſopographica pridem ſunt edita *Lutetiæ* in 4. & *Coloniæ* 1583. *Hiſtoria Francorum* ſeparatim vulgata eſt primùm à *Badio*, pôſt à Guilielmo Morellot, demum *Baſileæ* à Petro Perna. Atque hæc quidem ſex primorum ſeculorum; quibus limitibus Patrum includi ſolet nomenclatura; ſcripta, à quibus & quando in lucem publicam ſint emiſſa, adeóque unde comparari poſsint, attexere placuit. Reliqua in hunc cenſum non ſolent referri communiter; quando tamen ſequentibus etiam ſeculis unius & alterius crebra apud ſcriptores recentiores eſt mentio, nec contemnendus eorum in re Theologica uſus, vel aliquorum ſaltem continuare placet ſeriem.

Gregorius M. *Gregorij* I. ſive Magni, opera conjunctim excuſa *Baſileæ*, apud Frobenium 1538. *Antuerpiæ* 1572. *Pariſiis*, 1533. 1571. & 1640. *Romæ* 1588. 1591. ſeorſim verò Homiliæ 39. in Homeliar. Doctorum *Baſileæ*: Expoſitio ſuper Canticum, *Pariſiis* 1498. Expoſitio in libros Regum, *Venetijs* 1538. In primum Regum & Regula Paſtoralis, *Argentorati* 1496. Liturgia Gregorij cum Interpretatione Græca Georgij Codini, *Pariſijs* prodijt 1575. Hugo verò Menardus, Benedictinus Monachus librum Sacramentonem ei tributum edidit ex Miſſali Mſc. Eligijs, Bibliothecæ Corbejenſis, notiſque & obſervationibus illuſtravit, *Lutetiæ* 1642.

Iſidorus. *Iſidori* totius Editiones aliquot etiam habentur, Pariſijs prior Margarini Bignæi 1580. poſterior, eóque auctior 1602. quæ *Coloniæ* fuit recuſa 1617. Originum verò ſive Etymologiarum libri 20. impreſsi ſunt tum in *Italia*, tum *Baſileæ*, opera Bonaventuræ Vulcanij 1577. Hiſtoria Gothorum, Vandalorum & Suevorum edita Tom. I. Bibliothecæ novæ Mſſ. ex Codice Mſc. per *Labbæum*. De ſummo bono libri tres prodierunt, *Lipſiæ* 1493. *Venetijs* 1583. notis illuſtravit Gaſpar Loayſa. De Divinis officijs liber excuſus *Coloniæ* 1568. Liber de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, poſt Hieronymum & Gennadium, exhibetur à *Suffrido Schotto*, in Bibliotheca Eccleſiaſtica, *Gaſpari Loayſæ*, Madriti 1593.

Iulianus Toletanus. *Iuliani Toletani* Epiſcopi opuſcula extant conjunctim in Bibliothecis Veterum Patrum Colonienſi & Pariſienſibus, eparatim Epiſtola ad Idalium Barcinonenſem Epiſcopum; Oratio ad Deum, & Prognoſticorum ſive de Origine mortis humanæ, de futuro ſeculo, & futuræ vitæ contemplatione libros tres primùm edidit *Lipſiæ* 1535. Iohannes Cochlæus. Ἀντικειμένων ſive contrariorum in ſpeciem locorum utriusque Teſtamenti libri duo ſeorſim antea absque Authoris nomine *Baſileæ* excuſi 1530. & *Coloniæ* 1532. Hiſtoria de ijs, quæ *Vambà* fecit in Gallis,

lis, extat Tom. I, Hiſtoricorum coætaneorum Franciæ ex membranis Moiſſiacenſis cœnobij, ab *Andrea Duchesnio* publicata. *Bedæ* ſcripta varijs in locis ſeparatim impreſſa ſunt; conjunctim tribus Tomis Pariſiis 1545. *Baſileæ* 1563. Hiſtoria ejus aliquoties etiam a. Ch. 1515. & nuper à *Seldeno* repetita. Quædam Editiones tribus, quædam octo tomis abſolvuntur. *Pauli* (fuit hic VVarnefridi & Theodeliadæ filius, cognomento *VVinfridus*) Eccleſiæ Aquilejenſis Diaconi, Hiſtoriæ VVinilorum, qui poſtea dicti ſunt Langobardi, libri ſex editi ſæpius, *Auguſtæ Vindelicorum* 1515. *Baſileæ* 1532. & *Venetijs*, apud Aldum 1521. & apud Petrum Pernam 1569 Excerpta quædam de primis Metenſium Epiſcopis, flagitante Angitramno Epiſcopo, edita ſunt à Marquardo Frehero, in corpore Hiſtoriæ Francicæ 1611. & ab Andrea Ducheſnio. Vitæ Benedicti, & Scholaſticæ Virginis, *Romæ* prodierunt 1590. cum Poëmatibus Proſperi Martinengi: Verſus de eadem Scholaſtica edidit Arnoldus VVion, in Ligno vitæ *Hiſtoriæ miſcellæ*, cujus commendatur author, editio ſæpius fuit iterata, celebris, *Baſileenſis* 1569. ex emendatione Petri Pithæi. *Alchvvini*, ſive *Flacci Albini Alcuini* Britonis opera excuſa ſunt *Pariſijs* 1617. in folio, ſeparatim verò Homiliæ in Evangelia Dominicanorum dierum & feſtorum totius anni *Baſileæ* 1515. *Coloniæ* 1539. Diſputatio cum Carolo M. de Rhetorica & Virtutibus à *Menardo Molthero* reſtituta, Ib. Commentar. in Eccleſiaſten 1531. In ſeptem Pſalmos Pœnitentiales; Item in Pſalmum 118. & Canticum Canticorum *Lutetiæ* 1547. In Iohannem *Argentorati* 1527. Sed hæc hactenus. Non enim noſtri eſt inſtituti cætera percurrere ſecula, quæ ad Patriſticam Theologiam non pertinent; unum adhuc addimus ætate inferiorem, pietate tamen & eruditione multis ſuperiorem, *Bernbardum* Abbatem Clarevallenſem, cujus opera aliquoties edita ſunt in Italia, Germania, *Baſileæ* cumprimis per Hervagium, *Venetijs* 1568. & nuper *Coloniæ* 1641, curâ Iacobi Merlini Horſtij, Tomis ſex.

Beda.

Paulus Diaconus.

Alchuinus.

CAP. V.

Digitized by Google

CAPUT. V.

DE PATRIBUS ECCLESIAE ORIENTALIS GRAECAE, eorúmque Editionibus & Translationibus in ſpecie.

1. *Græci* Patres ab ipſis etiam ſæpe Latinis fuerunt translati. 2. Ruina Græciæ Occidenti primas dedit translationes. 3. Secutæ poſt Reformationem tam Editiones, quàm Verſiones Græcorum plurimæ elegantiæ & fidei gradibus diſtinctæ. 4. Ordine *Græcorum Patrum* recenſentur Editiones.

I. QVemádmodum Græcia, jam inde ab ultima antiquitate bonarum literarum alumna, etiam longè diſsitos pellexit, Latiníſque, Syris & Arabibus Literaturæ ſuæ nectar propinavit, ita obſervamus Veterum Chriſtianorum, Græcorum magis quàm Latinorum ſcripta, à vicinis Eccleſijs omnibus, *Syriacis*, *Arabicis*, *Ægyptiacis*, *Æthiopicis*, lecta fuiſſe & translata. *Æthiopibus* Chryſoſtomum placuiſſe, præ cæteris, Orationes, ejus in Linguam Æthiopibus Vernaculam translatæ probant. *Ægyptiacas* Eccleſias, pleroſque tranſtuliſſe Patres Græcos, haud obſcurè ex Lexico noſtro *Copto Arabico* colligimus. *Chryſoſtomi* opera extare Arabicè omnia, *Baſilium* etiam, *Clementem* Alexandrinum &c. alibi diximus. *Syriacis* Eccleſiis Græcorum Patrum ſcripta non fuiſſe ignota, docet prolixus Catalogus *Ebed Ieſu*, à pag. 15. ad 43. ubi omnia ferè Doctorum Græcorum enarrantur ſcripta. *Latini* denique ſuos quoque rivulos ex Græcorum laticibus irrigârunt. Vnde non paucos reperimus inter Veteres, qui Græcorum ſcripta Latinæ etiam Eccleſiæ bono verterunt. *Ruffino* hic multum debetur, *Dionyſio Exiguo*, & alijs. Paulò pòſt verò literatura Græca in Latio adeó contemni cœpit, ut *Gregorij M.* tempore pauci extiterint, qui vel officii partibus, in neceſſariis translationibus, potuerint defungi. Creſcente deinceps, inter utramque Eccleſiam Latinam & Græcam, Schiſmate, illa de hac minùs ſolicita, literaturam etiam Græcam primò negligere, poſtea penè averſari cœpit: qua de re alibi à nobis eſt actum. Donec tandem an. Chr. 1453. expugnata Conſtantinopoli, Muſæ Atticæ ipſas quoque alpes transvolarunt, & Græcæ literæ in Italia primùm & Gallia, poſtea & Germania ad ipſorum Græcorum ſtuporem fuerunt excultæ. Theodoro Gazæ, Manueli,

nuel, Chryſoloræ, aliísque, ex Oriente profugis, multùm debetur, qui non modò præceptis Grammaticis viam ſtraverunt; ſed & Eccleſiaſticis authoribus transferendis præclaram navârunt operam. Reformationis tempore Græciſmus, ad Græcorum ſtuporem, ab Europæis tranſalpinis, Germanis præſertim, fuit promotus; unde & Hiſtorias, Poëtas, feliciſsimè facilimèque intellexerunt; & Patrum etiam Græcorum ſcripta, non edita modò magno ſtudio, ſed & ſingulari diligentia tranſlata poſteritati Anteceſſores noſtri tradiderunt.

II. De fide vel Editionum, vel verſionum nolumus prolixè agere. Illud noſtri pridem obſervârunt, Eccleſiæ Romanæ Theologos omnia movere, ut vel invitos ſæpe Patres, Græcos cumprimis ſuo arbitrio ſervire cogant. *Verſio Latina Ignatij*, inquit *Vedel.* Præfat. in Epiſt. Ignat. *tam vetus, quàm recentiores corruptiſſima erant: quod partim ab ignorantia, partim à ſuperſtitione profectum, ac malitioſè obſtinatove errorum firmandorum ſtudio.* Hinc *συςήματα παρθένων*, Virginum Collegium *vertere; hinc ἀξιωθῆναι per vocem* mereri *reddiderunt, ut ſcil. & Monaſterijs, & operum meritis fides à Baronio & Bellarmino conciliaretur.* Inſignis Ephræmi Antiocheni ſive Theopolitani locus, qui Transſubſtantiationem, ut alibi monuimus, planè evertit, miſerè ab *Andrea Schotto*, Ieſuita, corrumpitur & planè pueriliter vertitur. Verba enim *τῆς αἰσθητῆς ὀυσίας οὐκ ἐξίσαται* transfert, *ſenſibilis eſſentia nō cognoſcitur*. pro, *ſenſibilem eſſentiam non amittit, ea non excedit.* Quo errore nihil vel turpius, vel malitioſius. Quid in *Petavij* verſione Epiphanij viri docti deſiderent, ſuo loco obiter indicabimus, ad ordinem jam Editionum properantes. Et primo quidem ſeculo prodit *Hermes*, ſive *Hermas*, auctor libri, qui *Paſtor* dicitur, & in Bibliothecis ſanctorum Patrum, in Orthodoxographis & Hæreſiologia extat; & ſeorſim etiam à *Caſparo Barthio*, noſtro tempore, eſt excuſus. Iam ante quoque *Argentorati* 1522. apud Iohannem Schottum prodijt. *Clementis* Papæ prior ad Corinthios Epiſtola, quam non extare ſcripſit *Bellarminus*, noſtra demum ætate edita eſt *Oxonij*, in Anglia 1633. ſtudio Patricij Iunij Græcè & Latinè, cum poſterioris fragmento, & Veterum de Clemente encomijs. *Canones Apoſtolici* (quorum collectio illi etiam tribuitur) excuſi tum alibi, tum *Norimbergæ* 1531. cum Verſione *Pariſiis* & *Tiguri*. *Recognitionum* libri 10. ex Interpretatione Rufini, *Baſileæ* 1536. Extant & in Conciliorum tomis. In *Ignatio*, ejusque editione multum ab eruditis laboratum eſt. Primò cum operibus Dionyſij Areopagitæ, *Pariſiis* & *Baſileæ*, editæ ſunt Epiſtolæ, ejus nomine venditatæ, 1520. *Coloniæ* 1536. Ibidem à Perionio Latinitate donatæ 1557. *Antuerpiæ* Græcè & Latinè, interprete Hieronymo Sylvio. Tiguri 1560. cum verſione Iohannis Brunneri; *Genevæ*, cum verſione & Notis *Nicolai Vedelij* 1623. quam etiam Editionem, contra Richardum

Paſtor Herm.

Clemens P.

Canones Apoſtolici.

Ignatius.

Montacutium, defendit præfatione in librum de Deo Synagogæ. *Oxonij* cura Illuſtriſsimi Armachani, cum verſione & Notis tum in Ignatium, tum in Canones Apoſtolicos & Clementinas conſtitutiones, 1644. (Ignatij verò & Polycarpi Martyria 1647) & illa quidem non ſolùm ſuppoſititias à genuinis diſtinguit, ſed etiam ipſas illas, quas pro Ignatianis habet, codicum inſtituta collatione, interpolatas oſtendit. Sed & *Iſacus Voßius* an. Chr. 1646. ſeptem priores Ignatij abbreviatas Epiſtolas (quas ſolas cenſet genuinas) ex codice Mſc. Florentino, cum Verſione & Notis edidit. Plura & pleniora de diverſis Ignatij Editionibus Armachan. Not. in Ignat. & Polycarp.

Polycarpus. *Polycarpi* Epiſtola ad Philippenſes Latinè ſæpiùs edita eſt 1498. & 1502. 1520. *Baſileæ* 1550. Interpres hic antiquus videtur & incertus; certus ſequutus 1557. *Pariſiis*, & *Coloniæ*, Ioachimus Perionius Cormætiacenus: ſucceſſerunt poſtea Petrus *Halloixius* Ieſuita, qui Græcè & Latinè dedit *Duaci* 1633. & nuper 1644. Iacobus Vſſerius, cujus & Verſionem & Notas habemus.

Dionyſ. Areopag. Sed & *Dionyſius Areopagita*, etſi author incertus, patronos pridem nactus, qui ad prælum illum promoverent. Prodijt Latinè *Lutetiæ* 1498. cum Scholijs Fabri Stapulenſis; *Coloniæ* 1557. ex Interpretatione Ioachimi Perionij. *Græcè* verò opera ejus cum ſcholiis Maximi, & Paraphraſi Græca Pachymeræ ſunt vulgata 1562. Editio *Colonienſis* 1546. exhibet Commentaria Dionyſii Carthuſiani, & quatuor verſiones, Iohannis Scoti Benedictini, ſub Carolo M. Iohannis Sarraceni, Ambroſii Abbatis Camaldulenſis, & Marſilii Ficini. Vltima Editio *Antuerpiæ* vulgata eſt 1634. Græco-Latina cum Scholiis Maximi Martyris, & Georgii Pachymeræ paraphraſibus, operâ Balthaſaris Corderii Ieſuitæ.

Iuſtinus Martyr. *Iuſtini Martyris* (qui II. Seculo vixit) opera omnia Græcè impreſsit *Robertus Stephanus*: Hieronymus *Comelinus* Heidelbergæ Græco-Latinè 1593. Et ille quidem correctior; hic, ex *Langij* translatione, ſed correcta: *Latinè*, Interprete Gelenio, *Frobenius*, Baſileæ, ubi poſtea iterum prodierunt, ex Iohannis Langi translatione, cum ejuſdem Commentariis. *Pariſienſis* 1636. Græco-Latina eſt, cum variorum notis, Friderici Sylburgii, Ioachimi Perionii, & Iacobi Billii, Petri Lanſſelii Ieſuitæ &c.

Athenagor. *Athenagoræ Philoſophi* & Presbyteri Apologia pro Chriſtianis ſæpe excuſa eſt ab Henrico Stephano, Geſſneris Fratribus, &c. Interpretati ſunt Conradus Geſſnerus, & Suffridus Petrus Leovardienſis. De *Reſurrectione* Latinè & Græcè prodiit *Lutetiæ* 1541. & 1624. in Auctario Biblioth. Patrum Pariſ. per Frontonem Ducæum, qui & notis illuſtravit, *Baſileæ*, *Tigur.* *Venetijs* 1556. Interprete Hieronymo Valeta. Fragmenta quædam inde excerpta & edita habentur, *Baſileæ* 1516.

Theophilus Antiochen. *Theophili Antiocheni* libri tres ad Apologiam de fide περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως Græcè & Latinè, Interprete Conrado Clauſero, Tigurino, prodierunt *Tiguri* 1546. *Baſileæ* 1555. inter Orthodoxographa, *Lutetiæ* 1624. procurante Frontone Ducæo, in *Auctario* Bibliothecæ Patrum. Eidem ferè in citatis editionibus ubique adjungitur *Tatiani* Oratio adverſus Græcos, quod nihil eorum, de quibus glorian-

tur

Digitized by Google

tur ſtudiorum apud ipſos natum, ſed omnia à Barbaris inventa ſint. *Egeſippi* vel *Hegeſippi* libri quinque de bello Iudaico, & excidio urbis Hieroſolymitanæ, ſub Tito Veſpaſiani Filio; editi ſunt tum in Hiſtoria Patrum à Laurentio Burero curata, tum in Bibliothecis Veterum Patrum à Margarino Bignæo inſerti: Seorſim operâ Cornelij Gualtheri Gandenſis, cum alijs. Ambroſio etiam quidam tribuunt Interpretationem, quæ *Coloniæ* apud Iohannem Soterem prodijt. Egeſippus.

Irenæum Græcè ſcripſiſſe multa ſuadent, &, contra Eraſmum, *Beatus Rhenanus* perſuaſit: Et Græcè quidem ſcripſiſſe Irenæum, ſatis conſtat, ſed magno Reipublicæ Chriſtianæ incommodo verſio incondita, quantumvis antiqua, in locum nativæ authoris editionis ſucceſsit. Rivet. Crit. l. 2. c. 6. Primus eſt Eraſmus, qui à blattis eos vindicatos edidit, *Baſileæ* 1534 editus primùm, poſtea *Genevæ* 1570. Alia *Verſio*, additis Græcis, quæ reperiri poterant, & annotationibus *Gallaſij*, ſecuta *Pariſiis* 1575. ex recenſione & annotationibus *Franciſci Fevardentij*. Cui tamen ipſi præferunt Pontificij Colonienſem 1596. cum fragmentis Græcis. Vnde non eſt mirum, *Riveto*, Theologo Reformato, Monachi *Fevardentij* diſpliciuiſſe, ceu *corruptoris* operam. Ducæus (ad 18. capita libri primi) & *Iacobus Billius Prunæus* obſervationes ſcripſit. Irenæus.

Clementis Alexandrini opera Latinè ſunt edita, Florentiæ, 1551. Græcè ibidem 1550. Prodijt etiam προτρεπτικὸν ex Interpretatione Gentiani *Herveti*, recenſione *Danielis Heinſij* 1616. quam & *Pariſienſes* poſtea expreſſerunt, operâ *Frontonis Ducæi*. Stromatum libri 8. *eodem* editi ſunt interprete, cum gemino indice *Friderici Sylburgij* ejus denique annotationibus, & *Danielis Heinſij* emendationibus. Clemens Alexandrinus.

Origenis (de cujus ἑξακισχιλίοις libris multisque laboribus conſuli poteſt, *Epiphanius* pag. 255. qui tamen ἐθελόσοφον ipſum appellat, quique τυφλωθεὶς ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς παιδείας p. 268. fruſtra ſibi nomen *Adamantini* impoſuerit) opera primùm conjuncta prodierunt *Latinè Lutetiæ* 1512. Poſtea, cura *Eraſmi Roterodami*, *Baſileæ* 1536. Iterum 1574. *Pariſiis*, per Gilbertum Genebrardum Theologum Pariſienſem, aucta, & ad textum Originalem recognita. *Græcè* verò octo Homilias in Ieremiam ex Vaticano Codice primùm vulgavit 1623. *Michaël Ghislerius* Romanus, cum interpretatione *Iohannis Matthæi Cariophyli* Cretenſis, & *Leonis Allatij*. Origenis libri contra Celſum ex Bibliothecis Palatina & Boica Græcè & Latinè prodierunt, interprete *Sigiſmundo Gelenio*, cum notis *Davidis Hoeſchelij*, Auguſtæ Vindelicorum 1605. Et nuper *Guilielmus Spencerus*, in Anglia, cum notis edidit, una cum Philocalia, quæ jam ante 1619. interprete *Iohanne Tarino*, Andegavo, prodiit. Opus, à Baſilio Magno & Gregorio Theologo, ex variis ſcriptis Origenis excerptum, magni uſûs. Agit enim de variis Scripturæ locis, de quibus, ἐπιστάμενος τὴν τῶν ἑβραίων διάλεκτον, præ aliis feliciter judicare tum poterat. *Iulij Africani* & *Origenis* Epiſtolæ ἀμειβαῖαι, de Hiſtoria Suſannæ, editæ ſunt ex Bibliotheca *Andreæ Schotti*, Auguſtæ 1602. cura *Davidis Hoeſchelij*. Origenes.

Fragmentum ex Epiſtola ejusdem Origenis ad Africanum habetur, poſt catenam Græcorum Patrum in Iobum, collectore *Niceta*, Heracleæ Metropolita, Græcè & Latinè à Patricio Iunio Londini editum 1637. Origenis, in libri 1. Regum c. 28. de Engaſtrimytho Commentarius, Græcè & Latinè, *Leone Allatio* Interprete 1629. Origenis, ſive alterius Doctoris Græci συγχρόνε, ſcholia in Orationem Dominicam, & Cantica B. Virginis, Zachariæ & Simeonis, Græcè & Latinè emiſit *Fridericus Morellus* 1601. Sed & alia quædam diſtincta prodierunt ejus opera, *Homiliæ* præſertim, de quibus Geſnerus in Biblioth.

Gregorius Neocæſarienſis. *Gregorij Neocæſarienſis*, alias *Thaumaturgi*, opera, quæ ex Bibliothecis haberi poterant, *conjunctim* prodierunt *Moguntiæ* 1604. Interprete & Scholiaſte *Gerardo Voſſio*, Borchlonio, Præpoſito Tungrenſi, quem retinuerunt *Pariſienſes* 1621. *Separatim* verò Epiſtola ſive Canones 10. impreſsi *Baſileæ* 1518. Metaphraſis in Eccleſiaſten, *Auguſtæ* & *Baſileæ*, Interprete Oecolampadio; *Moguntiæ* ex Verſione *Billij*, Prunæi; Extant & Gerardi Voſsij notæ & variæ lectiones, cum Notis Iacobi Billij, & Frontonis Ducæi Ieſuitæ. *Panegyricum* εὐχαριστίας, ſive in Origenem proſphoneticam ac panegyricam Orationem Græcè & Latinè edidit *David Hoeſchelius*, 1605. Eandem tranſtulit *Iacobus Sirmondus*.

Dionyſius Alexandrinus. Ex operibus *Dionyſii Alexandrini*, quæ ſuperſunt Græcè & Latinè, habentur, *liber* ſive Epiſtola contra Paulum Samoſatenum, Eccleſiæ Antiochenæ Antiſtitem, Filij Divinitatem oppugnantem; necnon *Epiſtola* ad Baſilidem, Interprete *Franciſco Turriano* Ieſuita. *Epiſtola* de Reſurrectione Dominica & Paſchalis jejunij termino, Ingolſtadii 1580. cura *Theodori Peltani*, Ieſuitæ. *Canonicæ Epiſtolæ*, inter Iohannis Zonaræ & Theodori Balſamonis collectanea Iuris Canonici, reperiuntur.

Methodius. *Methodij*, Olympi Lyciæ, vel Pataræ, & poſtea Tyri, Epiſcopi opera *conjunctim* prodierunt 1644. cura *Franciſci Combeſis*, Dominicani. *Separatim* collectanea quædam *Baſileæ* excuſa ſunt 1537. in Epiſtolam ad Romanos, tum ex aliis, tum ex Methodio de Reſurrectione. Liber de Creatione Mundi & revelationibus in carcere, de noviſsimis temporibus excuſus cum Figuris, *Baſileæ* 1516. Convivium Virginum, in quo XII. mulieres de laudibus Virginitatis Græcè & Latinè edidit *Petrus Poßinus*, Ieſuita 1657. Pariſijs. Quæ vel Allatio, vel Ioanni Meurſio, vel Petro Paulino debeantur in certorum fragmentorum editione ex verſione 1644. indicat *Labbæus* in Diſſert. ſua.

Dorotheus. *Dorothei Tyrij* nomine, falsò Synopſis prodiit, de vita & morte Apoſtolorum, Prophetarum ac diſcipulorum Chriſti, tum ſeorſim, tum in Bibliothecis Veterum Patrum.

Euſebius. *Euſebij*, cognomento *Pamphili*, Cæſarienſis Epiſcopi, opera omnia quæ extant, *Latinè* ſunt edita *Baſileæ* 1542. & ex officina *Henrici Petri* 1570. duobus tomis exhibita, atque ex Græcis exemplaribus correcta. *Græcè* verò *Lutetiæ*, per Robertum Stephanum, & poſtea 1581. omnia iterum opera annotationibus illuſtrata, vulgata ſunt cura *Iohannis Dadræi*, Pariſienſis Theologi. In ſpecie A. *chronicon* ejus, aliàs Theſaurus temporum, ſive I. Euſebij Pamphili, ex priori parte *chronico*

rum

rum Canonum omnimodæ Hiſtoriæ reliquiæ, quæ colligi potuerunt, Interprete Hieronymo. 2. *Chronicorum Canonum* pars poſterior, quæ vocatur Chronicus Canon, eodem Interprete. Prodierunt feliciſsimè & magna cum cura *Scaligeri*, qui ſingularem huic authori impendit operam, additis animadverſionibus ex tribus libris Iſagogicorum Chronologiæ Canonum Idem opus, ſecunda cura emendatum, ab authore in extremis agente DD. *Gomaro*, commiſſum, vidiſſe ſe teſtatur *Rivet.* Crit. ſac. l. 3. c. 2. Hæc *Genevæ* prodiiſſe videtur a. Ch. 1629. Iam antè Pariſijs cum additionibus hoc Chronicon prodijt. B. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* libri decem primùm tranſlati ſunt à *Rufino*, ſed liberè; textui paulò propiùs, quod tamen in omnibus non fuit aſſequutus, accedere anniſus fuit *Iohannes Chriſtophorſonus*, Anglus, ſeu Ciceſtrienſis Epiſcopus, cujus Editio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Græco-Latina, ſæpe ἰδίᾳ ἀλλάξει ὑποθέσει, Id quod exemplis ſi neceſſe fuerit, probabimus; *Coloniæ* eſt excuſa, poſtea, cum textu Græco 1612. *Genevæ.* Emendatiorem pollicetur de Henrico Valeſio I. C. Pariſino, cum uberrimis notis, Labbæus C. De *Vita Conſtantini* libros quinque Latinitate à Muſculo donatos vulgavit *Frobenius* 1554. Librum de locis Hebraicis ab Hieronymo translatum Græcè & Latinè, alio ordine cum additionibus dedit, *Iacobus Bonfrerius*, Ieſuita Pariſijs 1631. D. *De Evangelica Præparatione* libri 15. editi ſunt aliquoties Græcè, præſertim à Stephano 1544. Latinè ex Verſione Trapezuntij 25. Græcè & Latinè 1628. *Lutetiæ*, ex Interpretatione Franciſci Vigeri Ieſuitæ. Aliam eamque emendatiorem pollicitus eſt *Geſſnerus* noſter in Biblioth. ſua. E. De *Evangelica* demonſtratione libri decem *Coloniæ* excuſi ſunt, Latinè, ex Interpretatione *Donati Veronenſis* 1542. quæ etiam retenta eſt in editione Græco-Latina *Pariſienſi* 1628. F. Liber *adverſus Hieroclem* prodijt Græcè, à *Manutio*, poſtea *Coloniæ* 1532. Latinè ex Verſione *Zenobij Acciajoli*; Græcè & Latinè, *Lutetiæ* an. 1628. Alia quædam Euſebij nomine prodierunt *Lutetiæ* 1580. 1617. 1628. quæ tamen vel fragmenta tantùm ſunt, vel incerta. Anno 1643. opuſcula, ex codicibus Mſſ. Herivallenſi & Compendienſi, *Sirmondus*, Lutetiæ, ſed Latinè tantùm, ex veteri Verſione, vulgavit. Præter Euſebij opera, quæ hactenus lucem viderunt, Pariſienſes Typographi an. Chr. 1628. cum nova editione libror. de *Præparat.* & *demonſtrat. Evangel.* ex Verſione *Franciſci Vigeri* adpoſuerunt libros duos, nondum hactenus editos & viſos, contra Marcellum Anonymum, & de *Theologia Eccleſiaſtica* libros tres quos *Richardus Montacutius* primò eruit & vertit. Macarius. *Macarij* L. homilias Græcè ex Bibliotheca Regia dedit Stephanus, Latinè autem, interprete *Iohanne Pico* Pariſijs 1559. & iterum 1623. cum aliis operibus lucem viderunt. Græco Latinè ex Verſione Zachariæ Paltenij, Francoforti 1594. Anathaſius. *Athanaſii* opera aliquoties ſunt edita, Latinè *Baſileæ* quatuor Tomis, typis Frobenianis. *Lutetiæ* 1572. Græco-Latina eſt Comeliana 1601. Heidelbergenſis (quæ, teſte *Poſſevino*, auctior eſt cæteris, quæ alibi in lucem ſunt editæ) quam expreſsit *Pariſienſis* 1627. *Separatim* verò *Colloquiorum* Arianorum

primum tranſtulit Ioannes Lampadius: *Synopſin* totius Scripturæ S. Volph-
gangus Muſculus: Athanaſii *Dialogi* quinque de ſacro-ſancta Trinitate Græcè &
Latinè editi ſunt, Interprete Beza, *Genevâ* & *Baſileæ*. Sermo, forma Dialogi,
conſcriptus, in quo colloquuntur Orthodoxus & Macedonianus, verſus per
Abrahamum Scultetum: *Quæſtiones* ad Antiochum, Interpretes agnoſcunt Iohan-
nem Reuchlinum, Valentinum Ampelandrum, Iohannem Lampadium.
Homiliæ ſeptem, Lucæ Holſtenij ſtudio, ex diverſis Bibliothecis ſunt erutæ.
Multa etiam in Veterum Patrum Bibliotheca occurrunt. *Commentaria in Pſal-
mum* Reuchlinus tranſtulit, contra Idololatriam Gentium, de fide in S. S. Trini-
Serapion. tatem, *Pomeranus*. *Serapionis* Thmuitani Epiſcopi librum adverſus Manichæos,
qui ei tribuitur, latinitate donavit *Franciſcus Turrianus*: Antiquis lectionibus
Didymus addidit, *Caniſius*: unde Editores Veterum Patrum mutuârunt. *Didymi Alexan-*
Alexan- *drini* opuſcula in Bibliothecis Patrum. *Turrianus* vertit librum, ei tributum con-
drinus. tra Manichæos. Liber de Spiritu ſancto ab Hieronymo tranſlatus eſt, & *Pariſiis*
Titus. 1500. editus. *Titi* Boſtrorum in Arabia deſerta Epiſcopi, libri tres adverſus
Manichæos, cum argumento libri quarti, qui deſideratur. Latinè extant, in
Antiquis lectionibus ex Interpretatione *Turriani*, & in Bibliothecis Patrum.
Oratio in *Ramos Palmarum*, edita per Franciſcum Combefis. Commentaria in
Lucam Græcè & Latinè (ex tranſlatione Theodori Peltani) prodierunt primùm
Cyrillus *Ingolſtadij* 1579. poſtea *Pariſiis* 1624. in Bibliotheca Patrum. *Cyrilli Hieroſoly-*
Hieroſol. *mitani Catecheſes* (noſtris tamen meritò ſuſpectæ) illuminatorum libri 18. & *My-
ſtagogici* quinque, ſuperiori primùm ſeculo Latinitate veſtiti, & in lucem pro-
tracti ſunt, à *Iohanne Grodecio*, Varmienſi Canonico, notíſque poſtea illuſtrati
à *Iohanne Prevotio*, Burdegalenſi: *Lutetiæ* apud Guil. Morellium 10. tantùm ad
illuminatas, & Myſtagogicæ 5. anno 1564. ſed anno 1609. apud eundem Mo-
rellium 18. ad illuminatos & 5. Myſtagogici ad Neophytos prodierunt, non
ſine maculis tum Interpretis, tum Typographi. *Apollinaris Laodiceni* Paraphra-
ſis Pſalmorum Heroico carmine expreſſa, aliquoties prodijt, Græcè *Lutetiæ*
1562. typis Stephani eleganter 1580. ex *Comeliana* poſtea Typographia 1596.
cum verſione Friderici Sylburgij. Eadem habetur in Bibliotheca Patrum Pa-
riſienſi 1624. *Baſilij Cæſarienſis*, cognomento *Magni*, opera Græcè primùm
prodierunt omnia *Baſileæ*, apud Frobenium 1551. cura & emendatione *Iani Cor-
narij*. Ejuſdem ſtudio & Latinè deinde vulgata ſunt, *Antuerpiæ* 1568. Quam edi-
tionem inſequuta fuit *Pariſienſis* 1571. cum magnæ accurationis encomio, præ-
ceſsit verò, quam Bellarminus ſequutus erat, alia anno 1540. Græco Latinam
Lutetia dedit 1618. quæ omnium abſolutiſsima habetur. Separatim extant li-
ber de *exercitatione Grammatica*, Florentiæ primùm Græcè vulgatus. *Leiturgia*,
Venetiis 1548. Commentaria in Ieſajam, Lutetiæ 1556. edita. Tranſlationi
operam, præ aliis, impenderunt *Iohannes Argyropolus*, qui Homilias IX. in He-
xaemĕron tranſtulit, recognovit *Godofredus Tilmannus* Carthuſianus. Diverſa-
rum

Digitized by Google

rum Homiliarum XXXV. Interpres eſt *Eraſmus*, qui & de Spiritu S. ad Amphilochium librum vertit. Aſcetica & Ethica interpretatus eſt *Adam Fumanus*, recognovit *Godefridus Tilmannus*, qui & Epiſtolæ ad Chilaneum diſcipulum eſt Interpres. Epiſtolam ad Monachum lapſum, & ad Virginem lapſam dedit *VVolfgangus Muſculus*; ad Amphilochium, *Gentianus Hervetus*. *Epiſtolas* Baſilij & Gregorij Theologi 214 tranſtulerunt *Budæus*, *Mycræus*, *Flaminius Nobilius*: Aliæ Epiſtolæ 214, Richardo Montacutio debentur. Conciones morales 24 de vita & moribus Latinè reddidit Simeon à Maille, Archiepiſcopus Turronenſis. De *Grammatica exercitatione* libellum Gilbertus Cognatus. Liturgiam *Gentianus Hervetus*, Remenſis Canonicus. Quædam opuſcula; ut tractatus ſive Epiſtola de Conſolatione in adverſis: Admonitio ad filium ſpiritualem, antiquo, ſed incerto tribuuntur authori. Notas cum varijs lectionibus in quosdam Baſilij libros, Aſceticos præſertim, ſcripſit *Fronto Ducæus*, Burdigalenſis. *Gregorij Nazianzeni*, cognomento *Theologi*, orbi literato & olim & nunc, ob ſtyli elegantiam, diffuſámque eruditionem, ita placuit, ut & Editiones, & Translatores, ei ab aliquo tempore non defuerint. Opera omnia Græcè & Latinè Baſileæ edita ſunt 1550. apud *Hervagium*. Repetita *Latina* Pariſijs & Coloniæ 1570. cum verſione & ſcholijs *Iacobi Billij*, Abbatis S. Michaëlis. Sed præfertur, quæ ſequuta *Baſileæ*, ex Hervagiana officina, editio accurata, per *Leunklavvium* 1571. Nova verſio operum facta *Lutetiæ* 1583. & omnium noviſsimè, ibidem 1609. duobus Tomis, cum Commentarijs *Nicetæ Serronij*, *Pſelli*, *Nonni*, & *Eliæ* Cretenſis; retenta Verſione Iacobi Billij Prunæi. *Separatim* prodierunt Orationes ejus 38. translatæ à Bilibaldo Pirckheimero, *Baſileæ* 1531. Geſſ. in *Bib.* Vet. p. 280. b. Ejusdem libelli vel ſermones octo, Interprete Rufino, *Argentorati* 1518. quædam ab *Oecolampadio* translata de moderandis diſputationibus; ſermones in Paſcha, ſermo ad virginem admonitorius, ejus laudes Macchabæorum, & Auguſtæ edita ſunt. De Pauperibus amandis Oratio, ex verſione *Petri Franciſci Zini*, vulgata eſt Lutetiæ 1550. Chriſtus patiens, Ibid. 1544. Baſileæ, Latinè, ex Verſione Sebaſt. *Guldibeckij*. Sententiarum libros tres à *Iohanne Lango* translatos Græcè & Latinè dedit *Baſileæ*. Operum Compendium excuſum eſt *Romæ* 1554. Iulius Gabriel Nazianzeni Orationes tres vertit, quas cum varijs in omnia ejus opera lectionibus edidit *Plantinus* 1573. Orationem de Feſto Pentecoſtes dedit *Matth. Greſſerus*. Teſtamentum Gregorij vertit *Iacobus Sirmondus*. Ad Virgines exhortationem verſibus Trochaicis Tetrametris Catalecticis conceptam, Iambicis ſenarijs expreſsit *Fridericus Morellus*. *Epiphanij* πεντε-γλώττου Epiſcopi Salaminæ ſcripta digniſsima mihi ſemper fuerunt viſa operâ qualibet, tam Metaphraſtica in vertendo, quàm Exegetica in Commentando. *Latinè* edita ſunt, ex translatione Iani Cronarij, *Baſileæ* 1545. apud Robertum *Vinter*, poſtea 1560. apud Oporinum: *Græcè* ibidem, apud Hervagium 1544. *Græcè & Latinè*, cum notis & commentationibus, *Lutetiæ* duobus Tomis, per

Gregor. Nazianz.

Epiphanius.

Dionyſium

Dionyſium Petavium, 1622. cui nova plerorumque operum tribuitur Translatio à magnis tamen viris non ubique probata. Author *Tract. de Tranſſubſtant.* ſub nomine *Simplicij Verini*, eam aliquoties flagellat. P. 55. ait, *eum Epiphanium mala verſione, nec melioribus notis inſtruxiſſe: inſcitia & malitia* ipſum accuſat, pag. 359. *Separatim* habentur liber de Prophetarum vita & interitu, cum verſione Albani Torini 1529. & Ioachimi Zehneri, Lutherani 1612. Oratio de fide Catholica & Apoſtolica Eccleſia, *Auguſtæ* 1548. De duodecim gemmis, quæ erant in veſte Aharonis, ex Interpretatione *Iulij Terentiani*, cum corollario Conradi Geſneri 1561. Recentiorum quorundam opuſculorum, Epiphanio tributorum Interpretes, Conſalvum Pontium, Gerardum Voſsium, Stanislaum Phænicium, vide in Edit. Petavij.

Philo Carpat. *Philonis* Carpatij Commentarium in Canticum, ἀλλ᾽ ἐ γνήσιον, tranſtulit Stephanus Salutatus, ſive Salvatus Piſicenſis, prodijt cum Bibliothecis Veterum.

Gregor. Nyſſenus. *Gregorij Nyſſeni*, qui Baſilij frater fuit, opera antehac non viſa noſtris, pleraque Latinè, ex Interpretatione *Laurentij Siſani* I. C. pauca ex Verſione *Dionyſii Romani Exigui*, *Iohannis Cononis* Norimontani, *Gregorij Trapezuntij*, dedit *Baſileæ* Nicolaus Epiſcopius junior 1562. Inde, in ſequentibus Editionibus aliæ atque aliæ ſequutæ acceſsiones, tum ejusdem Epiſcopij *Baſileenſis* 1570. tum *Pariſienſibus* aliquot 1573. 1605. quam duobus Tomis Latinè *Fronto Ducæus* curavit, & tandem 1615. Græcè & Latinè ejusdem ſtudio edita ſunt. Particulæ etiam non paucæ ſigillatim prodierunt. *Orationes* de amandis pauperibus: *Oratio* contra eos, qui caſtigationes ægrè ferunt: de ijs, qui Hieroſolyma adeunt, Græcè & Latinè, *Lutetiæ*: ubi &, *Petro Morello* Interprete, editus eſt Catecheticus major. De hominis opificio, opus admirandum, ex Verſione *Leunklavij*, additis notis *Baſil.* 1569. Liber de *Virginitate* Græcè & Latinè editus *Antuerpiæ* 1580. Interprete Iohanne Livinejo, Candenſi, confer Bibl. Geſſ. prim. Edit. 283. p. b. Plures ergo hic Pater nactus eſt Interpretes. *Petro Franciſco* tribuuntur translationes in Hexaëmeron, in mulierem peccatricem, & in eos, qui duriùs alios judicant: De pauperibus amandis: de perfectione Chriſtiani ad Olympium. In diem natalem D. N. I. Ch. de Feſtis Paſchatis & Reſurrectione, de Aſcenſione Domini, Oratio, qua docet, non eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide dormierunt, de pauperibus & beneficentia: *Leunklavio* liber de hominis opificio, in verba Moſis: Faciamus hominem. Oratio in procreationem hominis: Epiſtola ad Flavianum: *Georgio Trapezuntio* liber de vita Moſis, de vita perfecta: *Iacobo Gretſero* Ieſuitæ, tractatus prior & poſterior in Pſalmorum inſcriptiones, contra uſurarios: Epiſtola Nyſſeni ad Fratrem Epiſcopum Sebaſtenum, de ſuſcipienda refutatione Eunomij: *Laurentio Siſano*, in ſextum Pſalmum, de Oratione Dominica, de vita beata comparanda: Oratio in locum Apoſtoli: Quomodo ſibi ſubjecerit omnia &c. 1. Cor. 15. de Trinitate adverſus Iudæos: D. S. S. Trinitate, & quòd Spiritum

ritus Sanctus ſit Deus, tres Deos dici non oportere, de differentia ſubſtantiæ & hypoſtaſeos: De fide ad Simplicium Tribunum: de anima & Reſurrectione, Dialogus cum ſorore Macrina. Quid nomen profeſsióve Chriſtiani ſibi velit. De ſancto Stephano Protomartyre. De occurſu Domini &c. De Deitate Filij & Spiritûs Sancti. In laudem *Baſilij* Magni Fratris. In laudem 40. Martyrum. In funere Pulcheriæ. Oratio funebris de Placcilla. De vita Gregorij Thaumaturgi, de laudibus Martyris Theodori, de Magno Meletio Epiſcopo Antiochiæ. *Gentiano Herveto*, in Eccleſiaſten, Epiſtola Canonica ad Letojum, Mytelenes Epiſcopum; in eos qui differunt Baptiſmum: De fugienda fornicatione; Catechetica magna. *Frontoni Ducæo*, reviſio libri de vita Moſis: Libellus, quid ſit ad imaginem & ſimilitudinem Dei; Epiſtola de ventriloqua, in ſacram ordinationem, contra Apollinarem, contra Fatum, contra Manichæos ſyllogiſmi decem. *Friderico Morello*, tractatus adverſus Græcos, ex communibus notionibus, de anima, de propoſito ſecundùm Deum, Oratio 5. de Feſto Paſchæ. *Nicolao Gulonio*, Profeſſori Regio, Orationes 12. refutatoriæ contra Eunomium. *Gerardo Voſsio*, vita atque Encomium Sancti Patris Ephraimi, Syri. *Iſaaco Caſaubono*, Epiſtola ad Euſtathiam, Ambroſiam & Baſiliſsam. *Petro Galeſinio*, de virginitate vera & incorrupta. Sed & *Fronto Ducæus*, aliique in quoſdam ejus libros ſcripſerunt annotationes. *Amphilochij*, Iconij Epiſcopi, Baſilij & Gregorij Nazianzeni æqualis, varia, in dies & perſonas ſanctas, edita ſunt Græcè & Latinè *Lutetiæ* 1644. curâ *Franciſci Combefiſij*, Burdigalenſis. Oratio de Occurſu Domini, ex Interpretatione Laurentij Sifani, jam ante edita fuit in Bibliotheca Patrum. Carmen Iambicum, quinam Scripturæ ſacræ libri ſint legendi, tranſtulit Ioachimus Zehnerus. *Theophili Alexandrini*, Epiſtolas tres Paſchales ab Hieronymo tranſlatas dedit Henricus Petri *Baſileæ* 1528. Canones aliquot Eccleſiaſtici in collectionibus Zonaræ & Balſamonis. Sed & 1608. *Fridericus Morellus* ſub Alexandri nomine diſſertatiunculam, cujus rei homo ſimilis ſit, Latinè & Græcè vulgavit. *Ioannis*, Cyrilli ſucceſſoris, *Hieroſolymorum* Epiſcopi opera, quæ inveniri potuerunt conjunctim, primus edidit *Petrus VVaſtellus*, Aloſtanus, duobus Tomis, & tribus vindiciarum libris. Sigillatim, jam pridem primum ejus opus ab Aymerico Patriarcha Antiocheno, è Græco in Latinum eſt tranſlatum, ac Venetijs impreſſum. Libellos pœnitentiales edidit Iohannes Morinus appendice ad Tomum de pœnitentia. *Diadochi*, in Veteri Epiro ſeu Illyrico, Epiſcopi capita centum de ſpirituali Aſcetica, vertit Franciſcus Turrianus. *Iohannes Chryſoſtomus*, omnium Patrum Græcorum πολυγραφώτατος, eo loco à multis habitus eſt annis, ut eruditos occuparet ubique, vel per Verſiones, vel Editiones, vel notas. Ex *Interpretibus* Chryſoſtomi primis ſunt, *Theophilus Patriarcha*, *Theodorus Gaza Theſſalonicenſis*, *Eraſmus Roterodamus*, *Oecolampadius*, *Muſculus*, *Bernardus*

Amphilochius. Theophilus Alexandrinus. Iohannes Hieroſolymit. Diadochus. Chryſoſtomus.

-nardus Brixianus, Petrus Nannius Alemarianus, Johannes Checus Cantabrigienſis, Fronto Ducæus, David Höeſchelius, Petrus Franciſcus Zinus, Veronenſis, Lælius Tifernas, Pomponius Brunellus, Sigiſmundus Gelenius, Johannes Jacobus Beurerus, Palladius Epiſcopus Helenopolitanus, Gentianus Hervetus, Godefridus Tilmannus, Johannes Livineius Gandenſis, Ambroſius Monachus Camaldulenſis, Flaminius Nobilius, Jacobus Goupylus, Petrus Paulinus, Jacobus Gretſerus, Voſſius, Joachimus Perionius, Achilles Statius, Julius Bulengerus, Antonius Muretus, Theodorus Peltanus, Franciſcus Aretinus: Incerto etiam Interpreti multa tribuuntur. Quid verò cuique debeatur Interpreti, tum ex Editione *Frontonis Ducæi*, an. Chr. 1609. tum ex Bibliothecis *Geſſneri*, & *Labbæi* diſſertatione Hiſtorica colligi poteſt. Editiones vel *omnium operum* ſunt Chryſoſtomi, vel partium quarundam. *Omnium* vel ſunt *Latinæ* tantùm Baſileenſis, quinque Tomorum, *Frobeniana* 1533. & ejuſdem emendatior editio 1547. *Pariſienſis* prima, apud Guilielmum Morbin 1570. *ſecunda* deinde, apud Sebaſtianum Nivellium 1579. *Tertia*, quam omnium abſolutiſsimam vocat *Labbæus*, 1613. *Frontonis Ducæi* ſtudio accurata. *Venetam*, de anno 1574. mancam in plerisque deprehendunt. *Græca* Editio unica eſt, elegantia & operum perfectione alijs merito anteferenda, *Etonienſis* Anglica, curâ Henrici Savilij, Tomis octo 1613. emiſſa. Quid polliceatur illa præ aliis, tum ex præfatione, tum Indice locupletiſsimo colligi poteſt. Qua ratione ex Pariſienſibus & Comelianis ſuppleri quædam velit, *Labbæus*, ipſe viderit. *Græco-Latina* conflari poteſt tum ex ſex illis tomis, qui à Ducæo ab anno. 1609. ad 1613. ſunt editi, tum ex quatuor Comelianis 1603. (de *Morellianæ* autem & *Comlianæ* differentia vide Diſſer. T. 1. pag 549. *Labb.*) quos Morellius 1633. recudere aggreſſus eſt: ut Græco-Latina editio conſtet Tomis X. aut XII. *Florilegia* etiam ſive Eclogæ extant vel integrarum Homiliarum Chryſoſtomi, quales *Theodori* Magiſtri, ex Mſc. Moguntino deſcriptæ, & Latinè redditæ à Balthaſaro Etzelio 1603. *Franciſci Combefis*, qui aliquot Homilias Græco-Latinas edidit 1656. tum locorum communium ſive *ſimilium*, quorum feliciſsimus fuit collector *Eraſmus*: tum de *Officio Paſtoris*, ut Paſtorale D. *Vvyſiij*. Notas quasdam ſcripſit *Fronto Ducæus*; plures & ampliores à Caſaubono exſpectare debuiſſemus, qui ut ſingularis fuit Chryſoſtomi, ſtyli & facultatis & facilitatis ejus æſtimator, ita plurima in hoc ſtudij genere præſtare potuiſſet. Ita verò author & oblectavit & juvit rem Chriſtianam totus, ut fragmenta etiam plurima ſeparatim prodierint. Alia enim aliis, & tantùm omnia placuerunt plerisque, niſi quæ manifeſto *νοθείας* charactere ſunt notata. Quibus verò ſive medijs ſive gradibus perfectiorem paulatim obtinuerimus Chryſoſtomum, ex collatione operum

rum facilimè colligitur; in Bibliotheca *Geſneri*, & *Labbai* diſſertatione, inſtituta. Vnum adhuc de ſtylo & dicendi ratione Chryſoſtomi addam ex ejusdem Diſſert.T.11.p.302 ex præfat. Commentar. in Hoſeam Prophet. *Rufino* tributorum. *Apud Græcos & Syros extitere nonnulli. Ex quibus mihi ſanè pauca aliqua ſancti etiam Johannis Conſtantinopolitæ Epiſcopi legere contigit; ſed ſuo more, id eſt, exhortationi magis quàm expoſitioni totum penè operam commodantis. Origenes autem proprio tenore decurrens allegoriarum magis lepida, quàm Hiſtoricarum explanationum ſolida & tenenda componit. Hieronymus porrò & ingenij capacis vir, & ſtudij pertinacis in Prophetarum quidem libros commenta digeſſit, ſed quaſi inter genuinas traditiones ire contentus de perquirenda conſequentia nihil aut voluit, aut potuit ſuſtinere curaram: Ita vel per Allegorias Origenis, vel per fabuloſas judæorum traditiones tota ejus defluxit Oratio. Severiani Epiſcopi Gabalenſis* lucubrationes Veteribus ferè Græcis quàm Romanis fuerunt notiores. *Gennadius* ſcribit, ſe legiſſe expoſitionem ejus in Epiſtolam ad Galatas, & alia quædam. Anno 1581. Romæ decem fuerunt editæ Homiliæ, ſtudio Cardinalis *Sirleti*, ex quibus ſecunda & decima Chryſoſtomo tribuitur. Deinde anno 1612, *Henricus Savilius* Homilias ejus ſex in Hexaëmeron Chryſoſtomo adjecit *Etonæ*, propè Londinum. Sub ejusdem etiam nomine *Pariſiis* 1656. Franciſcus Combefis Ordin. Prædicat. Homiliam edidit de Cruce. Nominatur & *Severianus* inter Theólogos illos, ex quibus deſumta eſt exegeſis in Epiſtolam Pauli ad Romanos, impreſſa *Baſileæ* 1537. à Roberto VVinter, Interprete Lonicero. Alexander Braſsicanus in Bibliotheca Viennenſi ſe poſſediſſe ſcripſit, Conciones ejus 14. in Geneſin. *Aſterij Amaſenſis* in Ponto Orationes quinque ex Interpretatione Philippi Rubenij Antverpienſis, Græcè & Latinè, ſunt editæ *Antverpiæ* 1608. *Lutetiæ* 1624. in Bibliotheca Patrum, quibus Tom. I. per Franciſcum Combefiſium aliæ ſunt additæ Orationes 1648. in Danielem Prophetam & Suſannam: in Cœcum à Nativitate; In Principes Apoſtolorum. *Latinorum* editio opuſculorum debetur Lugduno 1652. Photiana ejus excerpta tranſtulit *Andreas Schottus*. *Sophronij* patria Damaſceni, Sophiſtæ primùm, tum Hieroſolymitani Epiſcopi ac defenſoris fidei Catholicæ contra Monothelites, Epiſtola Synodica ad Honorium Papam in Photio extat, tranſlata ab *Andrea Schotto*; Epiſtola ad Sergium Conſtantinopolitanum Patriarcham in Act. 11. Concil. ſub Agathone celebrati. Cætera occurrunt in Bibliothecis veterum Patrum. Alius fuit *Sophronius* antiquior, Hieronymi coætaneus & familiaris, cui translatio tribuitur nova Græca V.T. ex Latina Hieronymiana, quam tamen falſam, ſuppoſi-

Severianus.

Aſterius.

Sophronius.

ſuppoſititiam, paucis ab hinc annis exaratam eſſe, alij volunt. Qua de re *Labb.* Synesius. Diſſert. T. II. pag. 369. *Syneſij Cyrenæi*, Philoſophi primùm ἀττικίζοντος, poſtea Epiſcopi Ptolemaidis, opera *Græcè* & *Latinè* prodierunt conjunctim *Lutetiæ* 1612. & 1633. ex Interpretatione *Dionyſij Petavij*, ejúsque additis notis; *Latinè* omnia *Lutetiæ* 1553. apud Turretum. Pauca quædam tranſtulit Federicus Morellius, qui & *Nicephori Gregoræ* explicationem in librum Syneſij de inſomnijs, & Verſionem Antonii Pichonii recognovit Hymnos Syneſii, quos Stephanus edidit 1603. Franciſcus *Portus Cretenſis* interpretatus eſt. Iidem *Turnonij* Latinè & Græcè prodierunt cum Scholiis, Ieſuitarum, ut creditur, operâ. Liber de Inſomniis, Philoſophi hominis, Philoſophis præ aliis videtur placuiſſe. Iam anteà à *Marſilio Ficino* translatum edidit Venetiis *Manutius*, qui & Græcè eum Cyrillus Alex. vulgavit, ut & Epiſtolas ejusdem, & poſtea Lugduni 1541. *Cyrilli, Alexandrini* Epiſcopi, Græco-Latina Editio ſex tomis abſoluta an. Chr. 1638. prodiit in lucem, curâ *Iohannis Auberti* Laudunenſis Canonici. Interpretes primarii ſunt Antonius Agellius, Neapolitanus, Andreas Schottus, Laurentius Humfredus, Iacobus Pontanus, Bonaventura Vulcanius, Antonius Salmatia Mediolanenſis, Nicolaus Borbonius, Iohannes VVægelinus, Gentianus Hervetus, Balthaſar Corderius Ieſuita. *Separatim* libri 12. Comment. in Iohannem editi ſunt, ex interpretatione *Trapezuntij*, Lutetiæ 1520. In Leviticum 1521. Theſaurus, lib. 1521. quæ poſtea opera recuſa fuerunt *Baſileæ* 1524. Sermo de eo, quòd Verbum Dei factum ſit caro, *Baſileæ* 1534. De exitu animæ &c. Græcè, *Pariſijs* 1538. Balthaſar Corderius, *Antverpiæ* 1648. vulgavit 19. Homilias in Ieremiam Prophetam. De ſingulorum acceſsionibus, conſulantur diverſæ Theodoretus. Editiones. *Theodoreti, Cyri*, in Syria, Epiſcopi, opera primùm duobus Tomis *Coloniæ* ſunt edita 1573. poſtea, utraque Lingua, quatuor ea edidit Tomis Iacobus Sirmondus Ieſuita 1642. omiſsis tamen iis, quæ à *Photio* ei tribuuntur Codice 46. Interpretes etiam diverſis temporibus fuerunt plurimi, *Iohannes Picus*, Præſes Claſsium Inquiſitoriarum Senatûs Pariſienſis, *Gentianus Hervetus*, *Franciſcus Zinus*, *Iacobus Sirmondus*, *Ioh. Baptiſta Gabius* Veronenſis, *Petrus Gillius*, *Nicolaus Majoranus*, *Rodolphus Gualtherus*, *Zenobius Acciajolus* &c. Separatim, etiam diverſis vicibus & locis prodierunt, *Hiſtoria Baſileæ*, Latinè 1535. *Lutetiæ*, cum aliis in Tripartita Hiſtoria, Græcè, *Lutetiæ* à Stephano: Græcè, & *Latinè*, Genevæ 1612. In Prophetas minores, *Lugduni* 1533. ex Interpretatione Gillij, & *Lutetiæ*. De Græcarum affectionum curatione, *Antverpiæ* 1540. & *Lutetiæ*, Interprete Zenobio Acciajolo. Eraniſtes, Romæ 1547. *Baſil.* 1549. *Lutetiæ* 1566. *Tiguri* per Beumlerum: De Providentia Dei ſermones X. Græcè & Latinè, *Tiguri*, & *Lipſiæ*. *Illa* ex Gualtheri, *hæc* Strigelii verſione. Commentaria in Epiſtolas Pauli, *Lutetiæ* & *Florentiæ* 1552. ubi & Hiſtoria Dei amantium, ex *Gentiani* etiam Interpretatione 1570. vulgata eſt. Commentarii in Ezechielem, Ioh. Baptiſta Gabio Interprete, *Rom.* 1563. de charitate ſive dilectione Oratio, Coloniæ

1582.

1582. *Procli*, qui Anagnoſtes & diſcipulus fuit Iohannis Chryſoſtomi, Analecta, Orationes & Epiſtolas ex Bibliothecis eruit, Græcè & Latinè cum Commentariis promiſit *Vincentius Ricardus*, Theatinus, *Romæ* 1630. Separatim verò excuſa ſunt: Epiſtola de fide ad Armenos, quæ ex Verſione Dionyſii Exigui, *Baſileæ* fuit edita 1528. *Pariſiis* 1538. In Hæreſiologia iterum, *Baſileæ* 1556. In Micro Presbytero 1550. In Orthodoxographis 1569 *Lutetiæ* 1629. curâ Frontonis Ducæi, in Auctario Bibliothecæ anno 1648 in Auctario poſteriori, Græco-Latinè. *Elmenhorſtius* etiam dicitur edidiſſe, *Euſebij Emiſeni* nomine, (malè tamen, quod ne Labbæus diffitetur,) editæ ſunt *Pariſiis* Homiliæ ad populum habitæ 1547. quo eas *Gagnejus* primùm in lucem produxit. Antverpiæ 1555. Homiliæ in Evangelia, quæ ſingulis diebus Dominicis totius anni ac ferijs quadrageſimalibus legi ſolent, & Homiliæ decem ad Monachas 1556. *Socrates* aliquoties datus & Græcè & Latinè. Antiquiſsima verſio eſt *Epiphanij Scholaſtici*; ſequutæ ſunt *Wolphgangi Muſculi*, & *Chriſtophorſoni*. *Græca* Editio prima fuit Roberti Stephani 1545. *Latina*, in Tripartita, ex Rufini verſione, *Baſileæ* 1523. Eadem ferè ratio *Sozomeni*, *Evagrij*, illuſtri dignitate præditi viri; Verſionis & Editionis ejus. *Iſidori*, vulgò *Peluſiotæ* Presbyteri Ægyptij, Chryſoſtomi diſcipuli de Interpretatione divinæ Scripturæ Epiſtolarum libri 4. Græco-Latini prodierunt 1605. cura *Conradi Rittershuſij*, ejuſque additis notis. Recentior editio *Pariſienſis* 1638. Græco-Latina. Tres priores libri ſunt ex Interpretatione *Iacobi Billij*, Prunæi, ejuſque notis: Quartus ex Rittershuſij tranſlatione: Quintus, Interprete Andrea Schotto, ex Editione Græca *Antverpienſi* 1623. & Romana Latine 1624. *Nili*, *Abbatis*, Chryſoſtomi diſcipuli, opuſcula in unum corpus nondum ſunt collecta. Extant ſparſim in Bibliothecis Veterum Patrum, Colonienſi & Pariſienſibus: expoſitio in Cantica Canticorum Parænetica, capita 229. De Oratione capita 150. ſeu 147. Liber Aſceticus, inſtitutio ad Monachos. Orationes octo adverſus octo primaria vitia, brevis inſtitutio ad juniores Monachos. Epiſtola ad Anaſtaſium Presbyterum, cum duobus fragmentis, tractatus de octo vitioſis cogitationibus: Narrationes ſeptem, quibus cædes Monachorum Montis Sinæ, & captivitas Theoduli filij à S. Nilo, tum Eremita, deſcribitur. *Epiſtolæ* Nili 355. nunc primùm editæ ex Bibliotheca Medica, cum notis & verſione *Petri Poßini*, Ieſuitæ, *Lutet.* 1617. Interpretes ſunt Franciſcus Zinus, Franciſcus Turrianus, Iacobus Billius Prunæus, Poſsinus. *Johannes Sambucus* Oratiunculam, contra Barbaros, Latinè vertit, quæ 1555. Patavij eſt edita. *Baſilij Seleucienſis* opera Græco-Latina prodierunt Lutetiæ 1621. Homiliæ ſeu Orationes ex Verſione Claudij Dauſqueij Ieſuitæ: de vita & miraculis ſanctæ Theclæ, Petri Paulini; demonſtratio adverſus Iudæos, de adventu Chriſti Franciſci Turriani: Laudatio Proto-martyris Stephani, Franciſci Combefis. *Gelaſii Cyziceni* libri tres Hiſtorici de Actis Nicenæ Synodi primæ editi ſunt 1595. *Lutetiæ*, per Robertum Balphoræum Scotum, *Romæ* & *Coloniæ* in Tomis

[Margin: Proclus. Socrates. Iſidori Peluſiota. Nilus. Baſilius Seleucienſis. Gelaſ. Cyzic.]

Digitized by Google

Tomis Conciliorum 1618. ſexti denique ſeculi Græci Patres ſuperſunt, & ex
Andreas. ijs *Andreas* Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, cujus Commentarium in Apocalypſin tranſtulit *Theodorus Peltanus* Ieſuita. Extant & antiquioris tranſlationis *Leontij Byzantini* libri tres (ut tradunt nonnulli) adverſus Eutychianos & Neſtorianos. Item adverſus fraudem Apoliniſtarum libri duo, ſolutiones argumentorum Severi &c. quos Latinè reddidit Turrianus, Caniſius ſuis inſeruit antiquis lectionibus. Sunt etiam in Bibliothecis Veterũ Patrum.
Anaſtaſius. *Anaſtaſij Sinaitæ* antiquioris (duo enim erant) Antiocheni Epiſcopi, ſcripta in Bibliothecis occurrunt SS. Patrum eorumque Auctarijs. ὁδηγὰς, contra Acephalos, *Ingolſtadij* prodijt 1606. Græcè & Latinè, per *Gretſerum*. Quæſtiones & Reſponſiones de varijs argumentis in ſacram Scripturam numero 144. eodem *Interprete*, utraque Lingua, vulgata 1617. Cætera, quæ in Bibliothecis occurrunt, vel Tilemannus vertit, vel *Combefis*, vel *Turrianus*, vel *Suenenzelius* Ieſuita. Orationes quinque dogmaticas de ſancta Trinitate, de incircumſcripto, de divina Incarnatione, de paſſione & Impaſſibilitate Chriſti: de ejuſdem Reſurrectione, Latinitate donatas publicavit *Ingolſtadij* 1616. Petrus Stevartius.
Procopius Gazæus. *Procopij Gazæi* Commentaria in Octateuchum, edita *Tiguri* 1555. Interprete *Conrado Clauſero*. In quatuor libros Regum & primum Paralipomenon vertit *Ludovicus Lavaterus*, in ſecundum Paralipomenon *Hartmannum Hambergerum*. Græcè & Latinè edidit 1620. *Meurſius*. Quæ in Ieſajam dedit, vulgata ſunt Pariſijs 1580. Interprete Johanne Gurterio, viro doctiſsimo.
Dorotheus. *Dorothei*, *Archimandritæ* ſermones ſpiritualiter 24. de vita rectè & piè inſtituenda, *Hilarione Veroneo*, Monacho Interprete, extant in Bibliothecis Veterum, quos & vertit & notis illuſtravit *Balthaſar Corderius*. Addi his debet *Ephræmus*, Theopolitanus ſive Damaſcenus Patriarcha, ab Edeſſeno alius, eóque multo recentior. *Ille* enim ſeculo vixit 4. *hic* vero ſexto. De *illius* operibus ſupra egimus, in Catalogo ſcriptorum Syriacorum; *hujus* quædam recenſet pro defenſione Concilij Chalcedonenſis, & Epiſtolæ Leonis Papæ Photius, Biblioth. Codic. 228. & 229. Cæteros, qui ſequuntur, ſcriptores, ad Compendium ponimus, quando ad Patrum Catalogum non pertinent. Nam qui ſeptimo ſeculo ſunt ſcriptores Græci, *Heſychius* ſive Iſychius, (de Sophronio tamen, Epiſcopo Hieroſolymitano, quædam ſupra monuimus) *Georgius Piſides*, *Iohannes*, *Moſchus*, *Leontius*, *Antiochus* Monachus, *Eſajas* Abbas, *Maximus* Martyr, *Anaſtaſius* Nicænus, ſeculo octavo, *Germanus*, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, *Iohannes Damaſcenus*, *Iohannes Meliſſus*; ſeculo nono, *Nicephorus*, *Simeon Metaphraſtes*, *Photius* Conſtantinopolitanus Epiſcopus, *Nicetas*, cognomento David; Decimo, *Marcus Eremita*, &c. ſuis quique locis deinceps attingi; opera verò illorum, Editiones, & Verſiones, ex *Geſnero* *Labbeo* &c. peti poſſunt.

Liber. III.

LIBER. III.

Sive

THEOLOGIA TOPICA.

CAPUT. I.

DE SCRIPTIS SYMBOLICIS.

1. Unde ſcripta Symbolica, & quæ eorum authoritas.
2. Diſtinctæ eorum claſſes, cujusmodi ſunt Symbola, *Decreta* & Canones *Synodorum*, *Confeſſiones*, *Catechiſmi*, *Leiturgia*, *Apologia*, *Palinodia*, *Diſputationes*, ſive colloquia.

1. SCriptis ſymbolicis nomen eſt ἀπὸ τοῦ συμβόλου, quod quidem, ut ex Lexicis conſtat, varijs ſignificatibus receptum, propriè *teſſeram* notat, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν quod eſt *committere*, atque *conferre*. Committuntur enim & conferuntur inter ſe teſſeræ ſive partes, ſive fragmenta, id eſt τμήματα, ut certum ſit indicium καὶ ἀναγνώρισμα ejus rei, cujus ſunt notæ & indicia. Teſſerarum autem, quarum ex ligno vel metallo præcipuè materia fuit, aliæ dicebantur *Hoſpitales*, aliæ *caſtrenſes*, aliæ *nummariæ*, aliæ verò *frumentariæ*, aliæ *theatrales*. *Hoſpitales* notæ ſatis erant. Moris enim erat antiqui, teſſeram dare hoſpitibus dimidiatam, quam qui ad hoſpitem attuliſſet, continuò poſſet agnoſci, & hoſpitio excipi, contractæ neceſsitudinis atque hoſpitalitatis jure. Neque verò privatus tantùm erat teſſerarum uſus; ſed etiam publicus. Dabantur enim publicè quædam à Civitatis certis hominibus atque amicis, ut hoſpitaliter & amicè acciperentur in oppidis fœderatis. Sed & in *bellis* civilibus hoc obſervatum ferunt, quoniam & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, & mo Sunus eſt, atque eadem inſtituta bellandi, ne qua doli ſurreptio fieret, ſymbola diſcreta unus quisque Dux ſuis militibus tradidit, ut hac ratione hoſtis ab amico diſcerneretur. Tranſlata hæc paulatim fuerunt ad militiam ſacram, ut qui ſub eodem Duce ſtipendia facerent, & uni Chriſto eſſent authorati, certo etiam ſymbolo ab alijs diſcernerentur. Hinc publica fidei & Confeſsionum teſtimonium *ſymbola* dicebantur, ut Symbolum Apoſtolicum, Nicenum &c. *Symbolica* verò *ſcripta* appellari conſueverunt, ea quæ certiſsima eſſent vel integrarum Eccleſiarum, vel ſingulorum etiam hominum documenta, ex quibus judicium

judicium fieri poſſet vel fidei, vel vitæ, vel etiam rituum & ceremoniarum. Et cùm in reliquis ſcriptis fides & authoritas nonnunquam deſideretur, in Symbolicis utraque, diſpari gradu, occurrit. Vnde & ad ſcripta ejusmodi in examine partium diſsidentium neceſſariò recurrendum eſt; id quod nuper, in *Gymnaſio* noſtro *Theologico* oſtendimus. Ad *Confeßiones* vel *Catechiſmos* confugiendum, ubi de dogmatibus Controverſia oboritur. *Apologiæ* ſunt ſpongiæ, quibus & adſperſæ calumniarum maculæ tolluntur, & genuinum πρόσωπον τῆς γνέσεως reſtituitur. Ex *Concilijs* publicæ declarationes & expoſitions Confeſsionum, præmeditatè conceptæ, & κατὰ θέσιν καὶ ἀντίθεσιν plurimùm editæ, habentur. *Diſputationes* & *Colloquia publica*, authoritate publica indicuntur, habentur conſignantur, eduntur, veluti falſitatis convictæ & triumphatæ tropæa. Leiturgiæ ſunt Agenda, ut vocant, Eccleſiarum publica, in peragendis ſacris adhiberi ſolita.

II. Symbola. II. Hæc verò ſupellex libraria ut in Oeconomia Theologica magnum habet uſum, ita nec frigidè ab ipſis Chriſtianiſmi incunabulis fuit exulta. A *Symbolis* initium facimus. De his in *genere* (Apoſtolico nempe, Niceno, Athanaſiano, Epheſino, Chalcedonenſi alijsque) ſcripſerunt Vſſerius, Voſsius, Pelargus, Selneccerus & nuper Calixtus, cujus extat tractatus Catholicæ Eccleſiæ & Oecumenicorum Conciliorum de Symbolis & Confeſsionibus. In ſpecie de *Symbolo Apoſtolico* inter veteres eſt Rufinus, cujus nota expoſitio Symboli Apoſtolos, &c. Ex recentioribus, occurrunt, calumnia Theologica *Laurentio Vallæ* olim intentata, quòd negâſſet Symbolum membratim articulatimque per Apoſtolos eſſe compoſitum. *Grynæus* de Symbolo Apoſtolico. Symbolum Concionibus explicatum Curiæ per *Iohannem Fabricium*; Alia explicatio, ἀνωνύμως quidem; ſed elegans. Paraphraſis Symboli Apoſtolici *Alberti Lyttichij*, expoſitio Symboli Apoſtolici deſumta ex Concionibus Catecheticis *Oleviani*. Quibus addi poſſunt expoſitiones Symboli Danæi, Chriſtophori Crameri, Chytræi, Venantij Honorij, Polycarpi Lyſeri. A *Pontificijs* habentur Expoſitio Symboli Apoſtolici in Enchiridio Chriſtianæ inſtitutionis in Concilio provinciali Colonienſi edito: Explicatio Bellarmini, Iohannis Heſſels, F. Ang: de Paſ. In Symbolum *Athanaſij* commentati ſunt Chriſtophorus Cornerus, Paulus Laurentius, David Paræus: Habetur etiam hoc Symbolum Græcè & Latinè ad praxin Grammaticæ Clenardi, edita à Cornelio Slado.

III. Concilia. ב. III. *Synodi* ſuccedunt, ſive *Concilia* eorúmque decreta, Conſtitutiones, Canones, Acta, & ſi quæ ſunt alia, quæ ad hanc materiam pertinent ſive Hiſtorica, ſive dogmatica. Huc ergo faciunt A. Editiones, omnium Conciliorum, variæ I. *Veneta* gemina. Altera An. Chr. 1585. Conciliorum omnium tam generalium, quam Provincialium inde ab Apoſtolorum temporibus volumina quinque, Niccolini: Altera, cum Romana anno 1623. eadem, ubi Concilia generalia Pauli V, authoritate, Tomis IV. ſunt edita. II. *Antverpienſis* & Colonienſis a. Ch. 1606.

Digitized by Google

an. Chr. 1606. & 1616. Conciliorum omnium tam generalium, quàm Provincialium, Epiſtolarum item Decretalium, & vitarum Romanorum Pontificum editio, ſtudio Severini Binij recognita. III. *Colonienſis*. Iohannes Gymnicus 1617. impreſſit Concilia generalia Græco-Latina. IV. *Pariſienſis* nova. Et quia nec cujusvis emtioni, nec lectioni tam magna accommodata ſunt volumina, *Summæ* etiam quædam prodierunt, qualis prodijt Antverpiæ 1564. & Lugduni 1601. Summa Bartholomæi Carranza, quâ omnium Conciliorum exhibentur Canones, Arabici etiam Concilij Niceni &c. Sed & F. *Franciſc. Longus* à Coriolano Summam Conciliorum omnium à Petro ad Gregor. XV. juxta Baronii Chronologiam, collegit. Ex *Reformatis*, Compendium Sanctarum & univerſalium Synodorum interpretatus eſt *Scultetus*, *Ioachimus Camerarius*. Extat & Pappi libellus Synodicus, continens omnes Synodos, tam Orthodoxas, quàm Hæreticas, ab Apoſtolorum tempore uſque ad octavam, ſuper unione Photij & Papæ Iohannis inſtitutam; ante annos 200. Græcè ſcriptus. Selnecceri brevis Catalogus Conciliorum tam Oecumenicorum, quàm Provincialium, ad noſtram uſque ætatem: Compendium ſeptem Sanctorum & Oecumenicorum Conciliorum, ex lectionibus Rittershuſij depromptum. Ex *Græcis* hanc operam præ alijs præſtiterunt *Photius*, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & *Balſamon* Antiochenus, quorum *ille* Nomo camnone ſcripſit opus ex legibus & Canonibus compoſitum, *hic* annotationes ſubjecit, non Photij tantum Nomocanoni, ſed & Canones Apoſtolorum, Conciliorum Generalium & Particularium Decreta, ſententias item vetuſtiſsimorum Patrum, Dionyſij Alexandrini, Petri Alexandrini, Taraſij Conſtantinopolitani collegit, notisque illuſtravit. *Illa* ex Bonifacij Amerbachij libraria Henricus Agylæus Latinè vertit, ediditque Baſileæ 1561. *Hæc* è Bibliotheca Iohannis Tilij, Brioceñſis Epiſcopi (qui a. Ch. 1540. Græcorum Canonum collectionem edidit) a. Ch. 1561. Lutetiæ prodijt. Ad hanc Claſſem pertinent Comment. Zonaræ in Canones Apoſtolorum & Conciliorum. Ad quorum omnium intelligentiam multum confert Lexicon Græco Barbarum Meurſij. *Arabicam* etiam Eccleſiam de Synodorum transferendis Canonibus ſolicitam fuiſſe, ex Nicenorum compilatione, quam etiam Summæ ſuæ *Carranza* inſeruit, manifeſtum eſt. Quanquam fidem ubique non mereantur, ut alibi diximus. Et certè, ſive Editores priores ſpectemus (*Turrianum* præſertim, qui cùm ſuam in Lingua Hebraica infantiam ingenuè fateatur, prodit ſatis, quid in Arabicis ab eo debeat expectari: ipſis doctioribus & Linguæ Arabicæ peritioribus, quod compertiſsimum habeo, Pontificijs, adeò eſt ſuſpectus, ut aſſerere non dubitent, de ſuo eum nonnulla addidiſſe) ſive exemplarium tam translatorum, quàm Originalium varietatem, argumenta examinandæ fidei non deſunt. *Alphonſus Piſanus*, Ieſuita Canones 24. numerat: *Carranza*, ex Codice Arabico 80. ponit. Ipſos mihi Canones Arabicos, quorum antiquum & accuratum 84. diſtinctum Canonibus

Digitized by Google

exemplar habet vir doctiſsimus. Linguarùmque Orientalium peritiſsimus, D. *de la Grange*, Doctor Sorbonicus, examinare mihi nondum contigit. Audio tamen, ab editis ferè differre ut textus à rubricis, niſi fortè Canones ipſi cum Paraphraſi eorum, cujus meminit *Salmas.* de Primat. Pap. pag. 104. confundantur. Quid *Æthiopia*, in hac Conciliorum colligenda materia præſtiterit, in *Bibliotheca Orientali* pag. 325. oſtendimus. Proximæ ſunt Editiones *Synodorum* ſive Oecumenicarum, ſive Nationalium, ſive Provincialium *ſpeciales*. Ex *illis* ſunt. 1. *Nicenum* editum per Piſanum 1581. Interpretatio Latina Franciſci Iunij edita eſt Heidelb. 1563. Ad ejus Hiſtoriam pertinent, quæ Seldenus ſcripſit de originib. Eccleſiæ Alexandrinæ, ex Batricide, ubi cumprimis de numero & nominibus eorum, qui Concilio inter fuerunt. 2. *Epheſinum* Oecumenicum III. ex Bibliotheca Antonij Contij an. Chr. 1574. primùm prodijt: *Acta* poſtea omnia Græcè dedit Heidelb. Comelinus 1531. ex Bibliotheca Reuchliniana *Latinitate* antea donata vulgavit Peltanus Ieſuita 1576. *Græco Latina* acta prodierunt per Comel. 1622. Et quia in hoc Concilio controverſiæ illæ, quæ etiamnum hodie Eccleſiam turbant, fuerunt agitatæ, Acta illius à noſtri temporis Theologis diligenter vidimus examinata, repetita, & ad præſentis temporis conditionem accommodata, Neoſtadij 1581. Synodus Epheſina contra Neſtorium edita, novis Auguſtanorum erroribus opponitur. Hanc Editionem Draudius immeritò ita ſugillat: *Anno Domini 1581. Calviniſtæ etiam Synodum Epheſinam, Calviniſticis opinionibus refertam, ſub ficti-tio* Hermani Pacifici *nomine ediderunt.* Cætera Alphabethico ordine enarrabimus. Concilia *Africanæ* Eccleſiæ Canones Iuſtellus vulgavit. *Baſileenſe.* Prolixè hujus Acta deſcribuntur à Bzovio, Vurſtiſio, Ænea Sylvio. Ex noſtris huic Concilio interfuit Auditor Matthæus Nydhartus Decretorum Doctor, & Collegij Carolini Præpoſitus 1439 Vnde & plura de hujus Concilij tum interrupti, tum reaſſumti Acta in Bibliotheca noſtra aſſervantur, quorum quædam expreſsimus ſup. pag. 105. 106. Archiepiſcopi Craynenſis geſta, nuper à nobis edita, non ſunt contemnenda. *Conſtantienſis* Concilij Hiſtoriam pleniſsimè deſcripſit Stumpſius noſter. Habet etiam quædam Æneas Sylvius. Ex Mſc. Bibliothecæ Heidelbergenſis inſeruimus nonnulla Collegio noſtro Sapientiæ. *Dordracenæ* Synodi acta publicata ſunt tum κατ' ἐπιτομὴν, tum κατὰ πλάτος. Ἀνέκδοτα tamen in Bibliotheca Carolina aſſervantur, prout ea diligentiſsimè, Epiſtolis, Orationibus, deſcriptione itineris inſertis, collegit Venerandus *Breitingerus* noſter, ὁ μακαρίτης, qui Synodo inter fuit, cujus & nos habemus apographum. Huc faciunt varia, de hac Synodo, ſcripta ſive offenſiva, ſive defenſiva. 1. *Orthodoxorum* Antidotum, continens preſsiorem Declarationem propriæ & genuinæ ſententiæ Synodi Dordracenæ. Oratio Paræi de Synodo Nationali Dordracena. Addatur formula ſecundum quam Profeſſores

SS. Theo-

SS. Theologiæ. Regentes & ſub Regentes Collegiorum Theologicorum Confeſsionis, Catechiſmo & declarationi Synodicæ ſubſcribere debent, cum reſponſo ſubſcriptionem illam concernente, VValæi. 2. *Pontificiorum.* Iohannis Malderi Epiſcopi Antverpienſis Anti Synodica, ſive Animadverſiones in Decreta Conventus Dordraceni; Maximiliani Sandæi Ieſuitæ conſiderationes de Synodi Dordrachtanæ emolumentis: Hermanni Hugonis Ieſuitæ de vera fide capeſſenda ad Neo-Evangelicam Synodum Dordracenam. *Ferrarienſis* Diœceſanæ Decreta edita ſunt 1599. *Florentina.* Hujus Synodi acta nuper demum in Anglia per Robertum Creygthon, ex Mſc. Sylveſtri Sguropuli, qui & ipſe Concilio interfuit, luci ſunt expoſita, magno cum Henoticorum probro. Audio, parari refutationem à Leone Allatio, de cujus ſucceſſu dies nos docebit. Prodijt aliâs *Florentina* Synodus Venetijs 1580. Romæ Græcè. Gennadij Scholar. defenſio. V. Capit. in Synod. Florent. Diling. 1581. *Gallicæ* Concilia uno volumine dedit Bochellus. Digna eſt Præfatio quæ legatur. Authoritatem Conciliorum ſupra Pontificem defendit. Separatim habentur, Synodus Eccleſiæ Gallicanæ, habita *Durocortori* ſub Hugone A. & Roberto Francorum Rege, cum Apologia ejuſdem Synodi, ſcripta à Gilberto, poſtea Pontif. Rom. Sylvatici Synodus Eccleſiæ Gallicanæ Remenſis. Statuta Synodi *Pariſienſis* & *Senenſis* ex Mſc. per Carranzam prolata. Decreta Synodi *Rotbomagenſis* 1581. ſub Cardinale Borbonio habitæ. *Gangrenſis* Synodus anno circiter trecenteſimo celebrata, editur Paris. 1560. *Hiſpanica.* Garſia Loayſa omnia Hiſpanica & Toletana Concilia collegit, notíſque illuſtravit. *Lateranenſe* Concilium. Oratio prima Synodi Lateranenſis per Ægidium Viterbienſem, Auguſtiniani ordinis Generalem. *Mechlinienſium* Synodorum provincialium varia ſtatuta diverſis annis ſunt vulgata. *Mediolanenſium* ſex provincialium Synodorum conſtitutiones prodierunt Venet. 1596. Præivit 1567. editio Synodi ſub Borrhomæo habitæ. Sed & Synodorum *Antverpienſis*, *Auguſtana*, *Cameracenſis*, *Colonienſis*, *Hildesbemienſis*; *Tridentina*, *Sipontina*, *Bitontina*, *Tarantaſienſis*, *Uladiſlavienſis*, decreta vulgata ſunt. B. *Elenctica* varia de authoritate Synodorum, cujuſmodi ſunt *in genere*, ex Reformatis, de Concilijs Bullingerus, Forſterus, Geſſnerus, Oſiander, Lampadius, VVhitakerus; Iohannes Lydius caſtigationes addidit Gab. Prateoli narrationi Conciliorum omnium Eccleſiæ Chriſtianæ. Ex *Pontificijs* habemus Didacam ab Alava, Alph. de Alvarez, Bellarminum. In *ſpecie* de Concilio *Tridentino*, cujus Pontificij ediderunt, 1. *Decreta*, varijs typis & formis. 2. *Notas*, & collectanea, ut ſunt Auguſtini Barboſæ Luſitani. 3. *Defenſionem*, Diegui Payvæ Andradij. 4. *Hiſtoriam*, Petrus Soave Polanus, nomine ficto, qui aliâs P. Paulus Servita, Venetus. Magna [illegible] ingenuitas, qui multa Synodi arcana detexit. Dignus proinde Cardinali *Pallavicino* viſus, qui impugnaretur potiùs, quàm refutaretur. Legitur P. *Paulus* Latinè, Italicè, Germanicè. Nihilque Cardinalis aliud ferè

Tt 2 obſtinuiſſe

obtinuiſſe dicitur, quàm quòd alter, in ipſa Italia, avidiùs legeretur. *Reformati* verò hujus Concilij Decreta, quod Papiſmi hodierni Confeſsionem continerent, doctè & ſolidè magno numero refutârunt. Præ cæteris commendamus *Calvini* Antidoton, Examen *Chemnitij*, quo Papiſmi errores feliciſsimè refelluntur magno certè loco habendum. Brevis *Altingij* Cenſura; & de *Heideggerus* nuper ſcripſit fide Decretorũ Concilii Trident. Varia etiam jam tum cũ Concilium haberetur judicia de eo data ſunt, cujuſmodi eſt Oratio Ioh. Fabricij, Montani, qua docetur, Concilium Tridentinum ſinè ſcelere frequentari non poſſe. Henrici Bullingeri, cæterorùmque Eccleſiæ Tigurinæ Miniſtrorum judicium, contra Concilium Tridentinum. Habeo & alia quædam Mſc. quæ Hiſtoriæ Concilij lucem magnam afferunt, quæque, quod ſciam, hactenus latuerunt. Addi poſſent lucubrationes *contra Tridentinos* Lampadij, Carletani, Eglinio, Gentileti, Palearii, VVilletti, Ioachimi Vrſini &c. C. *Notæ* & *commentaria* in Synodos. *Gelaſij Cyciʒeni* Commentarius Actorum Niceni Concilii. Paraphraſis Arabica Canonum ejuſdem Concilii. D. *Leges*, *ſermones ſynodales*. Leges Synodorum Tigurinarum, ſtatim poſt Reformationem conceptæ & editæ ſunt. Sermones vel Actis Conciliorum adjunguntur, vel ſeparatim colliguntur; qui vel ob ſolam materiarum copiam & varietatem ſtudioſè legendi. Vid. *Bibl. Tig.* p. 74.

IV. Confeſsiones. IV. *Confeſsiones* ſequuntur, quæ ipſæ quoque in Eccleſia Chriſtiana, quoties opus fuit, ingenti ſe commendârunt uſu. Diſtingui commodè poſſunt, oratione *loci*. 2. *Ætatis*. 3. *Autoritatis*. 4. *Ordinis*. *Loci* reſpectu vel *orientales* ſunt vel *Occidentales*. *Orientalium* Confeſsiones aliæ ſunt *Græcorum*, cujuſmodi 1. Gennadii Scholarii, Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Mahometem II. Turcarum Imperatorem, Græcè & Latinè. Et Latinè quidem exhibuimus in Hiſt. Eccleſ. Sec. 15. p. 802. 2. Hieremiæ, in Actis cum Tubingenſibus. 3. Cyrilli, itidem Patriarchæ Conſtantinopolitani; quam & nudâ habemus, ipſius manu ſubſcriptam, & typis editam, additis Scripturæ & Patrum dictis. 4. Metrophanis Critopuli Hieromonachi: Breviorem Syntheſin cum Confeſsione Helvetica Latinam, quam *ſupra* p. 100. expreſsimus; prolixiorem verò Græcam, cum verſione Horneji, & judicio Conringii. Aliæ *Æthiopum*, & gemina quidem nobis innotuit, altera parùm vel certa, vel accurata Zaga zabæ Latina; altera ſimplex, terſa Claudii Regis Æthiopica, cum Verſione & Notis Iobi Ludolfi; quam & Mſc. habeo juxta exemplar Palatinum, & typis exſcriptam. Aliæ *Arabum*, qualis eſt Pauli Antiocheni, Sidonij Epiſcopi, de qua alias. Aliæ *Armenorum*, qualem Topographiæ noſtræ Eccleſiaſticæ inſeruimus. Alia Armenorum Confeſsio Romæ prodiit 1596. alia item Prætorij. *Ætatis* reſpectu aliæ *antiquæ* ſunt, aliæ *intermediæ*, aliæ *novæ*. Illæ vel Patrum ſunt, vel ex ſcriptis eorum collectæ. Ita, ex Patribus, *Auguſtinus* Confeſsionum libros XIII. conſcripſit. Ex ſcriptis verò Patrum confeſsiones adornatæ aliæ ſunt à Theologis Reformatis, aliæ à Pontificijs. Ad *illas* referri poſſunt excerpta omnium ſcriptorum Patrum in

Catalo-

Catalogo Teſtium veritatis Illyrici; Syntheſis doctrinæ antiquæ ſingulis ſingulorum Patrum analyſi in Medulla Sculteti ſubjectæ; Symbibaſis doctrinæ Patrum ſingulis ſeculis Hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ annexæ. Ad has verò, Confeſsio Ambroſiana Iohannis Nepolij; Athanaſiana Hungeri, Auguſtiniana Hieronymi Torrenſis Ieſuitæ, Bernhardi, Theodori Petreji, & Iohannis Piſtorii; Hieronymiana, Cornel. Schultingii; Leonis Magni, Tertulliani, Cypriani, per Petrejum concepta. De cæteris agetur poſtea. *Authoritas* pendet ab authoribus. Vt ergò vel integrarum ſunt Eccleſiarum, vel ſingulorum authorum, ita vel majori vel minori pollent authoritate. Vniverſales Eccleſiarum integrarum confeſsiones tum conjunctim vulgatæ ſunt, tum etiam ſigillatim. Conjunctim prodierunt an. Chr. 1581. Genevæ, ubi ordine exhibentur, Confeſsiones Auguſtana & IV. ivitatum de an. Chr. 1530. Baſileenſis 1532. Helvetica prior 1536. Saxonica 1551. VVirtenbergenſis 1552. Gallica 1559. Anglica 1562. Helvetica poſterior 1566. Belgica 1566. Bohemica. Eadem editio repetita nuper fuit. Ex his autem duæ, præ aliis, eminent, *Auguſtana* & *Helvetica* poſterior, quæ variis typis, formis & Linguis prodierunt. *Singulares*, vel *Patrum* ſunt, vel Reformatorum *Principum*. Friderici III. Palatini, Erneſti, Friderici Marchionis Badenſis, &c. vel *Theologorum*, tum noſtratium Zuinglii, Zanchii, Raphaelis Eglini &c. tum *Lutheranorum* Ægidii Hunnii, Pelargi &c. tum denique *Pontificiorum* Nicol. Furmanoir, Hoſii, Pauli Veneti &c. *Ex ordinis* Methodo, Confeſsiones tutiſsimè juxta ſeriem Alphabethicam conſideramus. *Æthiopica*. De utraque conſuli poteſt noſtra Topographia Eccleſiaſtica *Anglicæ* prioris, de anno Chr. 1562. ſuprà jam meminimus. Edita etiam eſt Confeſsio veræ fidei, prout illa Actis Parlamentis publicis recepta & per Iacobum I. confirmata fuerit. Confeſsio fidei Anglorum quorumdam in Belgio exulantium, 1607. Confeſsio authoritate Parlamenti, à Theologis VVeſtmonaſterii congregatis, concepta. Nuper etiam edita & examinata eſt Confeſsio Congregationalium ſive Independentium. *Anhaltina*. Repetitio brevis ſimplex & perſpicua Orthodoxæ Confeſsionis, quam amplectuntur Eccleſiæ illius Principatus in aliquot articulis inter nonnullos hoc tempore controverſis. *Armenica*. De hac ſupra. *Auguſtana*. Hæc eruditos multum occupavit. Ab aliis enim *nudè* vel ſigillatim, vel cum aliis conjunctim eſt edita. Ab aliis in varias Linguas *tranſlata*. Extat *Græcè* per Paulum Dolſcium Ploenſem. Ab aliis *varietas* editionis eſt oſtenſa, id Lindanus, Ruræmundanus Epiſcopus tentavit. Alii eam plenius *explicuerunt*, vindicarunt, illuſtrarunt, tam Lutherani, quàm Reformati. Inter illa eruditorum maximè manibus teruntur ſcripta, *Apologia* Confeſsionis tum Melanchthonis, tum aliorum quorundam Theologorum recentiorum Saxonicorum in *Pupilla*. Acceſſerunt aliorum ſcripta Apologetica, Exegetica &c. Danielis Arcularii commentaria & diſputationes, Balduini defenſio, Erythræi tabulæ, Franzii diſputationes 34. Iohannis Fabricii concio-

nes, in C.A. VVolf Gualtheri Analyſis, Himmelii Collegium Auguſtanum. Hutteri analyſis, & Collegium Theologicum, Georgii Mylii explicatio Auguſtanæ Confeſsionis, Pappi diſputationes; Regii Apologia, Sigvvarti diſputationes. Alij Confeſsionem illam variis modis *oppugnârunt*, Pontificii & Sociniani, & ex *illis* ſunt Philippicæ Cochlæi, VVilh. Damaſi Concordia diſcors, Georgij Hænlin Parallela Confeſsionis Auguſtanæ & Auguſtinianæ, volumen Acatholicum Heilbrunneri caſtigatum à Sebaſt. Heiſsio; Hofmeiſteri judicium, Mariani Convivium Evangelicum. Ex *Lutheranis* multi, *Reformatos* communione hujus Confeſsionis planè voluerunt excludere. Huc plerorumque tendunt diſputationes, ſuprà memoratæ, Menzeri præſertim collatio doctrinæ Zuinglij, Calvini, Bezæ cum Auguſtana Confeſsione, collationiſquæ defenſio. Cui tamen intempeſtivo conatui ſe maſculè *oppoſuerunt* Ludovicus & Iohannes Crocii, fratres: *ille*, tum in Apologetico pro Auguſtana Confeſsione, *tum* in Auguſtanæ confeſsionis aſſertione, hic verò in comment. de Auguſt. confeſſ. Societate. Nec infelicius hac uſi ſunt ſpongia Ambroſius VVolfius de confeſsione Auguſtana, quo ſenſu jam pridem à Sociis intellecta, accepta, & approbata fuerit. Alia item ſcripta ad Pappum. Altingius, in Exegeſi confeſsionis, clarè & modeſtè importunitatem moliminis quorumdam retudit. *Belgica.* Prima Belgarum confeſsio periculoſiſsimis perſecutionum Philippicarum temporibus eſt edita. Quam quidem in Fœderato ſuo Belgio Orthodoxo illuſtravit & vindicavit Celeb. Mareſius. Poſtea, cùm Eccleſiæ illæ Arminianiſmo turbarentur dedit Feſtus Hommius ſpecimen controverſiarum Belgicarum; ſive confeſsionem Eccleſiarum in Belgio Reformatarum, 1619. *Bohemica.* Confeſsio unitatis Bohemicæ ter Imperatoribus & Regibus oblata, additis magnorum virorum teſtimoniis de illa, Baſil. 1573. Herbornæ 1612. *Cyrillus Patriarcha Conſtantinopolitanus.* Confeſsio ejus prodiit variis typis & Linguis. Ego etiam edidi cum teſtimoniis Scripturæ & Patrum, Appendice item de vita ejus & Martyrio. Vindicias inſerui Topographiæ Eccleſiæ Orientalis. *Gallica.* Prodiit 1559. Gallicè & Latinè cum præfatione, nullo tamen præmiſſo nomine. Eſt & confeſsionis fidei formula, cui ſe adiſtringere tenentur omnes Studioſi publicæ Scholæ Genevenſis coram Rectore, Ioh. Calvini. Et Gallicam quidem Adverſariorum etiam aſſenſu comprobavit author *de la Defenſe & juſtification de la verite, des doctrines contenues en la Confeſsion de foy des Egliſes Reformès*, &c. 1620. *Germanica.* Confeſsio Eccleſiarum Reformatarum per Germaniam Henrici Exteri. *Helvetica.* Duæ ſunt confeſsiones Helvetiorum, prior, quæ & *Baſileenſis*, poſterior & luculentior, non in Helvetia tantùm, ſed & in Gallia, Anglia, Scotia, Polonia, Hungaria, Tranſſylvania recepta & approbata. Latinè legitur, & Germanicè, &c. Publicum in eam ſcriptum Exegeticum adhuc nullum extat. Speramus tamen, hanc operam, quo cæpit ſtilo,

per

Digitized by Google

per textûrum Venerandum Eccleſiæ Baſileenſis Antiſtitem, D.D. *Gernlerum*, ex cujus primitiis uberrimam jam rei Theologicæ polliceri nobis poſſumus meſſem. Pauca quædam habentur Acta inter Epiſcopum Conſtantienſem, & Ampliſsimum Magiſtratum Tigurinum, de Confeſsione Helvetica. Habeo & Conciones in univerſam Confeſsionem, à doctis quibusdam Agri Tigurini Miniſtris compoſitas & conſcriptas. Analyſin ante hac etiam brevem, per theſes & antitheſes; probationes ex Scriptura, antiquitate, Confeſsionum conſenſu, Adverſariorum etiam calculo, ultra dimidium deduxi. Succincta Methodus magnis Reipublicæ noſtræ Viris, ornamento cumprimis Patriæ noſtræ, literarum & literatorum Mæcenati eximio, D. *Ioh. Henrico VVirzio*, Quæſtori & Senatori Tigurino Ampliſsimo ita placuit, ut editionem ejus pridem urſerit. Eandem aliquando in Arabicam tranſtuli Linguam. *Heidelbergenſis.* Eccleſiæ Archi-Palatinæ Catechiſmum ſuum Confeſsionis etiam loco habent. Prodiit tamen Friderici III. Electoris confeſsio item Theologorum & Miniſtrorum Heidelbergenſium 1575. *Saxonica & VVirtenbergenſis.* Illa nomine Eccleſiarum Saxonicarum, hæc Chriſtophori Ducis VVirtenbergici Tridenti fuit oblata. *Thorunenſis.* Georgij Calixti animadverſiones in confeſsionem Thorunenſem à Reformatis an. Chr. 1645. in colloquio oblatam. Ejusdem conſideratio doctrinæ Pontificiæ & Reformatæ, juxta prædictam confeſsionem. *VValdenſium* confeſſio, de pleriſque nunc controverſis dogmatibus ante annos 134. contra claudicantes Huſsitas ſcripta Baſileæ 1586.

V. Ad *Catechiſmos* accedimus, quorum uſus eò antiquior, quò Catechiſtarum ordo, & Catechetica Methodus inde ab initio Chriſtianiſmi fuit receptior. Imò vix religio eſt, quæ ſua non habeat vel capita, vel compendia Catechetica. Habent Catechiſmos ſuos *Chriſtiani* tam φερωνύμως, quàm ψευδωνύμως ſic vocati; Hæretici varij & Schiſmatici, Pontificij, Sociniani, VVeigeliani, Anabaptiſtæ; Habent infideles *Iudæi & Muhammedani.* De ſingulis aliquid ordine. *Chriſtiani Orthodoxi* Catecheticam Methodum & profeſsionem inde ab ultima antiquitate coluerunt. Academiæ Alexandrinæ *Catechetiſtæ* erant Pantenus, Origenes, Clemens Alexandrinus. Conſcripta etiam paulatim compendia Catechetica. Notæ ſunt, *Cyrillo Archiepiſcopo Hieroſolymitano* tributæ, Catecheſes, per Grodecium, Glogovienſem Interpretem Latinitati donatæ; *Gregorij Nyſſeni* liber, qui Catecheticus major inſcribitur, & Latinè verſus per Petrum Morellum. Quid in Papatu paulatim de Catecheſi fuerit factum, & qua ratione utiliſsima illa docendi Methodus, in Theatricam ſit converſa, diſputatione nuper de *Catecheſi* oſtendimus. Poſt *Reformationem* hæc ſtudia ſervidè fuerunt tractata. Non ſatis erat, adultis viam ad meliora fuiſſe monſtratam; tenellæ etiam juventutis, veræ religionis & pietatis rudimentis inbuendæ, ratio erat habenda. Ex Reformatis, tempore, præiverunt Helvetij & Galli, uſu & complemento ſecuti ſunt Germani, Palatini præſertim. In Helvetia

V. Catechiſmi.

Cate.

Catechiſmum primò dederunt Theologi Tigurini, Bernenſes per Megandrum Baſileenſes per Oecolampadium, & Sangallenſes. Et *illorum* quidem Catechiſmus non territorio tantùm & agro Tigurino, ſed & in communibus hactenus provincijs Helvetiæ fuit receptus. Primam, ni fallor, Catecheſin Tiguri conſcripſit *Leo Iuda*, quæ Latinè & Germanicè prodijt. Secutus poſtea *Bullingerus*, qui, juſſus ab Eccleſiæ Tigurinæ Miniſtris Catecheſin ad uſum Scholarum Scripſit 1569. Fuit autem alia contractior, alia plenior, quæ vel Miniſtrorum Eccleſiæ Tigurinæ, vel Bullingeri nomine prodiit, 1567. 1563. Sed & *Burckhardo Leemanno*, noſtræ etiam Eccleſiæ Antiſtiti, multum in his ſtudiis, defertur. Edidit 1583. breviſsimam & Methodicam Catecheſin. Habeo & ejuſdem authoris manu conſcriptum Dialogum inter Theophilum & Nicodemum, de miſeria hominis propter peccatum, & reſtitutione per Chriſtum. Noſtro tempore accurata Dialogiſmorum analyſi & teſtimoniorum Scripturæ acceſsione, doctrina hæc Catechetica, in Eccleſijs Helveticis, magna accepit incrementa. Triplici autem, vel quadruplici gradu ſtudium hoc Catecheticum in Eccleſijs noſtris abſolvitur. Pro rudioribus ſunt pauci quidam & ὀλιγατιάλογοι de capitibus fidei Chriſtianæ Dialogiſmi, vulgò die kleinen Fragſtücklein. Sequitur Catechiſmus minor, primarijs tantùm definitionibus Catecheticis conſtans: Quem major excipit, ſed nudus & ſimplex. Clauditur tandem eodem, ſed analyſi & teſtimonijs Scripturæ veſtito. Habemus præterea in Catecheſin Tigurinam non facilitate minùs quàm perſpicuitate probatam Felicis VVyſsij accuratam analyſin, & Conradi Burckhardi Conciones: Caſparus Megander, itidem Tigurinus, in uſum juventutis Bernenſis Catecheſin ſcripſit. *Gallia* mox ſecuta eſt. Edidit enim Catechiſmum Calvinus, quem & Hebraicè vertit Emanuel Tremellius. Commentariis verò illuſtravit Iohannes Crcerius, quos tamen, ex Franciſco Burgovio tranſtulit. Sed & Iacobus Capellus edidit Catecheſin, nudis Scripturæ teſtimoniis confirmantem Confeſsionem fidei, quam Orthodoxæ Galliarum Eccleſiæ Franciſco II. obtulerunt. Nuper admodum 1655. Genevæ vulgata eſt Pauli Caroli, & Antonii Gariſſolii explicatio Catechiſmi Eccleſiarum Gallicarum. *Palatina* Catecheſis etſi tempore poſterior, uſu tamen & accuratione nulli cedit. De cauſis, & origine illius Catechiſmi per Vrſinum & Olevianum primum collecti, poſtea ab aliis Theologis approbati, tum alii conſuli poſſunt, tum verò Altiog. in explicat. Catech. Heidelb. Ejus variæ ſunt editiones, verſiones & Commentarii. Abſolutum eſt ſanioris Theologiæ ſyſtema, receptum proinde non modò in Germania, ſed etiam Belgio, Hungaria, Helvetia etiam. Laborârunt in explicatione hujus Catecheſeos, ejúſque vindiciis non tantùm Theologi *Palatini* Vrſinus, Pareus, Mylius, Reuterus, Altingus, Ioh. Exterus, aliique Theologi Germani; Piſcator, &c. Sed & *Belgæ* in Catecheſin Palatinatus & Belgii, ut vocant, ſcripſerunt, Ruardus Heronius, Ieremias Baſtingius, Henricus Brandius, Henricus, Iſſelburgus, Phil. Lanſpergius,

Sibrandus

Sibrandus Lubbertus, Henricus à Dieſt, & nuper VVittenius, qui à Novatorum potiſsimum inſultibus eum vindicavit. Contra quos etiam ejus authoritas in Synodo Dordracena aſſerta fuit & vindicata, ceu patet ex actis Synodi. Seſſ. 148. d. 1. Maji 1619. habita. *Helvetica* etiam Eccleſiæ, ejus editione non mediocriter delectatæ, pro ejusdem certârunt Orthodoxia. Iudicium Bullingeri dedimus in Primit. Heidelb. Idem in vita, ſua manu deſcripta ad an. Chr. 1563. obſervat: *Palatinus Rheni mittit nuncium 16. Junij, qui adfert ſcriptum trium Principum contra ipſius Catechiſmum, petens, ut ad ſcriptum iſtud reſponderetur. Feci, & reſponſionem miſi in nundinas Argentinenſes.* Receptus etiam fuit in quibusdam Eccleſijs Helveticis. Iam anno 1527. in uſum Eccleſiæ Sangallenſis conſcriptus erat Catechiſmus; Heidelbergenſis tamen an. Chr. 1615. & ibi, & alibi in Helvetia introductus, poſteàque an. Chr. 1654. à Decano, D. Iacobo Hofmanno perſpicua analyſi, textuúmque applicatione editus eſt.

Vt verò Reformationis lux ad diſsitas etiam regiones & regna ſparſa fuit, ita Catechiſandi etiam Methodus omnibus ferè per orbem innotuit Eccleſijs Chriſtianis. Vt Eccleſias *Indicas*, qui curam illarum geſſerunt, juvarent, Indorum etiam Lingua Catechiſmos ediderunt. Ita an. Chr. 1641. Enchuſæ prodiit Catechiſmus Belgico-Luſitano-Indicus. Catecheſin Anglicam, in *Turcicam* Linguam tranſlatam ab Ornatiſsimo D. Horneckio noſtro quotidie expecto. Heidelbergenſem *Hebræi* legunt Græci, Indi, Arabes, Hungari, Poloni &c. Leemanni vertit Hebraicè Schieggius, *Græcè* Sylburgius. In uſum hodiernorum Græcorum abſolutum compendium conſcripſit, *Antonius Legerus*, cujus autographum, quod penes me eſt, procul dubio, absque fructu, lucem publicam non videret. Nam & vulgari illud contexuit Lingua, & præſenti Eccleſiarum Græcarum ſtatui accommodavit. *Lutherani* quoque Catecheticam diligenter excoluerunt. Lutheri duo ſunt Catechiſmi, major & minor: uterque publicam habet authoritatem. Vtriusque & variæ ſunt editiones, & diverſæ tranſlationes. Et minor quidem Germanicè, Latinè, Græcè, & Hebraicè per M. Ioh. Clajum prodiit VVitteb. 1572. Sed & notæ, commentaria, vindiciæ, diſputationes in eosdem extant plures; cujusmodi ſunt Eckhardi Iſagogæ in Catecheſin Lutheri, Forſteri theſaurus Catecheticus, Melch. Gerlachii analytica Catechiſmi parvi, Himelij Catechiſmus minor, cum Scholiis ex S. ſc. Idem cum notis Ioh. Kauffmanni, Ioh. Gieſſenij defenſio Catechiſmi contra Ieſuitas & Zuinglio Calvinianos; Diſputat. Schelteri ſuper Catechiſ. Lutheri; Balth. Mylleri diſputationes Concionum ſuper Catechiſ. Luth. VVigandi Catecheticæ explicationes. Sunt & aliæ Catecheſes verum *privatæ* Melanchthonis, Arndij, Dieterici, Val. Andreæ, Barbaroſſæ, Camerarij, Crucij, Dreſſeri, Egardi, Fabricij, Gieſſenij, Herrichenij, Loſsij, Mattſtadij, Pappi, Reudeni, Rhodij, Selnecceri, Schroderi, Siberi, Troce-

dorfij, Thordovici, VVigandi. Chytræi Catechiſmum Eccleſijs Lutheranis præ aliis placuiſſe, tum ex crebris ejus colligo editionibus, tum etiam ex ſecundis aliorum in eundem curis. Chriſtianus certè Beckmannus nucleum dedit doctrinæ Chriſtianæ ad margaritam Catecheticam Davidis Chytræi obſervatum &c. Addi poſſunt objectiones in Catecheſin puerorum, cum eorum brevibus ſolutionibus Lucæ Loſsii: Quadraginta conciones in Catechiſmum integrum Caſpari Huberini: Explicatio quinque Capitum Catecheticorum Chriſtophori Fiſcheri: Catechiſmus pia & utili explicatione illuſtratus à Brentio.

Romana Eccleſia, Reformatorum exemplo excitata, plures inde à ſeculo XV. dedit Catechiſmos, quàm longo antè tempore. *Publica* eſt *Tridentina*, aliàs *Romana*, juſſu Pij V. edita Antverpiæ, Coloniæ, Dilingæ, Leodij. Lugduni verò 1588. & Venetijs 1597. diſtinctus in capita, ſectionèsque; varijs Patrum ſententijs munitus. Elucidationem Scholaſticam addidit Leodij Ioh. Chapeauville, annotatiunculas & Indicem Andreas Fabricius: Homilias 40. Franciſchius Ferrariæ Vicedominus: Summam ejus, in gratiam ordinandorum Chapeauville, Patrum & Scripturę authoritates Iohañes ex Comitibus, Inſtitutiones Scholaſticas, puerorum ingenijs accommodatas VVilh. Damaſus, Partitiones in epitomen & tabulas digeſtas Georgius Ederus: Compendium Auguſtinus Ferentilus. *Privatæ* plures ſunt pro varietate nationum & Linguarum diſtinctæ. *Germania* multum huic detuliſſe videtur ſtudio. Vnde *Poſſevinus* Epiſtolam dedit de neceſsitate, utilitate, ac ratione docendi Catholici Catechiſmi. Rationes item, quibus inter ſummas quasque difficultates divinum negotium poſsit ac debeat promoveri, Ingolſtad. 1583. Caniſii ſtudium Catecheticum ſatis in Eccleſia Romana eſt notum, præſertim, in inferiori Germania, unde fuit oriundus. Prodijt ejus Catechiſmus aliquoties, Vrſell. Colon. Leod. Antverp. Prodiit cum authoritatibus Colon. 1570. Parvus ejus Catechiſmus Colon. Figuris ornatus Antverpiæ prodiit. Græcè & Latinè Colon. Epitome trilinguis, Latinè, Gallicè, Teutonicè Leod. Græcè & Hebraicè Dilling. Opus ejus Catecheticum, Scripturæ & Patrum teſtimonijs illuſtratum, Colon. 1577. *Auſtriæ* ſua fuit Catecheſis, Chriſtianæ doctrinæ Summâ inſignita, & à Chriſtophoro Pezelio, una cum parvo Catholicorum Catechiſmo refutata: *Palatinatum* noſtra memoria turbare conatus eſt Coppenſtenius, ſua Catecheſi Heidelbergenſi excalvinizata, qua tamen opera aliud nihil obtinuit, quàm ut & Heidelbergenſis Catecheſis ab ipſis etiam Pontificijs legeretur, & ipſe graviores temeritatis lueret pænas. Refutatus enim eſt à Blaſsiò &c. *Helvetia*, paucis ab hinc annis, vidit Spicilegium Falleri, & Summereri Badenſis ſcripta Catechetica. Cuſani etiam Ieſuitæ Schola & impreſſa in Helvetia fuit, & ubique ferè lecta. In *Gallia* habentur Catecheſes Crocquetij ex Matth. Galeni Homilijs, Edmundi Augerij; Lucinenſis Cardinal. Richelieu. & Bailij Ieſuitæ, ſolidiſsimè ab Andrea Riveto confutata. De Catechiſmo Ianſenitico ſuo loco. *Hiſpania* vel Catechiſmos

techiſmos habet proſelytis Muhammedanis accommodatos, qualis eſt Petri Guerræ de Lorca: vel Catechumenis Chriſtianis. Bartholomæi Carranza volumen ingens Catecheticum, Aloyſij Granatenſis Catechiſmus in Symbolum fidei, Ludovici Granatenſis libri Catechetici non minus frequenter excuſi, quàm tranſlati fuerunt. *Belgio* præ aliis placuiſſe videntur inſtitutiones Catecheticæ Gropperi, Catechiſmus Heſelij, Catechiſmus Catholicus Hunæi, Catechiſmus Novitiorum de Lairvez, Mermanni Catechiſmus pœnitentium, &c. In *Italia*, præter Romanam, habentur, Antonij Albizij, nobilis Florentini tractatus brevis, X. continens principia Chriſtianæ fidei; Catecheſis ſeu inſtructio à D.D. Examinatoribus Placentinæ Diœceſeos promulgatæ: Bellarmini Catecheſis, &c. Accedunt aliæ lucubrationes Romaniſtarum Catecheticæ, Conciones, diſputationes, &c. cujusmodi ſunt, Avervoultij Catechiſmus Hiſtoricus, Fontani & Fuſani Conciones Catecheticæ, Gailkircheri partitiones Catecheticæ, Michaëlis Epiſcopi Merſpurgenſis Catechiſmus in Conciones 84. diſtributus, Thomæ Stapletoni Orationes Catecheticæ; Catechiſmi Catholici explanatio, juſſu Archiepiſcopi Trevirenſis &c. *Collegium* præſertim de *propaganda fide* omnem movit lapidem, ut ſubinde aliquos Eccleſiæ Romanæ adderet, vel Schiſmaticos, ut vocant, vel infideles. *Arabum* converſioni deſtinaverant Catecheſin Bellarmini Arabicè tranſlatam. Eodem pertinent ſcripta Apologetica Philippi Guadagnoli, Bonaventuræ, Franciſcani Bononienſis contra Politorem ſpeculi; Brevis Orthodoxæ fidei profeſsio, quæ, ex præſcripto ſedis Apoſtolicæ, ab Orientalibus ad Romanæ Eccleſiæ unitatem proponitur Arabico-Latinè. F. Cæleſtinus de S. Liduina libros de imitatione Chriſti Arabicè reddidit. In *Armenorum* illicium adornata eſt Summa doctrinæ Chriſtianæ à Cardinali Bellarmino ſub Clemente VIII. Italico Idiomate conſcripta, & Cardinalis Aldobrandini mandato in Linguam Armenam traductæ: Habetur Italico Armenicè. Catecheſis Cardinalis Riechelieu authoritate in Linguam Armenam verſa, & Latino. Armenice Lutetiæ 1634. edita. Habetur & Calendarium Gregorianum Armenicè. *Chaldæorum* vel *Syrorum* uſibus deſtinata doctrina Chriſtiana in Linguam Chaldaicam traducta 1633. Addi poſſunt quæ in Bibliothecam Ebed Ieſu ſcripſit Ecchellenſis, Calendarium Gregorianum Chaldæum & Syriacum. In *Illyrica* præſertim Lingua, brevi tempore multa prodierunt vel nova, vel translata, ut eſt, uberior expoſitio doctrinæ Chriſtianæ Bellarmini; Compendium hujus doctrinæ in Linguam Illyricam communiorem; doctrina Chriſtiana parva Idiomate Illyrico, & charactere Hieronymiano. Rituale Romanum idiomate Illyrico, charactere Latino. Huc faciunt Miſſale Romanum Slavonico Idiomate, &c. Directorium Sacerdotum à Simone Budinæo Iadrenſi paraphraſticè in Illyricum Idioma converſum, charactere Latino & Hieronymiano: Speculum confeſsionis à Bartholomæo Caſsio Illyricè ſcriptum. Sed & Iaponenſibus laboratum eſt. Extat enim modus confitendi &

examinandi pœnitentem Iaponenſem, Lingua Iaponica R. Didavi Collad. Huc pertinent Bellarmini doctrina Chriſt. verſa in *Albanicam*, & Bonæventuræ Cardinal. meditationes in *Bulgaricam* Linguam. Ejusmodi libellorum aliquot, Catecheticorum & Ethicorũ, Venetiis nuper & Romę impreſſorum copiam mihi fecit amicus, quorum tamen alibi commodius mentionem facere conſtitui. Ad *Græcos* Schiſmaticos, quos vocant, ad Eccleſiæ Romanæ unionem revocandos, hoc Collegium de propaganda fide multum conferre allaboravit. Vnde ex hac officina jam an. Chr. 1618. prodierunt, Acta Florentinæ Synodi Græcè & Latinè, quibus acceſsit Georgius Scholarius de pace, dèque ferendo patriæ auxilio, ad Synodum Florentinam. Orationes 4. ex interpretatione Iohannis Matthæi Caryophili: Beſſarionis Archiepiſcopi Nicæni Oratio Dogmatica, ſive de unione, ipſo Beſſarione Interprete: Ioſephi Methonenſis Epiſcopi Reſponſio ad Marci Eugenij, Epiſcopi Epheſini, Epiſtolam, de ſacro ſancta Synodo Florentina; Caryophil. Interprete. Gregorij Hiero-Monachi, Magni Proto-ſyncelli reſponſio ad Epiſt. Marci Epheſini adverſus Latinos, eodem Interprete. Gennadij Patriarchæ Conſtantinopolitani pro quinque capitibus Concilij Florentini defenſio Latinè, & vulgariter Græcè: Acta Oecumenici Concilij Florentini collecta, diſpoſita, & notis illuſtrata ab Horatio Juſtiniano, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtode, 1638. Narratio de Synodo Oecumenica Florentina contra obtrectatores, idiomate Græcorum communi, 1628. Neophyti Rhodini, *de confitendi* ratione, vulgari Græca: Ejusdem de Sacramentis compendium, de præceptis Decalogi, de peccatis, de cenſuris Eccleſiaſticis, de officio divino recitando. Ejusdem Homiliæ XII. in Canticum B. M. Virginis. Ejusdem Panoplia Spiritualis. Auguſtini ſoliloquium & Manuale in vulgarem Græcam translatum ab eodem. Ludovici Granatæ Dux viæ, in Græcorum vernaculam Linguam traductus ab Andrea Rendio. In eandem Linguam tranſlati ſunt Bellarminus de aſcenſione mentis ad Deum; Iohannes Gerſon de imitatione Chriſti. Nec quæ præceſſerunt, nec quæ ſequentur omnia, à Græcis & Latinis, contra Græcos ſcripta ad eam Catecheticarum lucubrationum, quæ minorennibus tantùm Catechumenis conveniant, pertinent; quia tamen Collegij de propaganda fide hæc maximè cura eſt, ut quicquid à Romana Eccleſia diſſentit, in conſenſum ejus quocunque modo pertrahatur, adeòque omnibus ſuis conatibus aliud nihil agere videri volunt, quàm quod veteres Catechiſtas contra Gentes & Iudæos egiſſe compertum eſt, non abs re fuerit, labores, qui ad eundem tendunt ſcopum, eadem etiam ſerie à nobis proponi, tum ut, ὡς ἐν τύπῳ, obvium cuivis ſit, quàm nihil intentatum relinquat Eccleſia Romana, ut vel unum faciat proſelytum, tum ut, illorum exemplo, ad eundem ardorem provocemur, qui noſtro ad hæc confugere arma didicerunt. Ad tollendum igitur Schiſma Græcorum à Collegio de propaganda fide paucis ab hinc annis, præter ea, quæ memoravimus, deſtinata ſunt confutatio Nili Theſſalonicenſis, de primatu Papæ,

Græco Latina, Caryophili Iconienſis Epiſcopi; Refutatio Pſeudo Chriſtianæ Catecheſis, à Zacharia Gergano, editæ; Ejuſdem: cui additur Monodia de calamitatibus Græciæ: Cenſura Confeſſionis fidei Calvinianæ, ſub nomine Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani. Græca liberali & vernacula Lingua edita, ejuſdem: Demonſtratio errorum, quibus per inſcitiam referta eſt Diſputatio de Spiritu Sancto Zachariæ Gergani, & diſſolutio fallaciarum Palamæ de eadem proceſſione; Opuſcula aurea Theologica poſteriorum Græcorum, nempe Ioh. Vecci Patriarchæ Conſtantinopolitani, Beſſarionis, Philanthropini, Demetrij Cydonij, Maximi Planudæ, Nicolai Papæ Edita præterea ſunt in rem eandem Epiſtolæ Beſſarionis Generalis, & alterius ad Philanthropinum ſcriptæ, cum verſione Arcudij, & Beſſarionis: Arcudij Corcyrei de purgatorio adverſus Barlaam Græcè & Latinè. Ejuſdem, utrum detur Purgatorium, & an ſit per ignem. Sed de hujuſmodi ſcriptis ſuo loco, ubi de Eccleſia agetur, alia dicendi ſe offeret occaſio. *Socinianorum*, *VVeigelianorum*, *Anabaptiſtarum*, Catechetica compendia inſeremus Σ. Θ. ubi ad ſcripta eorum Theologica fuerit perventum. De Catecheſi tum *Iudæorum*, tum Muhammedanorum nonnulla monuimus in diſputatione noſtra ultima Synodali de *catecheſi*, ſive *inſtitutione catechetica*. Nolumus ergò actum agere. Illud verò lectori minimè ingratum fore confido, ſi, quæ, apud Synagogam, ab aliquo tempore Catechizandi obtinuerit ratio & Methodus, breviter ex ſcriptis eorum eruam. Duo, quod ſciam, apud Iudæos ſcripta Catechetica ſunt ἔξοχα ἄλλων: Alterum prolixius, alterum contractius. Illius author eſt R. Levi Barzelonita, cujus חנוך κατήχησις Legis Moſaicæ præcepta ordine tradit & explicat, & cujus partem jam antehac Latinitate donavimus: hujus Abraham Monzilizius, qui in ſuo לקח טוב primaria Iudaiſmi capita Dialogiſticè propoſuit. Ex illo autem, quæ ratio Catechiſmi fuerit, per cauſarum genera breviter exponere placet. Catechiſationis ſuæ Iudæi cauſam efficientem Catechiſtam conſtituunt, ſive Patrem, ſive Præceptorem. *Pater* enim officium hoc, ante omnia, facere debebat, vel *immediatè* filium inſtituendo, vel *mediatè*, Præceptori eundem commendando, vel utraque via incedendo. Tam enim Catechetica inſtitutio *privata* eſſe poteſt, domeſtica, quàm *publica*, quæ vel *Scholaſtica* eſt, vel *Eccleſiaſtica*. Sexum fœmininum veteres ab hoc præcepto Catechetico eximebant, non tamen planè ab officio Catechizandi. R. *Levi* S.418. ונוהגת מצוה זו בכל מקום ובכל זמן בזכרים אבל לא בנקבות שנאמר בניכם ודרשו זל ולא בנותיכם וכן אינה חיבת ללמד בנה דכל שאינו בחיוב ללמוד אינו בחיוב ללמד אבל מם ראוי לכל אשה שלא יהיו בנים עמי הארץ אעפ שאינה מצווה מדין התורה ושכר טוב ישלה בעמלה וגם האשה מלמדה תורה שכר יש לה ואעפכ צוו חכמים שלא ילמד אדם לבתו תורה

לפי

לפי שדעת הנשים קלה ומוציאין דברי תורה לדבר הבאי בענין דעתן ועובר על זה ולא למד את בנו תורה. עד שידע לקרות בספר תורה ובין פירו שהכתובים כפשוטן בטל עשה זה וכן כל מי שיש ספק בידו ללמוד בשום צד הוא בכלל עשה זה ועונשו גדול מאד אם לא יקיימנו כי המצות הזאת היא אם לכולם *Mos autem hujus præcepti obtinet in omni loco & tempore, in maſculis nempe; in famellis non item, quemadmodum dicitur:* Filiis veſtris, *non autem, ut Rabbini explicant,* filiabus veſtris. *Atque ſic illa non tenetur docere filium ſuum: quisquis enim non obligatur diſcere, neque obligatur docere. Nihilominus tamen convenit omni mulieri, ne filios habeat idiotas,* (rudes:) Et *quanquam nullum ei incumbat præceptum reſpectu Legis, magna tamen eam manet merces operis ſui: Nam & uxori, quæ Legem docet, merces ſua eſt.* Et *quanquam etiam præceperint ſapientes, ne quis filiam ſuam doceret legem, propterea quòd ſcientia mulierum levis ſit, & verba Legis, ex infirmitate ingenij, facile in hyperbolas convertant. Quisquis autem hoc* (præceptum) *tranſierit, neq; filium ſuum eò usque Legem docuerit, ut librum legis legere ſciat, explicationemque Scripturarum, juxta ſenſum earum literalem, explicare, irritum reddit hoc affirmativum. Ita in cujuscunque facultate eſt aliquid, quocunque modo, diſcendi, univerſali hoc præcepto conſtringitur, pœnaq; ejus, ſi illud non præſtiterit, erit magna, quoniam hoc præceptum omnium cæterorum mater eſt.* De publica verò Catechiſatione, *idem,* ex mente Rabbinorum חייב הצבור שבכל מקום ומקום להושיב מלמדי תינוקות ועיר שאין בה תינוקות של בית רבן תחריב וכה תינוקות מושיבין אצל מלמד אחד *Teneatur unaquaque Synagoga in quolibet loco conſtituere doctores minorennium* (Catechiſtas.) *In quacunque autem urbe non fuerint infantes domus Magiſtri: vaſtabitur illa. Viginti quinque autem infantes collocant penes unum Præceptorem;* i.e. unius Præceptoris fidei 25. committunt. *Materia* Catecheſeos Iudaicæ generalis; erat Lex tam ἔγγραφος, quàm ἄγραφος.

Id: pag. 162. חייב אדם לחלק זמנו לשלש חלקים שליש בעסק תורה שבכתב ושליש בעסק תורה שבעל פה כלומר להרגיל עצמו להיות בקי

Digitized by Google

בקי בגרסת המשניות והבריתות שתהינה שגרות בפיו ושליש להבין הענינים משרש ולא ישית כל לבו באמת פן ישכח השאר ושלשתן הו עיקר התורה שאי אפשר לדעת זולתם *Tenetur homo partiri tempus ſuum in tres partes: Unam tertiam impendet Legi ſcriptæ: Alteram tertiam dabit Legi orali, id* eſt, *aſſuefaciet ſemet ipſum, ut promtus ſit* in lectione δευτερώσεων, *& exoticarum* (obſervationum,) *ut ſint in ore ipſius trita. Tertiam denique cognoſcendis rebus ex fundamento: Uni alicui ex his univerſum cor ſuum non conſecrabit, ne fortè reliqua oblivioni tradat. Hæc autem tria ſunt fundamentum legis, qua abſque illis non poteſt intelligi. Formam* diſput. ſupra cita. pleniùs expreſsimus. *Finis* זו ידוע כי בתלמוד ידע הארם דרכי השי׳ ואלתו לא ידע ולא יבין ונחשב כבהמה *Notus eſt: Inſtitutione enim homo intelligit vias Domini benedicti, qua ſine nihil novit, neque intelligit, & inſtar beſtiæ reputabitur. Effectum* eſt ſalus corporis & animæ, *ibid:* וכל אחד מישראל חייב בתלמוד תורה בין עשיר בין בריא ביקבעל יסורין וכבר אמרו על שבעסק התורה יתרפאו כל האיברים ואפילו עני המחזר על הפתחים ואפילו בעל אשה ובנים הכל חייבין לקבוע עתים בתורה ביום ובלילה *Unusquisque Iſraëlita tenetur diſcere Legem, ſive dives fuerit, ſive validus, ſive etiam variè afflictus: Hinc dixerunt Rabbini noſtri, quòd Legis ſtudio ſanentur omnia membra, etiam pauperis, & oſtiatim mendicantis, etiam uxorati, & filiorum: Hi omnes tenentur certa deſtinare tempora Legi, diu noctúque.*

Subjectum erant Iſraëlitæ, infantes potiſsimùm, & proſelyti:

Ex *adjunctis* Catechiſatio debebat eſſe I. matura: Idem מאמתי מתחיל האב ללמד את בנו תורה משיתחיל לדבר מלמדו תורה צוה לנו משה ופסוק ראשון מקרית שמע שהוא שמע ישראל ואחר כך מלמדו מעט מפסוקי התורה עד שיהא בן שש או בן שבע שמוליכו אצל מלמדי תינוקות וראוי לכל בן דעת שיתן לבו שלא להכביד עול הילד כלומר בעודנו רך האיברים רך הלבב עד שיגדל ויתחזק כח לבו ותוקף איבריו ועצמותיו ימלא מוחו ויוכל לסבול יגיעת הלימוד ולא יקחנו חולי ההתעלפות בשבתו היגיעה רבה עליו ואולם אחד התחזק כחו ויארו עיניו

עיניו להבין לקול מוריו אז ראוי וכשר הדבר ומחוייב להביא צוארו
בעולה של תורה לא ירפוהו ממנה אפי׳ כחוט השער ישקוהו תמיד מיין
הרקחה ויאכלוהו מדבשה *Quando incipit Pater docere filium ſuum Legem? Ex quo inceperit ille fari, docet eum Legem, id quod Moſes nobis præcepit: Primus autem verſiculus eſt ex* Kiriath Schemah, *nempe:* Audi Iſraël. *Poſtea verò paulatim eum docet de cæteris Legis verſiculis, donec ſextum aut ſeptimum attigerit annum, tum adducit eum pædagogis. Convenit autem unicuique ſapienti, ut animum applicet, ne grave jugum nato imponat, nempe, dum adhuc tener fuerit membris & corde; donec creſcat & corroboretur virtus cordis ejus & robur membrorum ejus, & oſſa ejus medulla impleantur poſſitque ſuſtinere moleſtiam inſtitutionis, neque invadet eum morbus epilepticus ex nimio labore: verùm, poſtquam confirmatum fuerit robur ejus, & illuſtrati fuerint oculi ejus, ad intelligendam vocem Præceptorum ſuorum, tunc conveniens eſt, rectum, imò neceſſarium, ut ſubdat collum ſuum jugo Legis, non laxabunt ei vel tantùm de ea, quantum eſt pilus: potum ei perpetuò præbebunt de vino ejus aromatico, & cibum de melle ejus &c.* 2. Sit *conſtans* עד אימתי חייב
כל אדם ללמוד תורה עד יום מותו שנאמר ופן יסורו מלבבך כל ימי
חייך *Quo uſque tenetur unusquisque diſcere Legem? Ad diem uſque mortis ſuæ; quemadmodum dicitur:* Et ne recedant à corde tuo omnes dies vitæ tuæ. 3. Non ſit *πάρεργος*; neque procraſtinetur לא יאמר אדם
לכשאפנה אשנה שמא לא יפנה לעולם כי לא ידע האדם מה ילד יום
מעסקו של עולם מתחדש יום יום ומדיח את האדם מדבר לדבר
ומטרדה לטרדה ונמצאו כל ימיו יצאין בבהלה אם לא יתן פנאי עכשיו
ויחזק עצמו לעסקה של תורה וכל שעושה כן וחפץ ברכה מן השמים
מסייעין אותו ומקילין מעליו טרדות העולם המבהילות ומעבירין ממנו עולם
של בריות ושוכן בשמחה כל ימיו לעולם הזה וטוב לו לעולם הבא
Ne dicat homo, cùm otioſus fuero, diſcam; fieri enim poteſt, ut nunquam ei contingat otium: Neſcit enim homo, quid dies ſequens pariat negotij: Qualibet enim dies aliquid novi parit, & propellit hominem à negotio ad negotium, ab occupatione ad occupationem,

atque

atque ſic omnes ejus dies citò tranſeunt; ſi ipſe ſibi non dederit otium, & quovis modo ſe adegerit ad ſtudium Legis: Hoc verò qui fecerit, & cæleſtem benedictionem deſiderârit, eum juvant, occupationibus hujus ſeculi ſublevant, ab eo Mundum Creaturarum auferunt; ipséque habitat in lætitia omnibus diebus, in hoc Mundo, benéque illi erit in vita æterna.

Hactenus de varijs compendijs *catecheticis*, χυεχολέχλως ſic dictis; ad hanc Claſſem referri debent reliqua etiam ſcripta vel Methodo Catechetica, id eſt, ſi non brevi, & Dialogiſtica, perſpicua ſaltem, vel certa quædam & diſtincta Catechiſmi capita Legis, Evangelij, Sacramentorum proponuntur, &c. Huc pertinent opera Catechetica Lanceloti Andreæ, Epiſcopi VVinceſtrienſis; Compendioſa explicatio Legis & Evangelij Beumleri; Enchiridion Ægidij Tonſoris: Funda Davidis Dieſtii: Compendioſa inſtitutio pro ijs, qui ad Baptiſmum infantes ſuos afferunt, ad communionem ſe præparant, qui ſtatui accingere ſe volunt conjugali, de officio Magiſtratus. Pædagogus Chriſtianus Georgij Paſtoris: Lutheri brevis tractatio Decalogi; Symboli & Orationis Dominicæ. Nec omitti ſuprà debuiſſent Catechiſmus Eccleſiæ & Scholæ Argentinenſis de anno 1544. Catecheſis collecta ex ſcriptis Melanchthonis, à Theologis quibusdam VVittebergenſibus 1572. ſed quam Flacciani mox opprimere allaborârunt. Vnde index Cinglianorum quorundam errorum in Catecheſi VVittebergenſi nova comprehenſorum, annotatus à Miniſtris Eccleſiæ Hallenſis in Saxonia. Conſideratio Brunſuicenſium de novo Catechiſmo VVittenbergenſi Conſideratio Cenſuræ Theologorum Luneburgenſium in Catecheſin Theologorum VVittenbergenſium.

VI. *Leiturgica* ſequuntur, ſive varia *agenda* Eccleſiaſtica, ſcripta Symbolica, VI. Leiturgica.
quæ non tam de dogmatibus, quàm de ritibus, Ceremonijs, εὐταξία Eccleſiaſtica agunt; vulgò Kirchenordnungen. Leiturgiæ vel *veterum* ſunt, vel *recentiorum*, *illæ* vel *veræ*, vel *ſuppoſititiæ*; utræque vel *primæ*, vel *ortæ*. Ex *veteribus* circumferuntur Leiturgia Iacobi & Petri, Græcè & Latinè, & illa quidem cum Lindani pro eadem, Apologia: Baſilij, Cyrilli Alexandrini, Gregorij Theologi, Iuſtini Martyris, Gregorij Nyſſeni &c. de quibus, earúmque authoritate conſuli poſſunt, qui Criticam Patriſticam exercuerunt Rivetus, Hoſpinianus, Perkinſus, Cocus &c. *Recentiores* vel *pontificiorum* ſunt, vel Reformatorum. Ex *illis* ſunt Miſſalia, Breviaria, vel ratione *ordinum* diſtincta, benedictinorum, Nigrorum, Carmelitarum, Ciſtercienſium, Præmonſtratenſium, novi Martyrij quinque Perſarum in Perſide Latinitate donatum: vel *locorum*, Mediolanenſe, ſeu Ambroſianum, Romanum, Thuricinum (geminum alterum Conradi de Mure, alterum paulò ante Reformationem adornatum; de utroque in Bibliotheca no-

Digitized by Google

ſtra Tigurina) Conſtantienſe, Baſileenſe, Colonienſe, Moguntinum, Trevirenſe. Addi poſſunt, Antiquitatum Leiturgicarum Arcana, defenſio Eccleſiaſticæ Liturgiæ contra Schiſmaticos, Iacobi Ianſonij: Liturgica, ſive de Sacrificijs materialis altaris, libri quatuor: Pamelij Liturgia Latinorum, Thomæ Paz, Canonici Placentini, paraſceve ad ſacram Liturgiam, cum gratiarum actione. Huc pertinet *canon Miſſæ*, & explicatio ejus, Gabrielis Biel, &c. De *divinis officijs* Durandi &c. De *concionibus* formandis & habendis, Surganti &c. de quibus tamen alio loco. *Reformatæ* Eccleſiæ quæque ferè ſuas habent Leiturgias, non Nationales tantùm; ſed & provinciales. Suas habent Galli, Angli, &c. In Germania Reformatis Palatina maximè placet. Tigurina Zuinglium authorem habet, quæ & operibus ejus eſt inſerta Sed & Ludovicus Lavaterus de ritibus & Ceremonijs Eccleſiæ Tigurinæ ſcripſit libellum. Extat etiam formula Miſſæ & communionis pro Eccleſia VVittebergenſi, Miſſa Germanica, & ratio cultus ejusdem Eccleſiæ. Leiturgia Eccleſiæ Monaſterienſis in VVeſtphalia, Germanorum Litania; Cultus Reformatus i. e. preces, conſtitutiones in Eccleſijs quibusdam receptæ. *Primas* voco originarias, ut Græci Leiturgias habent Græcas, vel *veterum* nomine jactitatas, Baſilii, Chryſoſtomi, Gregorii, vel *recentiores*, aut intermedias, Procli Conſtant. Marci Epheſini. *Syrorum* Leiturgiam ſupra enarravimus p. 238. quibus cum conjungi poſſunt ea, quæ *Morinus* inſeruit Tractatui de ordinati, Saer. Eccleſiaſt. de ordinatione *Maronitarum*, *Neſtorianorum*, Eutychianorum, Iacobitarum: Miſſale Maronitarum. *Ortæ* ſunt ex aliis Linguis tranſlatæ. Arabes Leiturgias, ſuâ Linguâ, habent Baſilii, Cyrilli, Gregorii nomine jactatas, ex qua etiam Lingua Latinitate donatæ prodierunt Auguſtæ 1604. Eaſdem ferè Ægyptiis fuiſſe verſas, diximus in *Bibl. orient.* pag. 314. Belgarum Leiturgia vulgari Græca legitur. Magna autem hujus Theologiæ Leiturgicæ ſemper fuit diverſitas: Ne in ipſo quidem Papatu harmonia ubique potuit obtineri. Certum eſt, non Mediolanenſes tantùm, ſed & Mozarabum in Hiſpania Eccleſias libertatem ſibi ſuam eripi non permiſiſſe. Qua de re aliquid actum eſt in Hiſt. Eccleſ. noſtra. Et certè, hoc etiam loco aliquid dandum videtur libertati Eccleſiaſticæ, quàm tollere ubique & conciliare ἀρχῆς μᾶλλον, ἢ ἐλπίδος.

VII. Apologiæ.

VII. *Apologiæ* ſuccedunt, inter Symbolica ſcripta non poſtrema: Et, ratione *materiæ*, mixtæ ſunt ex dogmaticis & Hiſtoricis, realibus & perſonalibus: ratione *Efficientis* vel integrarum Eccleſiarum, vel certarum perſonarum, ratione *temporis* vel veteres, vel novæ. Et quia de uſu & antiquitate *Theologiæ Apologeticæ* in Gymnaſio noſtro Theologico diſſeruimus, recentiorum tantùm (veteres enim Tertulliani, Tatiani, Theophili, Athenagoræ, Hermiæ, Nazianzeni, ad Patriſticam pertinent; intermediæ, VValtrami Epiſcopi Nambur. genſis adverſus Hildebrandum pro Henrico IV. Boninſignii pro Savanorola, ad Hiſtorica vel Proſopographica) & quæ poſt Reformationem maximè prodierunt

Digitized by Google

dierunt, Alphabethico ordine dabimus Catalogum. *Anabaptiſtæ.* Anabaptiſtarum aliquot ſcripta Apologetica poſtea ſequentur.] *Anglia.* Apologia Anglicanæ Eccleſiæ. *Anonymæ.* Defenſio & munimenta contra Salaſſam de nuditate crucifixi. Apologia Miniſtrorum quorundam ad quasdam captioſas interrogationes, Friburgi editas. Apologia ad acta Conventus Torgæ. *Argentina.* Epiſtola Apologetica ad ſincerioris Chriſtianiſmi ſectatores, per Friſiam Orientalem in qua Evangelij Chriſti ferè Studioſi ab ijs defenduntur criminibus, quæ in illos Eraſmi Roterodami; Epiſtola ad Vulturium Neocomum intendit, per Miniſtros Evangelij Eccleſiæ Argentoratenſis. *Becani* Apologia pro judice controverſiarum. *Bedæ Natalis* Theologi Pariſienſis reſponſio adverſus ſui & operis in Fabri, & Eraſmi errata, criminatores Apologetica. Ejusdem contra clandeſtinos Lutheranos Apologia. *Theodori Bezæ* reſponſio ad Franciſci Balduini Ecebolij Apoſtatæ convitia. Bertij Apologeticus ad Fratres Belgas, contra Piſcatorem. Breitingeri ἡλιοφαία; vernaculè Sonnenſchein; libellus Apologeticus eſt, oppoſitus Pontificij cujusdam Lucernæ impreſsi Phoſphoro, Morgenſtern. *Bullingeri* Apologia contra 7. articulos Zuinglianis impactos, Ejusdem contra Iohannem Fabrum, Epiſcopum Viennenſem: Apologetica expoſitio, qua oſtenditur, Tigurinæ Eccleſiæ. Miniſtros nullum ſequi dogma hæreticum in Cœna Domini. *Beumleri* Apologia contra Andream. *Cameronis* Santangelus, ſive Steliteuticus in Eliam Santangelum cauſidicum. *Conſtantia.* Miniſtrorum verbi apud Conſtantiam ad D. Antonium Piratam Vicarium F. Dominicalium Epiſtola Apologetica. Eorundem Apologia contra Melchioris Vatlein ſuffraganei libellum de S. Cæna. *Eraſmus.* Eraſmi Roterodami reſponſio ad Epiſtolam Apologeticam, incerto authore proditam, niſi quod titulus, fortè fictus, habeat, per Miniſtros Eccleſiæ Argent. Ejusdem Apologia contra Stunicam & Sanctium. Ejusdem ad Epiſcopum Baſileenſem Epiſtola Apologetica, de interdicto eſu carnium, déque ſimilibus hominum conſtitutionibus. Apologia adverſus articulos aliquot per Monachos in Hiſpanijs ſparſos: Ejusdem liber, quo Leicis convitijs reſpondet. Apologia ad Iacobum Fabrum Stapulenſem ad locum ex Pſalm. 8. ad Hebr. 2. citatum. Ejuſdem defenſa aſſertio, quam in c. 7. Matth. docuit. Epiſtola ad Marcum Laurinum Apologetica contra eos, qui ſparſerunt, nuſpiam in Germania habuiſſe ſedem. Ad Lovanienſes Apologia pro colloquijs. Spongia ejusdem adverſus Huttenum. *Eckij* Iohannis Apologia, pro Caſparo Contareno. Pro Principibus Catholicis adverſus Bucerum. Girberti Apologia Synodi Rhemenſis. *Iacobi Gorſcij* Apologeticus. *Ioh. Gochij* Epiſtola Apologetica adverſus quendam Prædicatorij ordinis, declarans, quid de Scholaſticorum ſcriptis, votis, obligationibus ſit habendum. *Gretſeri* Apologia pro Cardinal. Baronio, pro diſciplinis, pro Gregorio VII. cum ejusdem vita, pro ſocietate Ieſu, pro vita Ignatij. *Guetbal Caſpari* Apologia contra quosdam clamoſos, qui Evangelicos accuſant, quaſi novam fidem prædicarent. *Fa-*

ventij Didymi adverſus Thomam Placentinum Oratio Apologetica ; ſive Melanchthonis pro Luthero. *Andreæ Friccij* contra Orichovium. *Gallaſius Nicolaus* pro *Calvino*, Farello, & collegis ejus adverſus Petri Caroli, Theologaſtri calumnias defenſionem ſcripſit. *Gallicarum* Eccleſiarum Apologia contra Villequerium. Gualtheri Rodolphi Apologia pro Zuinglio. *Iacobi Hochſtraten* Apolog. 2. contra defenſ. Reuchlin. *Danielis Hofmanni* Apologia ad Bezam, ad Bremenſes. *Hottingeri* aliquot ſunt ſcripta Apologetica. Hodegeticum tripartitum (vernac. Wegweyſer) Apologeticum eſt ſcriptum, oppoſitum dentato ſacrificuli cujusdam Solodurenſis, Gothardi tractatui. Amœbæa Helvetico-Epiſtolica, brevem exhibent Apologiam tum pro Hodegeticis ſcriptis in genere, tum Miniſterio Eccleſiaſtico, Bibilijs Tigurinis, doctrina Reformata in ſpecie. Ecchellenſi Maronitæ provocanti brevis repoſita eſt Apologia, Præfat. in Lex. Harmonic. Labbæo Ieſuitæ, ex Hiſtoria Eccleſiaſtica & Analectis quædam vellicanti, Zuinglio præſertim inſultanti, reſponſum eſt diſputat. de Melchiſedeko. Leoni Allatio, vix unius pagellæ ἀπεσγώπτα fragmentum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, de Theologia Eccleſiæ Græcæ, magno volumine arietanti, diſſertationem oppoſui, Heidelbergæ, propridie diſceſſus ventilatam, & Diſſertationum nuper Enneadi inſertam. Cl. viri, D. Phelavii Dantiſcani, objectiones, de edita Confeſsione Cyrilli, breviter diluimus in Topographia noſtra Eccleſiaſtica Orientali. Laurentii Foreri exceptiones ad ſcriptum Hodegeticum, partim in commercio quod vocamus, Epiſtolico Helvetico, partim in Hiſtoria Eccleſiaſt. hincinde perſtrinximus. D. Danhavveri Salve Irenico prolixiorem Apologiam deſtinare conſultum minimè duximus : Ei tamen, κατὰ παρέλειψιν, quædam oppoſuimus in noſtris Meletematis Irenicis. Diſceptationi brevi de Euchariſtia Solodori 1662. emiſſæ; modeſtam hoc ipſo menſe Septembri oppoſui Apologiam; qua perſpicuè demonſtravi, Eccleſiam Tigurinam de Euchariſtia juxta Scripturam docere atque ſentire; Tranſſubſtantiationem contrà, eſſe dogma, quod & Scripturæ repugnet, & fidei Analogiæ, & puræ antiquitati, & ſobriæ rationi: dogma denique eſſe novum, incertum, Scholaſticorum diſsidiis laceratum, & ſcandali pleniſsimum; inſerta digreſsione, de vero ſcopo Concionis Dominicæ Ioh. C. 6. qua occaſione oſtendimus, 1. Dari manducationem myſticam & ſpiritualem, quæ fidei tantùm ſit, eámque veram & realem. 2. Illam à Sacramentali manducatione differre. 3. Cap. 6. Ioh. non agi de Sacramentali, ſed myſtica manducatione, quod ex Pontificijs Doctoribus graviſsimi quique aſſerunt, & ijs quidem innixi rationibus, quibus & nos haud gravatim ſubſcribere poſſumus, quæque à cæteris ſecus ſentientibus, nec ſatis ſunt expenſæ, nec ſolidè refutatæ. 4. Pontificios, qui de manducatione Sacramentali locum intelligunt, Tranſſubſtantiationem ſuam præſentiſsimo periculo exponere. 5. Magnam tamen hunc locum afferre lucem explicandæ doctrinæ de manducatione Sacramentali. Secuta eodem, adeóque præſenti adhuc, menſe, ſecunda Diſceptationis

Digitized by Google

tionis Solodurenſis Editio, ipſo etiam titulo nonnihil mutato: De *Euchariſtia libellus, ab Authore correctus atque auctus.* Præfixit doctiſsimus juxta ac humaniſsimus (cur enim non vel in diverſum à nobis ſentientibus, agnoſcamus, & celebremus virtutem?) Author, præfationem ad Lectorem, ubi ſcripti mei Apologetici meminit: Quando verò de Authoris mihi confidenter polliceri poſſum ingenuitate, eum, ubi cum liberaliori otio totam perlegerit Apologiam noſtram, deprehenſurum facilè, nihil ferè objeciſſe, cui non jam à me ſit ſatis factum, ipſe quoque fateatur, *properantius, quàm ut ſatis rectè quid quam reſpondere potuerit*, præfationem *ſcripſiſſe*; meretur omnino eximia viri doctiſsimi humanitas, & ſingularis in ſcribendo moderatio, commodioris opportunitatis, & induciarum beneficium; quemadmodum nec Ant-Apologiæ modeſtæ jus vel denegaturum nobis eum, vel inviſurum ſperamus. Nolumus igitur præcipitare, aut juſtum examinandi tempus doctiſsimo Viro præripere. Non ægrè hanc feram moram, etſi nec magno mihi labore conſtitura ſit reſponſio, nec Lectori multam creatura moleſtiam. Utrum enim pag. 16.40. &c. non ſatis evicerim, *circumciſionem vocari* fœdus; *aliquo verò modo* tantùm, Agnum vocari tranſitum, id vel cujuslibet Lectoris candidi relinquo judicio. Clariſsima ſunt loca Num. 9. 2. 4. Ioſ. 5. 10. Deut. 16. 5. 6. 2. Chron. c. 30. v. 15. & c. 35. v. 1. 6. 11. ubi Paſchatis nomen non poteſt non Metonymicè, pro agno, Paſchatis μνημόσυνα ſumi. Sed & quicquam aliud Paulum ad Tit. 3. 5. nomine lavacri regenerationis intelligere, quàm Baptiſmum; doctiſsimus Vir hactenus non probavit. Vix continere me poſſum, quin ad cætera etiam breves ſaltem ſtricturas attexam. Sed quando nec Bibliotheca hæc noſtra adeò crebras digreſsiones ferre non vult, alia nobis aucupanda erit occaſio. Ad *Lutheri* ergò pergimus Apologias; cujusmodi ſunt, Lutheri inſtitutio & reſponſio ad ſeptem peccata mortalia, octo μακαρισμοὺς, Decalogum, quæ in Lutheranorum contemtum à ſcepticis edita ſunt. Apologia doctrinæ Chriſtianæ Martini Lutheri, cum rejectione contradictionum à malevolis ejus conceptarum: hoc ſcripto Papatus potiſsimùm perſtringitur. *Luthardus*, Chriſtophorus, Theologus Bernenſis ſcripſit reſponſum contra Apologiam Friburgenſem: Apologiam Diſputationis Bernenſis, contra Iacobum Schulerum Friburgenſem. *Mich. Medinæ* Apologia pro annotationibus Iohannis Feri in Iohannem: *Ariæ Montani* duo Apologetica. *Henrici Mauroy* Apologia pro Iudæis & reliquijs Abrahæ. *Philippi Marbachij* Apologia libri Concordiæ. *Iacobi Laurentij* Apologeticus adverſus Maximilianum Sandæum, Ieſuitam. *Proteſtantium* Apologia pro Romana Eccleſia, Ioh. Brerleji Sacerdotis Angli. *Pauli Ricij* Apologetica ad Ecciana reſponſa narratio: Contra malignum Iohannis Eccij judicium ſuper aliquot articulis Lutheri defenſio. Lucæ Oſiandri Antiſturmius. *Iacobi Sturmij* Epiſtola Apologetica contra Iacobum Andreæ. *Hermanni Sturmij*

contra Lucæ Oſiandri Antiſturmium. *Iohannis Schmidij* Apologia Concionis Colmariæ habitæ. *Ioh. Simonij* Apologeticus contra Serrarium: *Simon. Stenij* Append. de Apolog. Societ. Ieſu in Gallia. *Henrici Sedulij* Apologeticus adverſus Alkoranum Franciſcanorum, pro libro Conformitatum. *Tigurini.* Apologia Miniſtrorum Tigurinorum contra Teſtamentum Brentij: Apologia Ampliſsimi Magiſtratus Tigurini, contra ſparſam calumniam de Miniſtro à Diabolo de ſuggeſtu ſublato. *Laurentij Vallæ* Apologia. *Petri Warenberg* reſponſio, qua reſpondet ſcripto Hamelmanni, quo conatur probare, cum Calviniſtis colloquio non eſſe agendum. Reſponſionis pars altera, ubi adverſarius conatur probare, Sacramentarios falsò pro ſe Theodoretum citare. Reſponſio ad judicium ab eodem Hamelmanno editum, de libro conſenſus Orthodoxi, in cauſâ Euchariſtica. *Georgij Wicelij* Apologia contra Lutheranos, cum ζωογραφίᾳ ſectarum Lutheranarum. *Iacobi Wimphelingij* Apologia pro Iohanne Gerſone, & clero ſeculari. Ejusdem queruloſa excuſatio ad inſtantiam Fratrum Auguſtinenſium, ad Curiam Romanam citati, ut propria in perſona ibidem compareat, propterea quod ſcripſit, divum Auguſtinum non fuiſſe Monachum, vel Fratrem mendicantem ad Iulium II. Ejuſdem Apologetica declaratio in libellum ſuum de integritate. *Mercurij Viperæ* de divino & vero Numine Apologetica. *Wiczij Iohannis* defenſio Expoſtulationis Dei cum Helvetijs. *Vdalrici Zaſij* Apologetica defenſio contra Iohannem Eccium, de ſervanda hoſti fide. *Iacobi Ziegleri*, Landavi adverſus Stunicæ maledicentiam pro Germanis. *Zuinglij Huldrici* Apologeticus Archeteles, quo reſpondetur Hugonis Epiſcopi Conſtantienſis Paræneſi, & rationem exponit, quomodo, cùm ne auditum quidem tum inter noſtros eſſet Lutheri nomen, Evangelium Tiguri annunciârit. Compendium eſt Reformatæ Theologiæ. Ejuſdem Apologia, qua in publicis Helvetiorum Comitijs Bernæ congregatis ad quædam ſibi falsò intentata crimina reſpondit. Expoſitioni etiam Ieſajæ nomen impoſuit Apologiæ complanationis, cujus præfatio de uſu potiſsimùm agit Linguæ ſanctæ, & Hebraicarum literarum ſtudio.

Palinodiæ, recantationes, retractationes.

VIII. Ad hanc claſſem *palinodiæ, retractationes, recantationes* pertinent, & Confeſsionibus proximè accedunt, utpote quæ non modò reducto calculo facti reddunt rationem, ſed ut plurimum apertam adjungunt fidei Confeſsionem, tum κατὰ θέσιν, tum καὶ ἀντίθεσιν. Súntque, ratione *Qualitatis*, vel bonæ vel malæ: Illæ ſpeciem quandam habent μετανοίας; hæ tantùm μεταμελείας. In illis potiſsimùm mutatio, in his βελτίωσις ſpectatur. Ratione *ætatis*, vel *veteres* ſunt, vel *mediæ*, vel *novæ*. Ex *illis* celeberrimi ſunt libri retractationum Auguſtini. Ex *iſtis* alij voluntarij ſunt, alij coacti retractationum actus. Sic Æneæ Sylvio, Pio II. poſtea dicto, diploma tribuitur, ad univerſitatem Scholæ Colonienſis, in quo, Auguſtini exemplo, ſua quædam retractat, quæ juvenis ac penè laicus ſcripſerit. Ita vulgati ſunt articuli erronei, Pariſiis jam olim damnati, abs-

que

que ab eorum aſſertoribus recantati, adjectis nonnullis ipſius Magiſtri, in quibus communiter non approbatur. Et primo loco ponuntur errores Pariſiis condemnati à Guillermo, Epiſcopo Pariſienſi, qui omnia Theologiæ capita percurrunt. 2. Errores Iohannis de Mercuria, ordinis Ciſtercienſis, condemnati 1347. 3. Articuli contra Magiſtrum Nicolaum de Vltricuria anno Chr. 1348. in Romana curia condemnati, in univerſitate verò Pariſienſi per Nicolaum recantati. 4. Articuli condemnati per Epiſcopum Pariſienſem 1340. 5. Copia ſchedulæ revocationis quorundam articulorum Fratris Dionyſij Soulechat, ordinis Fratrum Minorum; Aſſeruit, Chriſtum nihil proprii poſſediſſe. 6. Revocatio Magiſtri Iohannis de Calore an. Chr. 1363. 7. Errorum diſcipulorum Almarici. 8. Articuli Ludovici revocati anno. D. 1362. 9. Forma revocationis facta per F. Guidonem, ordinis Eremitarum S. Auguſtini 1354. 10. Revocatio facta an. Chr. 1352. 11. Articuli, in quibus Magiſter ſententiarum non tenetur communiter ab omnibus. 12. Determinatio Pariſiis facta per almam Facultatem Theologicam anno D. 1418. ſuper quibusdam ſuperſtitionibus noviter exortis. 12. Errores Frat. Iohannis de Monteſono, ordinis Prædicatorum Pariſiis condemnati. *Recentiores* Palinodiæ vel ſunt. I. *Abjurationes Papatûs*, cujusmodi occurrunt, Franciſci Lamberti Avenionenſis Theologi, rationes, propter quas Minoritarum converſationem habitúmque rejecit; Leonhardi Huberi, Gachlingenſis Durgæi revocatio voluntaria, nec non & Confeſsio Evangelicæ veritatis. Gerhardi Schobenij Loſſenſis vale juſtiſsimũ Papatui, VVenceslai Altvvaſſeri oratio revocatoria, ex 1. Pet. 1. Vnde Poriſmata ad confutandum Papatum ſummè idonea ſunt extructa. Simonis Theodori diſſertatio de Principijs falſæ religionis Pontificiæ. Michaëlis Ruckarti de converſione ſua à religione Franciſcana ad verè Chriſtianam. Et vivunt adhuc viri docti, & in agnita veritate conſtantes, Sebaſtianus Comberus, Eccleſiæ Reformatæ in Archipalatinatu Paſtor, & Inſpector; Andreas à Coſta, Placentinus, quorum Ἀπολογίας potiùs, quàm Palinodias typis habemus exſcriptas, ſolidas, & doctas, nullóque affectuum mangonio vitiatas: Sed & Alberti Huntemanni Dominicani, Apologiam, pro ſuo ad Reformatos tranſitu, & Chriſtophori Neheri, itidem Dominicani, narrationem habemus Tragicam, qua, poſt Bernenſem ſuperioris ſeculi vix alia fuit magis memorabilis: utraque Mſc. eſt, & hæc quidem, ipſius Neheri manu ſubſcripta. Addi poteſt Iarrige Ieſuitæ Converſio, quæ Gallicè & Germanicè habetur. Etſi enim ad ollas ſuas Ægyptiacas redierit, ὁ γαστρίμαργος, certum tamen eſt, ſemper ordini inuſtam ab eo manere ſive maculam, ſive ſuſpicionem. Vel II. *Abnegationes veritatis*, religionis Reformatæ, agnitæ, quales ſunt, Friderici Bartſchij reſponſio, non eſſe, quod quenquam pœniteat à Zuinglianorum cætu ad Catholicam Eccleſiam redijſſe; Iohannis Brunneri (de cujus ingenio verſipelli, & turpi Apoſtaſia aliâs) profeſsio Catholica poſt hæreſin, in qua natus, &c. Iuſti Calvini vetera. Caſtrenſis pro

Eccleſia

Eccleſia Romana, & ſua ad eum tranſmigratione Apologia. Iohannis Corberi Anti-Bertius, ſive Examen XII. cauſarum, quibus Petrus Bertius ad Pontificiam Eccleſiam ſeceſsit. Erneſti, Landgravij Haſsiæ converſionis ad fidem Catholicam motiva. Sebaſtiani Flaſchij profeſsio, in qua Lutheranam hæreſin liberè abjurat. Chriſtiani Francken Epiſtola, in qua deplorat ſuum à ſocietate Ieſu, & Eccleſia diſceſſum, ejùsque fidem temerè à ſe oppugnatam. Iohannis Grilli abjuratio multorum errorum hæreticorum; Ejuſdem Epiſtola, qua cauſæ converſionis ad fidem Catholicam exponuntur. Danielis Martini, Miniſtri Galli Apoſtaſia prodijt cum Elencho Iacobi Vollenvveideri. Iſaaci Peyrerij, profani vertumni, Epiſtola, qua rationes, ob quas ejuravit ſectam Calviniſticam, exponit: Fabiani Quadrantini Palinodiæ, cùm factus eſſet ex Lutherano Catholicus; Ioh Iacobi Rabi ad Ludovicum Patrem, pro fide Catholica, ac ſuo ad eam acceſſu Epiſtola Apologetica. Cauſæ motivæ ob quas Sixtus Sartorius Anſpacenſis, deſerta Lutheranorum ſecta, Catholicam religionem profitetur. Ioh. Stephani Thollii confeſsio facta Lucernæ 12. Novemb. 1651. Hic non longè pòſt in gratiam cum noſtris redire voluit. VVolfgangi VVilhelmi, Comitis Palatini muri Civitatis Sanctæ, ab ipſo Principe conceptæ (ut habet inſcriptio) à P. Iacobo Reihingo deductæ, & per Conradum Vetterum Ieſuitam Germanicè translatæ. Cui Fabricius de la Baſſe court, verbi in aula *Brandeburgica* Miniſter Tubam Dei oppoſuit. Eoſdem dirutos eſſe per *Ioh. Iacobum* Huldricum, Theologum Tigurinum, monuimus in Bibliotheca noſtra *Tigurina* pag. 141. Nicol. Xylandri motivæ, cur Lutheranam hæreſin deſeruerit. Vel III. Pleniores ſententiarum explicationes. Ita extat Ambroſij Blaureri declaratio Palinodiæ, quæ ei in cauſa Cœnæ Dominicæ impingebatur, Iohannis Sturmii Palinodia ad Luam Oſiandrum.

IX. Colloquia, diſputationes.

IX. *Colloquia* reſtant, ſive *diſputationes* de Religione; quæ, vel publicè in conſpectu multorum, vel publico nomine habitæ, vel publica authoritate probatæ, ad ſcripta etiam referri debent Symbolica, magnúmque habent uſum, non modò, quòd vel integrarum Eccleſiarum, vel præcipuorum in cauſa Eccleſiæ mens & ſententia exprimatur, vel integra Theologiæ controverſæ capita explicentur; ſed &, quòd tum ſtatum Eccleſiæ præteritum depingunt, tum futuri regulas præſcribunt. *Veterum* colloquiorum ſive contra Iudæos, ſive Gentiles habitorum numerum non inibimus: de ijs tantùm ſoliciti futuri, quæ inde à Reformatione nomen aliquod apud eruditos habuere. Cōmodè autem diſtingui poſſunt colloquia ſeu Diſputationes ratione cauſæ efficientis in *univerſales* ſive publicas, & *ſingulares* ſeu privatas; ratione ſubjecti in *Anti Pontificias*, *Anti-Anabaptiſticas*, *Anti-Lutheranas*; ratione finis in *defenſivas* veri, & *deſtructivas* falſi; Ratione objecti, in eas quæ *fidem* examinant, & *charitatem* ſive pacem conciliare laborant. Nobis *libera* ſive *mixta*, in recenſendis diſputationibus publicis, commodiùs inſervit Methodus, ex qua claſsis prima diſputationes exhibet pro

Reforma-

Reformatione inſtituenda, cujuſmodi ſunt, I. *Lipſiaca* variæ Pontificiorum cum Luthero, Carolſtadio, Melanchthone velitationes, prout extant. Lipſiacum inter Lutherum & Eccium 1519. Diſputatio Eccij & Carolſtadij Lipſiæ d. 17. Iunij 1519. Eorundem diſputatio, quæ cæpit d. 11. Iulij. Ad hujus vel continuationem, vel explicationem, vel confutationem pertinent ſequentia etiam ſcripta: Epiſtola Ioh. Cellarij ad VVolfgangum Fabricium Capitonem, de vera & conſtanti ſerie Theologicæ diſputationis. Expurgatio Ioh. Eccij adverſus criminationes F. Martini Lutheri: Epiſtola Andreæ Carolſtadij adverſus ineptam & ridiculam inventionem Ioh. Eckij, cùm urgeretur, opus bonum eſſe à Deo totum; ſed non totaliter. De diſputatione Lipſienſi, quantum ad Boëmos obiter deflexa eſt, Hieronymi Emſeri. Ad Ægocerotem Emſerianum, Martini Lutheri additio. Adverſus armatum virum Cochlæum, Martinus Luther. Lipſicæ diſputationis Epitome, cum defenſione Eccij, adverſus Melanchthonem, & Melanchthonis modeſtiſsima reſponſione. Reſolutiones Lutherianæ ſuper propoſitionibus ſuis Lipſiæ diſputatis. Carolſtadij defenſio adverſus Monomachiam Eckij. Diſputatio Eckij & Lutheri in ſtudio Lipſienſi futura. II. Diſputationes duæ *Tigurinæ*, illa 1523. ineunte & exeunte habita; quo pertinent Acta utriusque diſputationis, Zuinglij operibus inſita, Tom. II. Vera relatio Iohannes Fabri, quomodo negotium d. 29. Ianuarij Tiguri fuerit tranſactum. III. Diſputatio *Ilantiana* 1526. per Sebaſtianum Hofmeiſterum Germanicè prodiit. IV. *Bernenſis*, cujus acta extant, & oppoſitus illis Hercules Catholicus, Iacobi Schuleri; cum Antidoto graviſsimo, ſive diſputationis Bernenſis an. Chr. 1528. habitæ explicatione, & adverſus adverſarios, præcipuè Schulerum, defenſione, Chriſtophori Luthardi. Extat & Genevenſis diſputatio 1534. colloquentibus Monacho Dominicano, & concionatore Evangelico, Theologo Bernenſi: Groningana item inter Dominicanos, & Sacerdotes, de quorum ſucceſſu, & ordine plenius, σὺν θεῷ, agemus. *Secunda* Claſsis, κατ' ἀντίθεσιν Diſputationes & colloquia complectitur, quæ vel impediendæ emergenti, & conſtituendæ, vel tollendæ conſtitutæ jam Reformationi erant deſtinata. Tale in Helvetia fuit *Badenſe* 152. Eccij potiſsimum impulſu habitum, cujus extant acta, Lucernæ impreſſa: Huc faciunt, Zuinglij Apologetica reſponſio ad Ioh. Eccij Epiſtolam: Ejuſdem reſponſio ad Eccij Epiſtolam & novem Pagorum Helvetiæ Conſilium Frouenfeldæ initum. Senatus Tigurini ad Iohannem Eccium Epiſtola, qua ſalvus conductus illi promittitur, adjuncto ſimul Huldrici Zuinglij ad communis Helvetiæ Legatos Epiſtolio. Ejuſdem ad XII. Helvetiorum pagos, omnéſque fœderis ejuſdem ſocios, de Badenſi diſputatione, menſe Majo inchoanda. Ejuſdem reſponſio prima, qua ſeptem Eccii Propoſitiones confutantur. Ejuſdem ad Eccii falſas & impias reſponſiones in Badenſi diſputatione proditas. Ejuſdem ad Iohannis Fabri non tranſmiſſam Epiſtolam reſponſio. Ejuſdem Epiſtola ſecunda, qua Fabri Antigrapho,

Digitized by Google

quo priorem Zuinglii ad XII. Helvetiorum pagos Epiſtolam inſectatus eſt, reſpondetur. Ejusdem reſponſio tertia, qua vaniſsimum Fabri libellum, quem Novitates dixit, confutat. Hanc incudem præ cæteris ab aliquo tempore tulerunt Ieſuitæ, qui quamlibet aucupati occaſionem vel publica, vel privata ſollicitârunt, commendârunt, & penè imperârunt colloquia, & Diſputationes. Tale fuit *Ratisbonenſe* 1601. de quo habentur, Relatio illius colloquij, Georgij Zeæmanni de colloquio Ratisbonenſi Theologica & Scholaſtica tractatio: Ejusdem Gretſerus triumphatus, colloquium de norma doctrinæ, & Controverſiarum religionis judice, authoritate Principum Palatini & Bavari Ratisbonæ habitum 1601. ex Protocollis utrinque ſubſignatis exhibitum. Epiſtola conſolatoria Pontificii cujusdam anonymi ſolantis amicum Auguſtanum, lugentem ſortem Ieſuitarum, ob rem Ratisbonæ infeliciter geſtam cum annotationibus Ægidij Hunnij. Hunnij & Heilbrunneri Anti-Tannerus, hoc eſt ſcriptum Apologeticum, contra mendacia Adami Tanneri, in quibus colloquium Ratisbonenſe in aliam quaſi ſpeciem per relationem compendiariam tranſmutare non erubuit. Huc faciunt Libavij Gretſerus triumphans, Rungij Diagraphe Colloquii Ratisbonenſis. Oratio Stevartii de Colloquio eodem. Apologeticus Tanneri contra errata Hunnii: Ejusdem Examen narrationis, quam Hiſtoricæ relationis nomine inſignitam, de Colloquio Ratisbonenſi edidit Hunnius. De *Francofurtenſi* Colloquio prodierunt Coſmæ Morelli Iocularis & commendicatæ reſponſionis Miniſtrorum Calvinianæ, ad relationem Colloquii Francofurtenſis refutatio. Anti-Morelles ſive reſponſio Miniſtrorum collocutorum ad relationem Colloquii Francofurtenſis, autumnalibus nundinis an. Chr. 1609. inter P. Coſmum Morelles, & Theologos noſtros inſtitutum. *Sulbacenſium* colloquiorum acta inter tres Ieſuitas Moguntinos, & D. Pareum, Theologum Heidelbergenſem, menſe Maj. 1608. habitorum prodierunt Francof. 1619. ſed & Becanus in opuſculis quædam refert. Idem ſcopus, ex parte Adverſariorum, fuit, colloquii VVormatienſis poſterioris, inter Pontificios, Caniſium præſertim, & Lutheranos habiti 1557. Colloquii Ieſuitæ, *Franciſci Veroni*, & Hadriani Hucheri Miniſtri de Sacramento Altaris ex ſolis Bibliis Genevenſibus: Colloquii inter Ieſuitam Kerbecium, & Reformatum, in itinere Spirenſi. Caſpari Vlenbergij Sacerdotis Colonienſis, & Iohannis Bodij Rodinbergenſis Miniſtri: Quatuor colloquiorum inter Thomam VVrigthum Anglum, & Thomam Roë Equitem auratum, ad aquas Spadanas habitorum: Colloquii inter Epiſcopum Ebroicenſem, & Dominum du Pleſsis 1600. 4. Maji coram Francorum Rege, aliisque Proceribus regni inſtituti: ejusdem extant Editiones, altera Philippi Mornæi, *Heidelbergenſis*. 1618. Altera Iacobi Couthoni, *Moguntina*, 1603. Qui Couthonus author etiam eſt refutationis narrationis falſæ, de colloquio inter Epiſcopum Ebroicenſem & Philippum Pleſsiaci Dominum, Belloqueenſi. Et habet quidem Gallia præ cæteris multa colloquia privata alia

de

Digitized by Google

de religione non contemnenda, cujusmodi ſunt Cameronis & Mareſchalli Timinii, *Marſeille ſans Miracles*, id eſt, vera relatio colloquii habiti inter Hugonem Rolin, Paſtorem Eccleſiæ Reformatæ, & Bizotum Ieſuitam de miraculis defuncti Epiſcopi Maſsilienſis, cum appendice. Miracula non eſſe notam Eccleſiæ. Relatio de colloquio inter D. Bedacier, Vicarium General. Epiſcopi Metenſis, & Davidem Ancillon, Miniſtrum.

Tertia claſsis enarrat colloquia & Diſputationes, componendis & conciliandis controverſiis Reformatorum & Pontificiorum deſtinata. Et tale quidem fuit Haganoenſe, ſive VVormatienſe, & Ratisbonenſe geminum 1541. & 1546. De *illo* habetur Luitholdi VVaremundi de diſsidio Religionis non compoſito. De *iſto*, Acta & ſcripta ad compoſitionem religionis per S. C. M. propoſita, Buceri. De *hoc*, ejuſdem authoris, collocutorum Auguſtanæ Confeſsionis reſponſa. Plurima de VVormatienſi & Ratisbonenſi colloquiis habeo Mſſ. quorum uſum commodius oſtendere cæpi in Hiſtoria Reformationis. Atque hac etiam tendere noſtra ætate videbatur colloquium *Thorunenſe charitativum*, de quo habentur nonnulla tum Exegetica, tum Hiſtorica, tum Elenctica, Calixti præſertim, & Conſtantini Proudeckii detectio falſitatum Hulſemanni in Editione compendii colloquii Thorunenſis commiſſarum.

Quarta claſsis exhibet colloquia ipſorum inter ſe Reformatorum religioſa, tum *Elenctica*, tum *Irenica*. Ex *illis* ſunt Maulbrunnenſe, inter Theologos Heidelbergenſes & VVittenbergicos de Cæna Domini & Majeſtate Chriſti, 1564. Prodiit Protocollum ſive Acta ex Protocollo per Heildelbergenſes, cum relatione VVittebergenſium, oppoſitaque Heidelbergenſium refutatione: Epitome item colloquii per VVirtenbergenſes. Colloquium *Montisbelgardenſe*, inter Theodorum Bezam, & Iacobum Andreæ habitum 1586. prodiit Tubingæ 1587. VVittenbergæ 1605 Contractum verò ibidem, 1588. Lubecæ 1608. Roſtochii 1614. Reſponſio item ad Acta illa Tubingæ edita, Theodori Bezæ. *Irenica* verò ſunt. 1. *Iſenacenſe* anno 1535. inter Theologos Saxonicos & Suevicos de conciliandis partibus Reformatorum inſtitutum. Prodierunt acta illa *Concordiæ*, ut vulgò vocatur, *VVittebergenſis* & ſeparatim & conjunctim. Summam nos dedimus in *Meletematis* noſtris *Irenicis*. Acta habemus tum *Bullingeri* operâ collecta, propriaque manu ſcripta, tum ex *Muſculi* autographo tranſſumta. 2. *Lipſiacum* 1631. Inter Saxonicos, Brandeburgicos, & Haſsiacos. Editum eſt colloquium. Criſis etiam in illud extat *Rod. Stuckij*. Variæ item de eodem Epiſtolæ, cenſuræ &c. ad manus nobis ſunt. 3. *Caſſellanum* nuper, inter Theologos Marpurgenſes & Rinthelenſes, quod itidem & excuſum & varia criſi examinatum eſt, tum à Lutheranis, tum à noſtris, celeberrimo præſertim *Hornbeckio*, cujus hoc anno vulgata eſt Diſſertatio de conſociatione Evangelica Reformatorum & Auguſtanæ Confeſsionis, ſive de colloquio Caſſellano habito. 5. Iulii 1661;

Illa tandem addi poſſet colloquiorum *claßis*, quæ ſub ſpecioſo indagandæ veritatis prætextu, periculoſiſsimas veritati inſidias ſtruunt. Aliquot certè obſervavimus colloquia prodromos fuiſſe conceptæ, & ad partum maturæ Apoſtaſiæ.

X. Diſputationes Academicæ, ſive Scholaſticæ.

X. Addimus, appendicis loco *Diſputationes* etiam *Scholaſticas*, quarum inſignem eſſe in re Theologica uſum, ſuprà monſtravimus. Et quanquam hæc copioſiſsima ſit materia, jam inde à multis ſeculis à Iudæis etiam & Muhammedanis, primis, quod alibi monuimus, Scholaſticis, occupata: Poſtea in Scholis Chriſtianorum per Doctores formatos, quos vocant, Sorbonicos præſertim, ad ſpeciem potiùs, quàm ædificationem exculta, rem tamen jam altiùs repetere inſtituti noſtri non erit. Abundè ſufficiet, ſi Diſputationum Theologicarum Claſſes tantùm oſtendero, & earum quidem, quas inde à ſeculo in Scholis & Academiis Reformatorum habitas, ipſe paulatim collegi. Sunt autem

1. Exegeticæ.

Diſputationum Theologicarum aliæ *Exegeticæ*, aliæ *Syſtematicæ*, aliæ *Symbolicæ*, aliæ *Topicæ*. *Exegeticæ* vel in integrorum ſcripturæ librorum analyſi verſantur, vel certorum tantùm tmematum & Thematum. *Prioris* generis ſunt Eglini in Geneſin, Polani in Epiſtol. ad Coloſſ. Paſor. in Nahumum. Poſterioris ſunt in Geneſeos c. 1. Hottingeri Hexaemeron. Ejuſdem *δοκιμασία* Abrahami: Ejuſdem Melchiſedecus. Heerbrandi Abrahamus c. 12. & Melchiſedeckus 15: Balthaſari Reithii diſputatio Eclogaria in Geneſin. Heideggerus in aliquot Geneſeos capita. In c. 49. v. 10. de ſceptro Iudæ ablato Voetius & Hundius F. In Leviticum Eclogaria Reithii. In Deuter. c. 6. v. 6. 7. 8 9. de Theologia Catechetica Hottingeri. In Iudices, de voto Iephthæ c. 11. Spanhemii F. De raptu Eliæ Frid. Miegii. De Kikajon Ionæ Upka. De LXX. Hebdomadibus Danielis Martini Helvetici. In Pſalmos. Grynæi, in locum juſtus ut palma virebit: *Pſalm.* Alting. de integritate vocis כארי Pſalm. 22. v. Paſor & Beumlerus in Pſalm. 19. Reithii Alphabethum Davidicum, Pſalm. 25. expreſſum. Paraphraſis Pſalm. 85. facta à Bernhardo Spanhackio cum voto ad Ducem Luneburgenſem, Chriſtianum. Friderici Spanhemii F. vindiciæ in Ieſ. c. 53. v. Nehem. 8. v. 9. de ſcripturæ ſectione &c. Hottingeri. In N. *Teſtamentum* occurrunt 1. in Matthæum, variæ quæſtiones Iohannis Crocii, Hiſtoria Magorum Ioh. Mylleri, Spanhemii F. Vindiciæ in c. 11. 21. Hottingeri *ἐκδίκησις* in c. 5. Analyſis verborum, Hoc eſt corpus meum, Hottingeri. Heideggeri in quoſdam Matthæi textus. Samuel. Dieſt. in c. 16. v. 28. In Lucam Crocii Iohannis, Exercitationes Academicæ: In Iohannis c. 1. v. 4. 5 D. VVettſteinii de doctorum virorum origine, dignitate, officiis atque præmiis, in idem cap. Ioh. Crocii. Iohannis VVirzii enucleatio c. 14 6. Ad Romanos, Eglini de magno illo inſitionis myſterio c. 6. 1. Beumleri Theorema, an Paulus c. 7. v. 7. ad finem loquatur de ſe, ut converſo. Iacobi Andreæ de dono Prophetiæ c. 12. Voetii de converſione Iudæorum, c. 11. v. 25. 26. 1. Cor. Ioh. VVirzii delineatio loci Paulini 1. Cor. 4 de munere Eccleſiaſtico, Gal. Periſmata doctrinalia deducta ex Alle-

gor

goria de duobus filiis Abrahami Gal.4. 1.Tim.Ioh.VVirzii de Eccleſia ad locum 1.Tim.3.15. Apocal. Ioh. Lampadii de duplici Iohannis Prophetia, Ioh. VVirzii Emblema Theologicum, ex Apocalypſi Iohannis propoſitum. Andreæ Lucæ Poloni computatio characteriſtici numeri famoſæ beſtiæ Apocalypticæ. Gisberti Voetii de millenario regno, c.20.v.5.6. *Syſtematicarum* diſputationum nomine vel integra intelliguntur Syſtemata θετικῶς ad diſputandum propoſita, vel theſes Syſtematum ideas exhibentia. Ex *priori* ordine ſunt theſes Theologicæ in Schola Genevenſi ab aliquot Sacrarum literarum ſtudioſis ſub Theod Beza, & Antonio Fayo propoſitæ & diſputatæ, in quibus Methodica Theologiæ Epitome continetur. Georgii Sohnii theſes de præcipuis locis Theologicis. Ejusdem Synopſis doctrinæ Philippi Melanchthonis. Ejusdem Methodica delineatio totius Theologiæ. Friderici Spanhemij diſputationum ſelectiorum Syntagma. Syntagma Theodori Zuingeri, Mareſij Syſtema, Synopſis purioris Theologiæ Leidenſium: Martinii univerſorum religionis Chriſtianæ capitum paraphraſis Aphoriſtica. Sciagraphia totius Theologiæ Grynæi. Iacobi Martinii partitiones Theologicæ 40. titulis, accurata Methodo incluſæ & VVittebergæ privatis exercitiis ad diſputandum propoſitæ. Ex *poſteriori* cenſentur Synopſeos purioris doctrinæ Theologorum Leidenſium compendium, tabulis exhibitum. Synopſis Theologiæ Methodicæ Bartholomæi Pitiſci: Antonii Perizonij diſputatio inauguralis univerſam Theologiam Chriſtianam complectens. Sunt & *miſcellanea* diſputationes Theologicæ, quarum aliæ univerſam etiam percurrunt Theologiam ordine, aliæ certa quædam examinant loca, libertate ſua fruentes. Ita extant Iacobi Grynæi ducentæ theſes ſive Synopſis Hiſtoriæ hominis, ſeu de prima hominis origine, ejusque corruptione, & reconciliatione cum Deo; Gisberti Voetii ſelectæ diſputationes; Gerardi Iohannis Voſſii theſes Theologicæ & Hiſtoricæ de variis Chriſtianæ doctrinæ capitibus, quas olim diſputandas propoſuit in Academia Leidenſi: Iacobi Arminij diſputationes 24 Hottingeri Miſcellanea, Analecta, Primitiæ Heidelbergenſes, Faſciculus & Enneas diſputationum Heidelbergenſium. Sed & *ſingula* diſputationes varia ſæpe continent themata Theologica, ut ſunt novem illuſtres Quæſtiones Piſcatoris, ejusdem diſputatio theſes aliquot controverſas continens. Hermanni Ravenſpergeri ſubtilitates, Iacobi Lorhardi theſes miſcellaneæ, Matthiæ Paſoris quæſtionum de nomine Ieſu & Ieſuitarum, de translatione Pſalm.118. Ludovici Fabricii diſput. inauguralis de variis fidei capitibus. Sebaſtiani Curtii quæſtiones Theologicæ miſcellaneæ, Matthiæ Hoë quæſtionum Theologicarum Decades duæ. *Symbolicæ* diſputationes inſtitutæ ſunt in Catechiſmum, ejusque primarias partes, cujusmodi occurrunt, VVaſeri de doctrina Catechetica; Hottingeri de inſtitutione Catechetica. Seobald. Fabricij diſſert. de Catecheſi Palatina, & ejusdem exegetico docendi modo; Antonij Perizonij diſp. de Catecheſeos Palatinæ partitione. Gisberti Voetij de Symbolo

[margin: 2. Syſtematicæ. — Miſcellaneæ. — 3. Symbolicæ.]

bolo Apoſtolico. Lucæ Gernleri de Confeſsionibus fidei in genere; In ſpecie de Confeſsione Helvetica. Summula verbi Dei., quæ in capitibus Catecheticis continetur Matth. Martinii: Ejusdem Sylloge quæſtionum Theologicarum ad eandem. Ejusdem fidei ſumma, hoc eſt, Symbolum Apoſtolicum 30 diſputationibus erotematicè enarratum. Sibrandi Lubberti diſputatio Catechetica.

4. Topicæ. A. Generales Didaſcalicæ. Ejusdem Catechetica de Lege. Eglinus de Symbolo Apoſtolico. *Topicæ* diſputationes vel *Didaſcalicæ* 1. de *religione* agunt in genere; cujusmodi eſt Grynæi differentia inter conſolationem Chriſtianam & Ethnicam; de doctrinæ Chriſtianæ certitudine, de Hiſtoria fidei Chriſtianæ; Sohnij, de vera & falſa religione. Ravenſpergeri de religione vera & Orthodoxa in genere; Martinij de religione Chriſtiana, de eadem diſſertatio Kiſſelbachii. Edonis Hilderici propoſitiones de veritate & certitudine doctrinæ Chriſtianæ. Voetii de præjudiciis veræ religionis; Heideggeri de vera & falſa religione. Diſputationis Theologicæ

Elenctica. de cenſura veræ & falſæ religionis ἀνακεφαλαίωσις. Vel 2. *Elenctica* contra A. *Socinianos*, Voetii Antidota generalia, pro Chriſtianiſmo adverſus Socinianos; Ejusdem quæſtiones illuſtriores contra Socinianos. Frid. Spanhemii Collegium Anti Socinianum. Hackſpanius de accommodatione Scripturæ; Hottingeri Parellela Socino-Muhammedica. B. *Arminianos*, Frid. Spanhemij de controverſia quinquarticulari. C. *Anabaptiſtas*, Spanhemij P. Henrici Ernij quæſtionum πεντὰς. Abdiæ VVidmarij controverſiæ inter Reformatos & Anabaptiſtas agitari ſolitæ. VVedelij Collegium Anti-Anabaptiſticum. D. *Pontificios* in genere, Voetij de Theologia Scholaſtica, Heerbrandi de nova religione diſputatio contra præcipuos errores Papiſtarum: Hottingeri de neceſsitate, & cauſis Reformationis; origine errorum Pontificiorum. In ſpecie a. contra *Ieſuitas*; Voetii novus ſcepticiſmus Lojoliticus, circa principia fidei Chriſtianæ. b. *Fratres VVallenburgicos*, Gerhardi Titij animadverſiones Theologicæ in 1. & 2. motiva Petri & Adriani de VVallenburg nomine Erneſti Landgravij Haſsiæ edita. c. *Valerianum Magnum Capucinum*. Samuelis Mareſij examen novæ Methodi à Valeriano Magno Capucino nuper procuſæ, partes 5. d. *Gaultherium*, Iohannis Crocii diſputationes contra Gaultherium de Libertinorum hæreſi. e. *Bellarminum*. Ludovici Crocii diſputationes contra Bellarminum. f. *VVagnereckium*. Tobiæ VVagneri ſeptena ſpecimina Stellionatuum Ieſuiticorum, adverſus Henricum VVagnereckium. g. *Iobdocum Keddum*. Rodolphi Stuckii reſponſiones Orthodoxæ ad XII. Ieſuitæ poſtulata. h. *Gothardum*, Solodurenſem Sacrificulum. Rodolphi Stuckii contra ejus Dialogiſmum. i. Ejusdem contra Parochum Badenſem de Miſſa. k. *Leonem Allatium*. Hottingeri Leo Allatius nimiæ temeritatis convictus. l. *Cauſa Ianſenitica* Samuelis Mareſii defenſio Catechiſmi gratiæ: Ioh: Gratiani Presbyteri querela & appellatio ad futurum Concilium nomine Auguſtini, inſtituta circa Bullam Alexandri VII. E. *Libertinos, Atheos*. Crocius contra Libertinos aliquot dedit diſputationes, Voetius de atheiſmo

quatuor.

Digitized by Google

quatuor. F. *Gnoſticos.* Mareſius de Gnoſticis. G. *Iudæos.* Ezardi diſputatio inauguralis contra Iudæos & Photinianos. Petri Nigri tractatus ad extirpandam Iudæorum perfidiam. Voetii diſputationes duæ de Iudaiſmo. H. *Muhammedanos.* Diſputationes Mauri de Pleud Iſlamiſmo, ſive Muhammediſmo. Voetius de Muhammediſmo. Adde Zechendorfii Suratas cum verſione & commentariis. Ejuſdem fabulas Muhammedicas, ſive nugas Alkorani, ex Mſc. verſas. I. *Gentiles.* Voetii de Gentilibus & Gentium vocatione diſputationes tres.

B. Species. De 1. Theologia.

Vel in *ſpecie* habentur diſputationes de ſingulis religionis Chriſtianæ capitibus, I. *de Theologia & locis fundamentalibus*, De natura Theologiæ Matthiæ Martinii, de Theologia Caſparus Huldricus Serveſtanus; Voetius Theologia Scholaſtica; de Theologia Naturali Petrus Titus, Matthias Martinius, Matthias Hoe. Apologia Barbarorum, præſertim Braſilienſium contra calumniam atheiſmi, Ludovici Fabricii. De univerſæ Theologiæ Praxi Antonius Perizonius. De fundamentalibus fidei articulis Voetius, Spanhemius P. Prolegomena Theologica, Hottingerus. De principiis religionis Chriſtianæ, eorumque prærogativis Spanhemius, Lud. Fabricius, Hottingerus: De uſu rationis in Theologia Goclenius, V. Vaſerus, Ioh: Caſparus: De Harmonia veritatis Theologicæ & Philoſophicæ Goclenius. II. *ſcriptura, Conciliis, Patribus, Synodis.* Et A. de ſcriptura tum *didactica*, tum *elenctica*, tum *mixta* plurimæ extant theſes, quarum aliæ agunt de verbo Dei in genere, ut ſunt Diſputationum duo libri Georgii Sohnii, Centuriæ theſium quatuor explicantes univerſam, quæ nobis cum Pontificiis intercedit de ſcripto verbo Dei controverſiam, Gregorii Schonfeldii, Caſpari Huldrici diſputatio contra Biblio maſtigas. Ravenſpergeri ſolida Bibliorum ſumma: Ejuſdem cenſura de ſubtilitatibus Theologicis, Coppenii poſitiones de verbo Dei; Gomari de ſcriptura; Aurea totius S. Sc. catena; Ernii de principio cognoſcendi, hoc eſt, ſcriptura, Iac. Andreæ de ſpiritu & litera. *Elenctice in genere* extant Buxtorfii quæſtiones de ſcriptura controverſæ: In *ſpecie* I. contra *pontificios*, Ioh. Iacobi Koleri theſes de ſcripturæ lectione & Interpretatione, contra traditiones & Concilia. Raphaelis Eglini antitheſis Concilio Tridentino oppoſita de Principiis fidei & ſcriptura. Hottingeri de origine errorum Pontificiorum circa ſcripturam. Martini Hundii diſputationes de defectibus, quos novi Methodiſtæ in Papatu Reformatorum conſequentiis ex S. Sc. deductis impingunt. 2. *Anabaptiſtas.* Spanhemii Patris. Henrici Ernii Tetras Problematica de ſcriptorum V. T. dignitate adverſus Anabaptiſtas. *Didacticarum* de ſcriptura diſputationum Academicarum ſylva ſe offert denſiſsima quarum ſecundum cauſarum genera &c. faſciculum ſubjiciemus. In genere de *cauſis* Scripturæ Ludovici Crocii: De *efficiente principali*, Franciſcus Iunius. De *inſtrumentalibus*: Caſpari V. Vaſeri de ſcriptura & ſcriptoribus V. & N. T. Friderici Spanhemii Fil. de authore Epiſtolæ ad Hebræos. Ioh. Mylleri de ſcriptoribus

2. Scriptura, Conciliis.

S. Sc.

S.Sc. & primario ejus authore in ſpecie. Ejusdem de ſcriptis Matthæi. De *materia.* De libris verè Canonicis utriusque Teſtamenti Heerbrandi: Ejusdem de traditionibus; Iacobi Grynæi de Epiſtola Dei ad humanum genus, ſive de ſcripturis Canonicis. Ejusdem, de Sancto & æterno Ieſu Chriſti Teſtamento, alia ejusdem diſput. de ſcripturis Canonicis. Spanhemii F. de uſu ſcriptorum Veteris Teſtamenti in Eccleſia Chriſtiana: Franciſci Iunii de definitione & materia S.Sc. De ſomniis viſionibus, oraculis, urim & Thummim Grynæi, Hoe. Lud. Crocii de authentica editione. Ioh: Iacobi VVolfii de Editionis Veteris Teſtamenti Hebraicæ *αὐθεντίᾳ.* Ejusdem de integritate Novi Teſtamenti. Erici Oſtermanni poſitiones Philologicæ Græcæ N.T. textum concernentes. Voetii de Prophetiis, ubi & index materiarum, & Catalogus aliquot Prophetarum & Prophetiarum: Ejusdem de chariſmatibus & probationibus ſpirituum. De *forma* in genere Franciſcus. Iunius Ioh: VVirzius de genuino ſcripturæ ſenſu: Polanus de Interpretatione ſcripturæ. Ludovicus Crocius de Interprete ſcripturæ. De ſubſidiis explicandæ ſcripturæ Hottingeri, Ejusdem de ſubſidiis analyſeos ſacræ: Ejusdem de uſu ſcriptorum Hebraicorum in N. T. De Prophetarum & Apoſtolorum ſuaviſsima panarmonia, deque Eccleſiarum Reformatarum cum eis conſenſu: Grynæi de Harmonia verbi Dei, & Catholicæ fidei. Huc pertinent diſputationes de variis translationibus. Caſpari VVaſeri *de verſione* Bibliorum in Linguas vernaculas. Hottingeri Methurgeman, *ſive de* Translationibus Bibliorum in Lingues omnium Gentium, *Orientalium maximè*, vernaculas: Ejusdem de officio boni Interpretis. Ejusdem de verſione LXX. virali. Ejusdem de Heptaplis Pariſienſibus, De Interpretatione vulgata Eglini & Heerbrandi. De *fine* ſcripturæ Franciſcus Iunius. De *effectis.* Beumlerus de S Sc. Natura, proprietatibus, effectis. Buxtorfius de ſcripturæ efficacia. De *ſubjecto*, lectione etiam laicis conceſſa. Iacobi Koleri de ſcripturæ lectione & Interpretatione. Hottingeri de ſcripturæ lectione publica & privata, ex Nehem: 8. De *adjunctis in genere*, Beumlerus de Sc. claritate, & perfectione, ejusdem de authoritate, perſpicuitate, perfectione. In ſpecie 1. de *canonica authoritate, & judicio controverſiarum.* Franciſci Iunii de authoritate S. Sc. Hunnii de ſcriptura Canonica. Ejusdem de ſc. authoritate & perfectione adverſus traditiones humanas. Mareſius de Canone ſcripturarum, VValæi de S. Sc. neceſſitate & authoritate. Voetii quousque ſe extendat authoritas ſcripturæ. Henrici Ernii de omnium Controverſiarum judice, Georgii Crocii de judicio diſcretivo in Controverſiis religionis. Altingi de judice Controverſiarum. De *perfectione.* Lud. Crocii de perfectione & ſufficientia ſcripturæ. De *perſpicuitate.* VValæi de perſpicuitate & Interpretatione omnium controverſiarum religionis. Lud. Crocii de claritate & obſcuritate ſcripturæ. Voetii de inſolubilibus ſcripturæ. Chriſtophori Luthardi de perſpicuitate ſcripturæ. Spanhemii de perſpicuitate & Translatione ſcripturæ. De *apocryphis*, & ſuppoſititiis libris.

Hottin-

Digitized by Google

Hottingeri de Prophetia Enochi & Pſeudepigraphis V.T.B. De *Patribus*: Voetij duæ diſputationes de Patribus, ſeu antiquæ Eccleſiæ Doctoribus. Hottingeri Iſagoge ad lectionem Patrum. Ejuſdem de uſu & abuſu Patrum, Elenchus item ſcriptorum ſuppoſititiorum. C. De *colloquijs*, *Synodis*. Diſſertatio de colloquiis & convitiis, quiſnam eorum in Eccleſia uſus, & qualia ab Orthodoxis rejiciantur. Syllabus aliquot colloquiorum & Synodorum..

III. De DEO, & 1. *de notitia ejus*: Paſoris de cognitione Dei: Goclenii, an ex lumine Naturæ Dei poſsit cognoſci unitas, bonitas &c. Hoë de notitia Dei: Beumleri de Deo Creatore & Conſervatore. Lucij de Deo & Attributis Dei, quatenus lumine Naturali cognoſci poſsint. Beckii de patefactione Dei naturali. 2. *De* DEO *& Eſſentia ejus*, in genere. Matthias Martinius, Georgius Paſor, Grynæus, Tilemannus, Heſshuſius, Beza, Ravenſpergerus, Piſcator, Henricus à Dieſt, Eſſenaius. Voetius de unica & ſimplicisſima DEI Eſſentia: De viſione DEI per Eſſentiam, Eſſenius: De Eſſentia & Attributis DEI Reinhartus. Ioh. Turnovius de DEO, Eſſentia uno, Perſonis trino. 3. *De nominibus Dei.* Buxtorfius: Altingus de nominibus יהוה & אלהים. Hottingerus de nominibus DEI ἐγγεάφοις, καὶ ἀγεάφοις Orientalium. 4. *De Attributis* DEI, *tum in genere*, Bezæ: de ſcientia, voluntate, omnipotentia, omni ſcientia Bezæ & Genevenſium. Voetij de conditionata in Deo ſcientia: Ejuſdem de jure & juſtitia DEI: Ejuſdem de potentia DEI. 5. *De Trinitate Perſonarum* Gomari, VVinckelmanni, Snepſii, Lentuli, Vrbani Pierii, Ernii, L'Empereur, Curtii, Leuſden. De perſona *Patris* & Filii VValæi, Genevenſium. De *ſpiritu ſancto*. Genevenſium, Polani, Beckii, Sam. Rhorii. 6. *De cultu* DEI, Grynæi, de invocatione Mediatoris: Gariſolii, Breitingeri de cultu DEI, VVirzii de invocatione religioſa. Et oppoſito imaginum & Idolorum cultu, Snepſii, VVaſeri Tetras problematum, Polani Iconolatria Pontificia, Cameronis, Arminii de Idololatria: Hagiolatria Heerbrandi, Antonidis. 3. De Deo.

IV. *De decretis* DEI, *Prædeſtinatione, Electione & Reprobatione.* Paſoris, Martinii, Hovæi, Eglini, Vrſini, Lampadii, Zuingeri, Martini Hundii, Petri Tomanni, Henrici Zelleri, Sutorii, de Prædeſtinatione; Ex Lutheranis Iacobi Andreæ, Hunnii, VVæberi Paulus Anti-Calvinianus. De Libro vitæ Grynæi: de Objecto Prædeſtinationis Gomari, Mareſii, Luthardi. De ejus executione Martinii. De voluntate Dei antecedente & conſequente Heidani. 4. De Decretis.

V. De *creatione*, a. *in genere*, Eglini, Alſtedii, Combachii, Tronchini, Voetii, Curtii, Heidani: creatione Mundi Pincieri, Iohannis Zuingeri. b. *In ſpecie*, *de Angelis* vel *conjunctim*, Genevenſium, Koleri Iacobi, Paſoris, Goclenii VVirzii Ἀγγελογραφία; VValæi de bonis & malis Angelis: vel diviſim 1. *Bonis.* Voetii de Hierarchia cæleſti, & Angelis tutelaribus. 2. *Malis.* De ignitis Satanæ telis commone factio Theologica Iacobi Grynæi, De Diabolica hominum 5. De creatione.

obſeſsione Ernii. Voetii de Natura & operatione Dæmonum. Ejuſdem de ſpectris & energumenis. Cottoni quæſtiones. c. De *Homine* conſiderato tum *individualiter*; Mareſii de Præ-Adamitis. Heideggeri de Adamo, Eva, Kaino, Abele; tum *ſpecificè*, Ravenſpergeri de ſtatu hominis in hac vita: De imagine Dei Polani, Mareſii, Fabricii, Claubergii, Iacobi Andreæ. De primo hominis ſtatu ante lapſum, Polani, Altingii, Spanhemii. d. *Cæteris Creaturis*, ſenſus expertibus, Matth. Martinii Paradiſo, Hottingeri.

VI. De *Providentia* ordinaria 1. in *genere*, Creaturarum & rerum omnium, Genevenſ. Breitingeri, Antonidis, Piſcatoris, Buxtorfii, Blanci, Spanhemii. 2. In *ſpecie*, de termino vitæ, Ægidii Hunnii: Grynæi, an expaveſcentes mortem è Chriſti Ieſu Schola ablegandi ſint. 3. De *extraordinaria, per miracula*. De miraculis Polani, Heerbrandi. Voetii de ſignis Naturæ, oſtentis, & prodigiis: De panico terrore: Signis temporum, & præſagiis mortis: de fide miraculorum.

VII. De *peccato*, ejúsque pœna, & 1. *in genere*, de peccato, Sohnii, Bezæ, Polani, Paſoris. 2. In ſpecie a. *de peccato primo*. Iacobi Huldrici de lapſu hominis & peccato. Mareſii diſquiſitio de lapſu primorum parentum, Beumleri de cognitione hominis lapſi. b. *Reatu primi peccati*; Petri Tomanni c. *Peccato originali*; Goclenii, Snepfii, Eglini, Piſcatoris, Breitingeri, Stuckii Rodolphi, Voetii de propagatione peccati originalis, Huldrici Trogi, tum contra *Flaccianos*, tum Pontificios. Stephani Blanci, de animæ humanæ origine, & modo propagandi peccatum originale. d *Actuali*; VValæi. e. In Spiritum Sanctum, Beumleri. f. De *authore peccati*. Voetii Methodus reſpondendi exceptis & calumniis de Deo authore peccati. VVagneri refutatio Chamieri de authore peccati, g. De *peccatis renatorum*: Beumleri, an Paulus Rom. 7. de ſe ut converſo loquatur: Eglini de peccato inhabitante, poſt fidem. h. De *peccati uſibus per accidens*, Voetii. i. De *pœna peccati*. De afflictione, ſeu pœna peccati. Paſoris: Spanhemii, de induratione cordis.

VIII. De *Libero arbitrio*, de quo diſputationes ſunt tum *Reformatorum* Bezæ Sohnii, Zuingeri, Buxtorfii, Voetii, Tomanni, Mori: tum *Lutheranorum*, Iacobi Andreæ, Snepfii, Pappi, Titii.

IX. De Lege a. *in genere*, Piſcatoris, Andreæ: Reuteri de Lege divina & operibus: Sohnii, an homo in hac vita Legem perfectè poſſit implere: Subtilitates Ravenſpergeri: Matth. Martinii de Lege in genere, & de morali in ſpecie: Buxtorfii de promiſsione & comminatione Legi morali annexis. Hornbeckii de promiſsis. In *ſpecie*, vel in Decalogum, vel partes ejus: Eglini de Decalogo quæſtiones & reſponſiones, Stuckii Prædicamenta Moſis, Buxtorfii, in quinque priora Decalogi præcepta. Nuper enim Celeberrimus amicus noſter, præcepti quinti benedictionem adeò larga Dei manu fuit conſecutus, ut filium audire potuerit, ſub paterno præſidio, de eodem præcepto diſputantem, raróque adeò

exemplo

Digitized by Google

exemplo, nepotem jam Buxtorfianum, avitorum veſtigiorum æmulum, publicè ſe commendantem: Mareſii in Leges Hebræorum, VVirzii de juramento. Hottingeri de Sabbatho Iudaico, Chriſtiano, Mariano, Muhammedico, & Gentili: Ejusdem εἰδωλολατρεία Gentilis: Ejusdem notæ in Leges Iudæorum 613. de jure Gentium. Goclenii, an Leges Moſaicæ forenſes neceſſariò in Chriſtianis Politiis obſervandæ.

X. De *Fœdere Dei cum homine*, in ſpecie de *Evangelio*, & quæ ad illud pertinent, cujusmodi ſunt, 1. de *ſignis fœderis* Martinii, Paſoris, Valentini Friderici. 2. *Lege & Evangelio* conjunctim Snepfij. 3. De *diſcrimine & officio Legis & Evangelij*, VVinckelmanni. 4. *Fœdere Dei cum homine*, Coccei, Gernleri. 5. De *Evangelio*, Raverſpergeri πεντὰς ſubtilitatum, Luthardi, diſputationes duæ: Grynæi de fine Hiſtoriæ Evangelicæ. 6. De *conſilijs Evangelicis*, Heideggeri. 7. De *gratia univerſali*, Mareſii ἐπίκρισις de gratia univerſali, &c. De qua tamen S. *ſequenti*.

XI. De *Chriſto*, ejus *naturis*, *perſona*, & *officio*. Et hîc certatim ſe offerunt exercitia diſputatoria 1. *De Ieſu Chriſto in genere*. Paſor. de Chriſto Θεανθρώπῳ; Grynæi, Chriſtus eſt omnia in omnibus, ejusdem de uno Deo & Mediatore Ieſu Chriſto: Sulceri de Meſsia, contra Judæos, Voetii an & qualem fidem habuerit Chriſtus, & quomodo Sacramentis ſit uſus. Arminii de Ieſu Chriſto contra Ebionitas, Genevenſium de Redemtore Chriſto, de Meſsia contra Judæos: Cenſura aliquot errorum Schvvenckfeldii de perſona Chriſti, Toſſani: Polani de Ieſu Chriſto: Ejusdem de ſalutari I. Ch. cognitione, Grynæi de uno Deo & Mediatore, Abdiæ VVidmarii contra errores Remonſtrantium, de Perſona & officio Chriſti. 2. *De duabus naturis, miſsione Filij in carnem*. Eglini de incarnatione Filii Dei, Piſcator. de incarnatione. D. Pauli de genealogia Chriſti: Eglini de genealogia Chriſti per Solomonis lineam evidenter oſtenſa. Grynæi de forma Dei & ſervi, ejusdem de æterna Filii Deitate, ejusdem de incarnatione Filii Dei: Kirchneri de æterna divinitate Filii Dei. Polanus, Altingus, Delonus: de unione Perſonali: Beckius de Perſona Chriſti: Zuingerus de miſsione Filii Dei: Cappellus de incarnatione Ieſu Chriſti, & unionis Hypoſtaticæ effectis: Accedant Voetii notæ ad Gomari diſputationem, de Chriſto αὐτοθέῳ: Ejusdem de tempore Nativitatis Chriſti: Ejusdem de Perſona Chriſti Mediatoris diſputationes: Balthaſ. Cellarii de unione Perſonali duarum Naturarum: Goclenii de veritate Corporis Chriſti, Lampadii de Perſona Chriſti. 3. De *effectis unionis Hypoſtaticæ*, & A. de *communicatione Idiomatum* tam in *genere*, Piſcator, Henricus à Dieſt &c. *Ex Lutheranis* Iac. Andreæ capita diſputationis ordinariæ de Majeſtate hominis Chriſti, Ioach. Martini de communicatione Idiomatum: Grafrii diſputatio, aſſerens, proprietatum rectiſsimam communicationem, Epiſtola Selnecceri ad Theologos VVittebergenſes: quàm in *ſpecie*, Beumleri diſputa-

diſputationem de phraſibus, quibus S.Sc. de Ieſu Chriſto loquens utitur, Toſſani de vivifica carne Chriſti: Zanchii de iis, quæ de Chriſto prædicantur, Sohnii de phraſibus, quibus S.Sc. utitur: Urſini defenſio argumentorum contra ubiquitatem, Lorbardi λύσις duorum Sophiſmatum de omni præſentia, Methodus controverſiæ ubiquitariæ Parei: Stuckii διδασκαλία de Phraſibus ad unionem pertinentibus, Perizonii diſſertatio ubiquitatem evertens. B. De Adoratiotione, Voetii, an Chriſtus, qua Mediator ſit adorandus. 4. De *duplici chriſti ſtatu*, & quæ ad examen ejus ſpectant. Sohnii de ſtatu Exinanitionis & exaltationis, VValæi de ſtatu Chriſti exaltationis, de deſcenſu Chriſti ad inferos Zanchii, Voetii, Matth. Martinii, Ludovici Crocii, Piſcatoris, Zuingeri, Altingi Apophthegmata Chriſti in trucon morientis, Voetii de agraia & deſertione Chriſti, de Sudore Chriſti ſanguineo, de perfoſſo latere. De *officio chriſti*, Beumleri de munere Prophetico. Ioh. VVirzii demonſtratio, Ieſum Chriſtum unicum N.T. eſſe Pontificem. 6. De *merito chriſti*, Voetii, & Lud. Crocii. 7. Ejus *amplitudine*, Grynæi de morte Chriſti, pro quibus ſit mortuus, Daniel. Toſſani, an Chriſtus pro omnibus ſit mortuus, Sam. à Dieſt. de univerſalitate mortis Chriſti.

12. De Eccleſia.

XII. De *Eccleſia* 1. in *genere* Piſcator, Sohnius, Eglinus, Palor, VValæus, Buxtorfius, Martinius, Gryneus de Eccleſia ejusque authoritate. Ejusdem διδασκαλία de Eccleſia Catholica, quæ eſt Sanctorum communio: Eglinus, an *Eccleſia* poſsit errare, Beumlerus de Eccleſia Catholica: Idem, num *Eccleſia complectens* & profitens, puram, Propheticam, & Apoſtolicam doctrinam, continuata à temporibus Apoſtolorum ſit vera Eccleſia: Iacob. Huldrici vindicatio doctrinæ de Eccleſia Chriſti Catholica: Ernij de unitate Eccleſiæ utriusque Teſtamenti: Ejusdem, an Eccleſia Dei militans improborum admixtione carere poſsit: Grynæi Syllogiſmus de Eccleſiæ ſenio confectæ conſolatione. 2. in *ſpecie*, a. de *Notis Eccleſiæ*, Polani, Altingi, Toſſani: Zuingeri de notis vivorum Eccleſ. Chriſti membrorũ, Curtii de externis notis Eccleſiæ, Hottingeri. Heerbrandi de ordinaria loci ſucceſsione: Ejusdem de diſcenſionibus in Eccleſia, de Eccleſiæ primordiis & Notis, Eglini περὶ τῆς καθολικῆς. 6. *De capite Eccleſiæ, unione, unione membrorum cum capite & inter ſe; communione Sanctorum:* Ioh. VVirzij B. Petrus, & de communione, Piſcatoris, Scheckij, Polani, Hovæi, Perizonii, &c. c. De *Miniſterio* & vocatione Eccleſiaſtica. Snepfii, de Miniſterio verbi, de ordine Sacerdotali Heerbrandi, Ernii de vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ Reformatæ, Iacob. Huldrici de Miniſterio Eccleſiaſtico: VVollebii de adminiſtratione regni Chriſti in N. T. Spanhemii de impoſitione manuum, Hottingeri de neceſsitate Miniſterii Eccleſiaſtici. d. De *regimine* Eccleſiaſtico, uſu clavium, diſciplina Eccleſiaſtica, Polani, VValæi, Martinii, Heerbrandi. e. De exemtione, Epiſcopali jure &c. Grynæi de Epiſcopo Chriſtiano, ejusque virtutibus, Titii ſubjectio Eccleſiaſtica, Buxtorfii de exemtione Mareſij de clericorum,

Digitized by Google

rum juriſdictione temporali: Ejuſdem de Epiſcopatu & juriſdictione ejus. Hornbeckii de Epiſcopatu. f. De *Synodis*. Beumleri de Synodis ſeu conciliis. g. *De Eccleſiarum origine & plantationibus*, Voetii, &c. h. *De* ὑπάρξει *Eccleſiæ ante Zuinglium, &c.* Heerbrandi de perpetuo Eccleſiæ viſibilis cætu, ejusdem, ubi vera Dei Dei Eccleſia ſub regno Pontificio fuerit, VVaſeri Aſſertio, Deum omnibus ſeculis excitâſſe homines pios, qui veritati Evangelij coram Mundo fidem teſtimonium perhibuerint, comprobata illuſtri VValdenſium exemplo, Voetij de viveritatis in ipſo Papatu erumpentis. i. *De Reformatione Eccleſiæ*: De cauſis deſerendi Papatus, Vorſtij, Hottingeri de cauſis Reformationis. K. *De diſſenſionibus, Schiſmate, Apoſtaſia*, Heerbrandi de diſſenſionibus in Eccleſia, ejusdem de Apoſtatis & Apoſtaſia, ejusdem de fructibus, ex quibus Pſeudo-Prophetæ cognoſcendi, Heideggeri de Schiſmate. l. De ſtatu *Eccleſiarum Particularium*. 1. *Orientalium*, vel *omnium*, ut Topographia Eccleſiæ Orientalis, Hottingeri: vel *certarum*, ut Græcæ, ejusdem Leo Allatius nimiæ temeritatis convictus, ſive de perpetuo Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis diſſenſu. Eo ipſo die, quo hæc ſcripſeram, occaſione Francofurtenſium Nundinarum allatus mihi eſt Leo Allatius de octava Synodo Photiana, cui annexa Iohannis Henrici Hottingeri Diſputationis Apologeticæ, de Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis, tum in dogmate, quam ritibus diſſenſu, refutatio. Caput potiſsimùm 13. mihi deſtinavit & 14. de Eccleſijs Eois cæteris. Illud de ſuo; hoc ex Epiſtola Abrahami Ecchellenſi: Romæ Typis S. Cong. propag. fidei 1662. Non Leo ſum, nedum Hercules: Et tamen cur vel utrumque multum metuam? Leo, ſi verba ſpectes, more ſuo, rugit, an furit, dicterijsque ſobriam diſputandi rationem ita opprimit, ut ὐδεὶς, ὐδενὸς, ὐδέν. Si rem ipſam, eadem ſemper oberrat chorda. Objicit, hinc inde, Græcos λατινίζοντας; ſed non mihi. Hac enim de quorundam conteſſeratione nunquam dubitavi. Quid ſi verò mihi? Objicio alios, Eccleſiæ Græcæ jura conſtanter & maſculè defendentes. Habeat ſibi Leo ſuam farraginem Papiſſantem, nobis γνησίων ἑλλήνων oppoſitæ phalanges nunquam deerunt. *Sed nugatoria ſunt*, inquit Præfat. in Synod. VII. Photian. *quæ ex aliorum teſtimonijs deducunt. Ridiculè enim concluditur, hic vel ille dicit Græcos agere, vel dicere: Ergo Græci, vel Græca agit Eccleſia, & dicit*. Bellulus homo, & redivivus Pythagoras. Et Græci, & Latini, Theologi primarij, Papæ & Papatûs candidati, conſtanter aſſerunt, Eccleſiam Græcam Schiſmaticam eſſe, Eccleſiam (repeto, de Eccleſia eos loqui, non abjecta hominum turba) Græcam, hæreticam eſſe: Græca Eccleſia eodem habet loco Latinam. Aut verum *illi* (de *his* enim ne loquor quidem) dicunt, aut falſum. Si *illud*, importunus calumniator eſt Leo: ſi *hoc*, reos agat, coram judice competente, contradicentes, & toti, per Decretum ſolenne, palàm faciat orbi, communi

Digitized by Google

hactenus Eccleſiæ Romanæ errore creditum & receptum eſſe, *Eccleſiam Græcam eſſe Schiſmaticam.* Non igitur noſtra jam dum res agitur: Cum fidei priùs, ſive Latinæ, ſive Græcæ Socijs tranſigat, eorum authoritatem oppreſſam probet, antequam nobis, eorundem, etſi adverſariorum (nam neque illud Iuriſconſultorum Græcorum axioma, αἱ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραι εἰσιν, *adverſariorum teſtimonia fide digniora ſunt*, diſplicet) vitulâ arantibus, dicam impingat. Si *enim ineptum* Leo exiſtimat; quamvis turpis ab eo committatur Elenchus partium; *qui argumentaretur, Zuinglius dicit, Calvinus ſcripſit, Lutherus docuit, Hottingerus inſanit, alius quipiam ineptit; Ergo Eccleſia Occidentalis dicit &c.* ineptiſsimus, proculdubio, ille erit, qui, ex eo, quòd ſolus & unus ille negat diſſenſum Eccleſiæ Græcæ & Latinæ, perpetuo ſuo obtruſo conſenſu, concludit: Ergo idem totam Eccleſiam ſentire vel Græcam, vel Latinam. Verùm, non eſt Apologiæ juſtæ hic locus. Ægrè fert Leo noſter, ipſe χείρας; ἀμαθείας non dicam, neque tamen ἀμαλθείας audeo, matura meæ reſponſa: Nonum illa premi à me vult in annum. *Quæ vis* (ſic ſatis pro authoritate quæris, pag. 287. l. c.) *aut neceſſitas, aut amentia, quæ feſtinatio, quæ immaturitas tanta compulit te, ut mora remota inconſideratiſſimè reſponſionem ad objecta Allatij præcipitares? Na tu inconſultè procedere viſus es, & fama tuæ parum conſuluiſſe. Poteras in aliud tempus rem differendo, dexterius uti fortuna tua, & per decennium, &, ſi in animo erat, etiam longiori, cogitationes percoquendo ſolidius aliquid commiñiſcis, tum demum* Allatio &c. Quaſi vel tantæ molis eſſet abſurdam, totòque orbe infamem de perpetuo conſenſu hypotheſin deſtruere! Vel ignorem, quòd ad hoc certamen alios ocyſsimè provocet ib. p. 272. Verùm, ut dixi, Apologiæ adornandæ occaſio jam nulla invitat: alia proinde, ubi conſultum exiſtimaverimus, nobis erit quærenda. Neque enim operæ pretium ſemper eſt, reſpondendo vincere. Nullum hactenus obſervavi, novo hoc Leonis conatu in eam pertractum ſententiam, qui neget Græciam à Roma diſſentire. Et certè, quemadmodum, ſingulari Dei providentia contingere animadverti, ut cauſæ bonæ ipſi ſæpe adverſarij infirmis ſuis, frivolis & impertinentibus exceptionibus plus afferant roboris, quàm eruditæ veritatis Patronorum retorſiones (nempe, oppoſita juxtà ſe poſita, magis eluceſcunt) ita judicent, quibus vel libet, vel licet, an Leo conſenſum ſuum, contra diſſenſum noſtrum, iterato hoc ariete rectè defenderit? Ego nec fidem ubique, in Elencho neceſſariam, nec ſucceſſum deprehendo. Saltuatim agit, &, pro libidine, id tantùm, quod placet, vellicat: cætera relinquit intacta. Dicteria non

cure.

curo. Sit ille Leo, ſim ego mus (ſed qui jam picem guſtavit) *agreſtis, ex Helvetiorum gurguſtijs progrediens*: Sim ego *nulla numero*, ſit ille, cum alijs, numerus, fruges conſumere natus: Sit ille, aquila, ſim ego muſca &c. Quid me ergò tanto conatu inſequitur? Haud obſcurè prodit, aliud ferventem bilem dictare, aliud animum retinere. Et quandoquidem Leo à non nemine accepit, *in alijs quidpiam Hottingerum nôſſe, vel intelligere. & quod ipſe non nôſſet, ab alijs traditum gratias agendo excipere, exceptum palàm defendere, nec alia atque alia comminiſcendo inſulsè pervertere*; pag 286. ut ingenuitatis (eruditionis enim famam libenter alijs conceſſerim; quamvis, ſi hoc ageretur, non exiguo fortè numero, ſe offerrent in Italia, Gallia, Anglia, Belgio, Germania, Suecia, Dania, Polonia, qui de ſtudio meo & προθυμίᾳ literas juvandi honorificentiùs loquuntur, quàm vel meritus ſim, vel expectare unquam fuerim auſus) nomen tuear, non pigebit me fateri; nec Leonis nomen adeò eſſe obſcurum, nec literariam ejus ſupellectilem ita certam, ut vel obvia ubique & trita ſectetur, vel indignus ſit, quo cum literaria ſuſcipiantur certamina. Illud impensè optârim, ut & modeſtiùs ageret, & cauſæ adeò invidioſæ, ubique exploſæ, & quâ mancipium ſe alienæ libidinis prodit, patrocinium deſereret. Hoc inſuper addo, grato me agnoſcere animo, quòd, pag. 292. adeò luculenter & prolixè operam ſuam offert, in eximendis, ſcrupulis, ex Codicum varietate ortis: *Age Hottingere, ſi quid eſt, quod tibi dubitationem moveat, vel ſuſpectam fidem diverberet, quare vel præteritum aliquod verbum, vel ambiguè poſitum, vel ſententiam mutatam ſuſpicaris, ſignato locum auctoris, conceptis à te (NB) verbis jusjurandum do, & ſincera fide polliceor, me ex autographo, etiamſi Vaticanum eſt, verba & ſententiam, ut in illo concepta, integra & incorupta daturum, ut in illa inquirere poſſis.* Digna hæc tua eſt humanitas, cujus, data occaſione, meminerim: dignior, cui pro virili, quod confidenter de me polliceberis, mutuis officijs reſpondeam: digniſsima Leone futura, ſi, quod rogamus, eòusque Vaticani Bibliothecarij diligentiam ſit probaturus, ut non ea tantùm, quæ ἰδίᾳ ἀπόθετοι δηλαδὴ, ſed & reliqua, quæ ad Hiſtoriam pertinent Eccleſiaſticam, ἀπροσωπολήπτως communicet. *Abrahamus Ecchellenſis* vadimonium ſuum deſeruit. Provocavit Vir doctus, D. *Vejelius*, Ulmenſis, ad Præfat. meam in Lexic. Harmonico, & Topographiam Eccleſiæ Orientalis *illam* vel ſubdolè, vel malitioſè præterit: in *hac* temerè præſupponit, eorum, quæ de conſenſu vel diſſenſu Eccleſiarum Orientalium & Occidentalium diximus, fidem vel probationem nobis deeſſe: Non ferebant tum iniqua chartæ diſputatoriæ ſpatia prolixam

digreſsio-

digreſsionem, aut teſtimoniorum, authoritatúmve pleniorem enarrationem, dabimus tamen, bono cum Deo, operam, ut ſuo tempore videat non de אלקצבר אלכאלי *Cacabo Ecchellenſi*, i. e. veri *vacuo* nos locutos. Abſit jactantia dicto, quod invitis nobis Maronitæ ſceptica alluſio extorquet. Adeò hoſpites non ſumus in Oriente, ut neſciamus, ſuos quoque illi eſſe nævos, ſuas maculas, ſuas ſuperſtitiones & impietates, purioris tamen ibidem antiquitatis & ſimplicitatis emicare ſæpe ſtricturas; & obſervavimus aliquoties, & ſuo loco pleniùs demonſtrabimus. Hac vice alia nos occupat tela, ad quam pertexendam properamus. II. De *Occidentalibus* Eccleſijs, & quidem *Romana* agunt in *genere*, diſputationes Voetij, Notitia Critica Papatus: Ejusdem de fide Papiſtarum ſalutari an damnabili: Summa abominationis doctrinæ Pontificiæ, ex indice Biblico VVilhel. Harlemij, & oppoſita ei axiomata doctrinæ Chriſtianæ: Grynæi de veſtutate (ex Gentiliſmo nempe deducta) doctrinæ Pontificiæ: Arminius deſcendit: Heerbrandi de authoritate Eccleſiæ Romanæ, VVirzij, an ex Oratione Dominica probari poſsit, hodiernam religionem Pontificiam eſſe veram: Ejusdem de ementito in omnibus fidei dogmatibus Romanæ Eccleſiæ Doctorum conſenſu. Gomari de Petri Apoſtoli, & Papæ Romani repugnantia, VVolfgangi Mejeri, de vulneribus Eccleſiæ non curatis: Beckii de Idololatria Romana, Eglini Dialexis, utrum ea, quæ nunc eſt Eccleſia Romana, ſit Chriſti Eccleſia: Stuckij Rodol. an cætus hodiernus, ſub Pontifice Romano, mereatur *Eccleſiæ nomen*: Voetij inventarium Eccleſiæ Romanæ: *In ſpecie*, a. de *Antichriſto*, Georgij Sohnij, quæ ab Academia Heidelbergenſi magno fuit loco habita, Altingi Henrici, Eglini, Spanhemij P. b. *ſucceßione papæ*. De Translatione Papatus à Petro ad Papam Voetij: Ejusdem Methodus elidendi præſumtam ſucceſsionem: Fides Catholica, ex ſucceſsione Pontificum probata. c. De *poteſtate pontificis*. Heerbrandi de primatu Pontificis: Henr. Heideggeri demonſtratio τοῦ ἀλόγου Vicariæ infallibilitatis Romani Pontificis, Ioh. Henrici Hildebrandi arenoſa petra, ſive de Poteſtate Pontificis Romani in temporalibus: Voetij inventarium de temporali poteſtate Papæ: Ejusdem, an ſedes Romana compatibilis cum Politiis Reformatis: Ejusdem de donatione Conſtantini. d. *De variis erroribus papatus*. Cenſura Grynæi de prima errorum Antichriſtianorum origine, Heerbrandi de erroribus Pontificiorum, quos habent de Eccleſia. e. *De perſecutionibus ſuperiorum ſeculorum* VVaſerus, de fuga in perſecutione, Turretinus.

13. De Feſtis. XIII. De variis *Eccleſiæ appendicibus, ritibus, ceremoniis, Feſtis*. Rod. Stuckii de feſtis Chriſtianorum.

14. De Scholis. XIV. De *reditibus Eccleſiaſticis*, *Scholis*, &c. Voetij de ædificatoribus Templorum, erectoribus Collegiorum, & Fundatoribus redituum. Inſeri hoc loco poſſent variæ *pro gradu Theologico* diſputationes, cujusmodi ſunt ad manum Carolſtadii, Iacobi Franciſci Danatiſcani, Ottonis Gualtperii, Haſsi, & ætatis noſtræ plerorumque.

XV. De

Digitized by Google

XV. De *ſacramentis* in genere; in *ſpecie* de *Baptiſmo*, Cæna, Domini, & Sacramentis ſpurijs. Et de *illis* 1. quidem occurrunt, Grynæus de numero Sacramentorum: Idem, de Sacramentorum nucleo. Idem de myſticis factis, quorum S. ſc. meminit: Ejusdem Ternarij gemelli i. e. Theſes de numero Sacramentorum N. T. Rectè ne cenſuerit Auguſtinus, Patrum & noſtra Sacramenta diverſa quidem fuiſſe, rem autem eandem; nec ne: Piſcator de Eſſentia Sacramentorum: Polanus de Sacramentis Eccleſiæ. Tommanus de N. T. Sacramentis: Ex *Lutheranis* VVigandi de Sacramento in genere; Lucæ Backmeiſteri de Sacramentis. De 2. *Baptiſmo* in genere Piſcatoris, Martinij, Toſſani, Buxtorfii, VValæi: Alſtedii, an exorciſmus in Eccleſijs Chriſtianorum ſit ferendus; Gutberlethi, an Baptiſmus rectè dicatur ſignum abſolutionis peccatorum: Gomari de repugnantia Baptiſmi S. Sc. & Romanæ, Stuckii, Tommani, Turretini, Hottingeri: *De Baptiſmo infantum*: Ernij de ſpirituali infantum conditione: Tomanni Orthodoxus conſenſus de Baptiſmate parvulorum: Stuckij de Pædobaptiſmo: Ejuſdem, an infantes, ſine Baptiſmo decedentes, ſint damnandi. Lutheranorum. Lirundini de Baptiſmo in nomine B. Mariæ Virginis adminiſtrando, ex Pontificiorum ſententia: Sebaſtiani Schmid de Baptiſmo ſuper mortuis. De 3. *Cæna Domini, Reformatorum*; Toſſani Cænæ Dominicæ & Apoſtolicæ deſcriptio; ex 1. Cor. 11. docta & ſolida Grynæi, de pane vitæ, Ejusdem themata controverſa de Cœna Domini, ejusdem, quæſtiones Euchariſticæ: Ejusdem de Euchariſtia doctrina: Ejusdem ratio totius controverſiæ. Martinij meditatio de Cœna Domini: Piſcatoris de Cœna: Gomari de Cœnæ Dominicæ & Miſſæ repugnantia: Zuingeri de reali præſentia corporis Chriſti. Goclenij diſputatio de ſumma controverſiæ, & colloquii inter Lutherum & Zuinglium: Ejusdem de particula Hoc, in negotio Cœnæ Dominicæ: Ejuſdem, an fractio panis ſit adiaphora, & an ſit repræſentativa paſsionis Chriſti in cruce. Ejusdem de pane & vino contra Monotheletas. Ejus explicatio vocabulorum & phraſium controverſarum in S. Cœna: De varijs Cœnæ Dominicæ definitionibus à Lutheranis & noſtris frequentari ſolitis. Eglini aſſertio veritatis Euchariſticæ, Iacobi Huldrici Elenchus errorum, quibus Orthodoxia impetitur. Voeſtij de Cœna Domini, & in ſpecie de vera, falsâque præſentia, & communione corporis & ſanguinis Chriſti: fuſa eſt & operoſa. Polani de Cœna Domini. Rodolph. Stuckii de Sacra Domini Cœna: Ejusdem Theoremata Theologica, de S. D. C. Ejusdem de Præſentia & communione corporis Chriſti, Luthardi de S. D. C. Hottingeri de cauſis Cœnæ: Ejusdem analyſis: Hoc eſt corpus meum, Gerhardi Mejeri vera mens de manducatione & Bibitione corporis & ſanguinis Domini in Sacra Cœna, Gutberlethi, an memoria tantùm ſit abſentium, an etiam corpus Chriſti ore percipi poſsit. Ribitti, an Iudas proditor Cœnæ Dominicæ inter fuerit: Lampadii de Cœna Domini.

Lutheranorum: Diſputatio de C. D. aſſerens, τὸ ῥητὸν eſſe retinendum, Danielis Hofmanni cauſæ, cur in Cœnæ Dominicæ verbis τὸ ῥητὸν ſit retinendum, VVigandi, Timothei Kircheri propoſitiones de S. D. C. Heidelbergæ editæ. Mentzeri de Cœna Domini. 4 *De Miſſa Pontificia & Tranſſubſtantiatione.* Inſignis antilogia veterum ac recentiorum Pontificiorum de C. D. Eglini; Heerbrandi duæ diſputationes de Miſſa Pontificia: Delineatio errorum Miſſæ Pontificiæ, typo exhibita: Grynæi de Miſſa Pontificia, eam non eſſe Cænam Domini, Beumleri deſtructio Miſſæ: & ἐπίδειξις, quâ, Miſſatici Sacrificii vanitas arguitur, Timpleri theſes, quibus præcipui errores Tranſſubſtantiationis refutantur, Zuinglij de Miſſa Pontificia, Stuckii Heptas de Miſſa. 5. *De ſpurijs Sacramentis*, Hulſemanni de 5. Sacramentis adventitijs. Piſcatoris de N. T. Sacramentis, nominatim, Confirmationem inter ea non referendam, Heerbrandi de conjugio XVI. De *donatione reſipiſcentiæ ac fidei per vocationem*: Et 1. de *fide juſtificante*, diſputârunt Polanus, Piſcator, Beza ad Albertum: Sturmius de cauſis efficientibus, Voetius de praxi fidei: Tomannus de fide juſtificante. De 2. *pœnitentia*, *reſipiſcentia*: Eglini, Polani, Piſcatoris, VValæi Altingi, Luthardi, Stuckii, Voetii tres de regeneratione, Schnepfii &c. XVII. De *juſtificatione* in *genere*, Piſcatoris, ubi duæ, quarum altera de utraque Chriſti obedientia, Toſſani, Grynæi aliquot, quarum una, de juſtif. per ſolam fidem; Bezæ, Flori, Eglini, Lubberti, Beumleri, Amblingi, Buxtorfii, VVetſtenii, Tomanni, Coccei, Hovæi, Groſsi, Legeri, Polani de juſtitia operum, Ernii veſtis nuptialis; Heerbrandi: In ſpecie, tum VVinckelmanni, contra Anabaptiſtas, tum Cæſarij, eandem nobis diſputationem cum Pontificijs, quæ olim Paulo cum Iudæis: Hottingeri de juſtificatione & Scriptura, Baſileæ pro gradu ventilata 1655. de *Indulgentijs* Heerbrandi, Voetii. XVIII. De *ſanctificatione, bonis operibus in genere*, in ſpecie *jejunio, votis*. De *ſanctificatione* Grynæus: Sanctificatione juſtificatorum Pareus. De *bonis operibus* Polanus, Triglandus, VVigandus, VVirzius, Beckius. De *ſatisfactione* Snepſius. De *precibus & jejunio*, Eglinus: De *ſimplicitate & hypocriſi* Voetius: De precibus Paſor & Martinius: De *jejunio* Sohnius, Stuckius, Gerlachius: De *votis* Schnepſius, Rhodingus. XIX. De *libertate chriſtiana*, VVollebius, & Iohannes Schonavverus. XX. De *perſeverantia ſanctorum* Beumlerus, Antonides, Piſcator, Ernius, Beckius, Buxtorfius &c. XXI. De *extremis*, & 1. quidem de *ſtatu animarum* poſt *hanc vitam*, Polyandri, Voetii, VVirtzii de Purgatorio: Ravenſpergeri de ſtatu hominis poſt hanc vitam, Martinii de fine Mundi, & ſtatu poſt eum, Tilii de ſtatu animarum ſeparatarum, Altingus de animabus fidelium, à corporibus ſeparatis. 2. De *reſurrectione*, Grynæi, Stuckij, VVolphij Iacobi, Hottingeri. 3. De *fine Mundi*, Martinii, Mareſii, Ernii de ſignis prognoſticis novorum temporum, Heideggeri. 4. De *ultimo judicio*, Zuingeri. 5. De *ἀθανασία*,

Digitized by Google

νασίας, ſeu fortunata juſtorum morte, Grynæi. 6. De *vita æterna*, Grynæi, duæ Voetii de beatitudinis ſubjecto, VValæi de vita, ac morte æterna, & conſummatione ſeculi.

Hactenus quidem de variis diſputationibus in Scholis Reformatorum publicè pleriſque ventilatis, & à viris magnis, (paucis exceptis) non defenſis modò, ſed & compoſitis: de quibus illud obiter repetimus, Omnino Viros fuiſſe, & eſſe etiamnum per Europam eruditiſsimos, qui, quamdiu ſuperſtites fuerunt, vix alio libentius, quàm hoc inclareſcere voluerunt ſcribendi genere. Superiori pariter & hoc noſtro in hac palæſtra ſeculo excelluerunt, *Heidelbergæ* Boquinus, Vrſinus, Olevianus, Sohnius, Toſſanus, Paræus, Calaminus, Coppenius, cui Diſputatoris eximii laudem ne nunc quidem memor denegat poſteritas; Altingus, & qui nunc ibi vivunt Viri Celeberrimi, amici conjunctiſsimi D. Spanhemius F. & D. Fabricius. *Baſileæ* Grynæus, cujus tempore hæc potiſsimùm ſtudia in patria noſtra erant exculta, Polanus, Zuingerus, Beckius, & quæ jam docet florentiſsima Theologicæ Facultatis triga, &c. *Leidæ* tum Arminius, cum noſter adhuc eſſet, cum Sociis, Gomaro & Trelcatio, quorum ſyntegma extat diſputationum, tum Quadriga Profeſſorum, quæ purioris Theologiæ Synopſin nobis dedit Polyander, Thyſius, VValæus, Rivetus. *Franequeræ* Sibrandus Lubbertus, & poſt eum vel acutiſsimi vel ſolidiſſimi diſputatores Makovius, Ameſius, Cloppenburgius; *Groningæ* Ravenſpergerum habuit, Gomarum, Altingum, & jam τὸν πάνυ Mareſium. Vltrajectum, nuper & jam πολυμαθέστατον Voetium, Hornbeckium celeberrimum, Eſſenium, Nethenum. *Marpurgum* Gocleniom, Eglinum, Crocium, Curtium. *Herbornæ* Piſcatorem, tot magnorum virorum præceptorem, Guthberlethum, Alſtedium, *Geneva*, Bezam, Fayum: Inde Turretinos, Spanhemium, Tronchinum, Legerum, Meſtrezatium. *Daventria* Vedelium, Dieſtinm. *Servеſta* VVendelinum, Beckmannum. *Brema* Martinium, Crocium; Mejerum: *Steinfurtum* Vorſtium: *Sedanum* Molinæum, Tilenum, dum noſter adhuc eſſet. In reliqua Gallia *Montalbanum* Gariſſolium, Delonum, Carolum: *Dia* Schatpium, Blancum &c. *Tigurum*, exeunte demum ſuperiori ſeculo, Rectore *Hoſpiniano* noſtro, ad hæc exercitia publica certis de cauſis acceſsit, quæ tamen tantò diligentius poſtea excoluit, quantò lubentius ea admiſit. Et ut paulò poſt ſemeſtres, ſive Synodales erant decretæ, quæ etiamnum in uſu ſunt, Diſputationes, ita publicæ Scholaſticæ, in majus progeſſuum Theologicorum ſubſidium, non ita pridem introductæ, ſunt menſtruæ. Vnde tot eximia ſpecimina Beumleri, Eglini, VVaſeri, Ernii, Huldrici, Stuckii, Tomanni, VVirzii, &c. quæ collecta Syntagma nobis Theologicum darent abſolutiſsimum. Sed & in *Lutheranis* Academiis hæc à longo tempore invaluerunt exercitia, præſertim ſub Heerbrando *Tubingæ*, Sneptio, VVinckelmanno, ſuperiori ſeculo. Præſenti verò Helmſtadii, ſuperſtite Calixto, VVittebergæ, Ienæ, Argentorati &c. Quin & Scho-

 las

les *Pontificios* ſuas inſtituiſſe velitationes Academicas , diſputationibus publicis deſtinatas varia probant documenta a. *Italorum*, Albanii, Matthæi Aquivivii, Bellarmini, Boeveſiii. Ricco boni, Thomaſii. b. *Germanorum*, Iacobi Gretſeri, Tanneri. c. *Belgarum* , Leſſi , &c. d. *Scotorum* Gordoni Huntlæi. e. *Gallorum*, Franc. Cumeli , Philippi Moncæi &c. quorum de variis thematibus vel integri tomi extant, vel breviora Examina, Scholaſtica Methodo propoſita.

XVI. Quamvis verò ſupra commemoratorum Theologorum Reformatorum ſinguli ad exornandam ſpartam ſuam ſufficienter acceſſerint inſtructi , aliquid tamen ſemper eminuit , in quo alius alii palmam ita reliquit , ut eandem in cæteris abſque contradictione reportârit. Promtitudinem multi oſtendebant, qui ſoliditatem aliis dubiam facere non poterant. Alii in Muſeis, alii in Cathedra , alii utrobique triumphabant. Alios Methodi commendabat perſpicuitas , *Urſinum* præſertim , *Piſcatorem*, & diſcipulos eorum. Alii Practici ferè ad pietatem & praxin Eccleſiaſticam pleraque ſua exercitia referebant , ut *Grynæus*, *Toſſanus*, *Altingus*: cæteri magis *theoretici*, vel authoritativè & Hiſtoricè agebant , ut *Gomarus* , vel ratiocinativè, ut *Maccovius*, vel utroque modo , ut *Voetius*, *Hornbeckius* &c. Alii doctam, & noſtro ſeculo dignam omnigenæ eruditionis χρῆσιν adhibebant, ut Rivetus, *Camero*, *Spanhemius*, *Mareſius*. *Alij*, & thematum varietate, & tractationis ubertate , famam diſputationibus ſuis acquiſiverunt magnam , *Voetius*, *Hornbeckius*, &c. Quæ inter Theologos *Leidenſes*, hac in parte ; obſervata fuerit antehac χαρισμάτων διαίρεσις, ex authore vitæ *Walæi*, colligi poteſt. *Alij Linguarum*, ut Gomarus : alii *Hiſtoriarum* & *Philologiæ*, ut Thyſius, & Cloppenburgius ; alii *Philoſophiæ* majorem attulerunt apparatum, ut Maccovius, Ameſius. Alii ſermonis elegantiam , acumini addiderunt, ut Tilenus ; alii Scholaſticam loquendi rationem ut Camero , Ameſius, &c. ſectari maluerunt.

XVII. Ex Adverſariorum denique diſtinctorum victoriis diſtinctis plerique nomen conſecuti ſunt. *Pontificios* (præter Molinæum, Rivetum, & Mareſium, aliosque qui, in hac triumphant Monomachia , Theologos Gallos) feliciſsimè adorſus eſt Vorſtius, dum in noſtris adhuc ſubſtitit caſtris ; Styli elegantia ſuperior Tilenus, argumentandi δεινότητι non minor Pareus. *Socini* deliria & impietates, Maccovius ; Hornbeckius, Eſſenius: *Novatorum* præſtigias Gomarus, Spanhemius, Walæus ; *Anabaptiſtarum* nugas & ſophiſmata Spanhemius. Vedelius Cloppenburgius. Omnibus pariter , adverſariis bellum , data occaſione, indixit Altingus, Voetius, &c. Hiſtoricis & Philologicis ab aliquo tempore multum detulerunt Helvetii, Ultrajectini, & Doctores quidam Lutherani. Si *nationum* diſcrimen addere placeat, *Pontificias* controverſias ab Anglis potiſsimùm tractari reperiemus, & Gallis : Ex parte etiam Germanis & Helvetiis: *Socinianas* à Polonis & Belgis ; *Lutheranas* à Germanis ; *Anabaptiſticas* à Belgis & Helvetiis,

Arminianas, *Vorſtianas* &c. proprias ferè Belgis eſſe & Anglis obſervamus.

Hæc de diſputationibus tam *Syſtematicis*, quàm *Topicis*: Et *illis* quidam addi adhuc poſſent diſputationes 24. Arminii, Horneii, Helmſtadienſis Theologi, Ravenſpergeri εἰκὰς Quæſtion. Controverſ. inter Pontific. & Reformatos: Ejusdem gemma Theologica. Vedelii Collegium Hungaricum: Ejusdem quæſtiones de Deo & creatione, Iohannis Giſenii Gieſſenſis Theologi 110. contra Pontific. Defenſivum Chriſtophori Scheurbi &c. quo aliquot Lutheri, Carolſtadii defenduntur diſputationes, &c. Polani duæ Partes Theſium, Bellarmino oppoſitarum R. L. G. Compendium Theologicum diſputationibus abſolutum & Monſpelij 1602. editum.

CAPUT. II.

De

Theologia *Syſtematica*, tam in genere *Chriſtianorum*; *quàm in ſpecie Reformatorum*; Didactica, Elenctica, Problematica, Hiſtorica, Caſuiſtica, Aſcetica, Eccleſiaſtica.

1. Theologiæ *Syſtematicæ* origo ab Apoſtolis accerſenda. 2. Culta inde, à Patribus. 3. A Scholaſticis variè corrupta. 4. Reſtituta à Reformatoribus, & Theologis Reformatis. 4. Fuit autem Syſtematica ab his tractata a. *Mixtim* b. *Didacticè*. c. *Elencticè*. d. *Problematicè*. e. *Scholaſticè*. f. *Hiſtoricè*. g. *Caſuiſticè*. h. *Aſceticè*. i. *Eccleſiaſticè*. 5. Brevis & modeſta ἐπίκρισις.

I. Theologiæ *Syſtematicæ* originem ab Apoſtolis eſſe arceſſendá, & omnium Gentium uſu receptam, in Prolegomenis Theologicis *Gymnaſij* noſtri, nuper docuimus. Sive enim integras expendamus tum reliquorum Apoſtolorum, tum comprimis *Pauli*, Epiſtolas, ſive enarrationem certorum religionis capitum, dubitare non poſſumus, Compendia Catechetica, Hypotypoſes, adeóque Syſtematicam Methodum, ne infantiæ quidem Chriſtianæ Eccleſiæ fuiſſe ignotam: Mutuatam quippe & tranſſumtam ex Synogoga judaica, quæ

Digitized by Google

quæ & Legis, & Præceptorum ejus habebat ſummas, compendia, explicationes, de quibus & nos breviter, in jure Hebræorum, antehac edito.

II. Quæ Apoſtolorum proximè exceperunt tempora, *Practica* magis erant, quàm *Theoretica*, in abſtergendis potiùs calumnijs, quàm tradendis Syſtematibus occupata. Eorum tamen loco eſſe poterant *Apologiæ*, *Diſputationes* contra Iudæos, Gentes, Hæreticos, Schiſmaticos. Alexandrinæ hîc Scholæ primas deferunt à *Marco* plantatæ, ex qua prodierunt Stromaten libri *Clementis Alexandrini*, *Origenis* περὶ ἀρχῶν. Ætatis tamen prærogativam habet *Hermes*, qui *Paſtoris* titulo complexus erat doctrinam religionis Chriſtianæ; ut libellus ille Iſagogen contineret ad religionem Chriſtianam, ut ex *Irenæo* patet. Qui hodie ejus nomine circumfertur, νοθείας jure poſtulatur. Celebris etiam olim erat *Dionyſij* Corinthii Catecheſis: Expoſitio Symboli *Cypriano* tribuitur, ſed *Rufino* reſtituta: *Lactantij* inſtitutiones Chriſtianæ; in quibus tamen ſcriptis, & materiæ ὁμογένειαν, & formæ, ſive Methodi, ἀκρίβειαν meritò alicubi eruditi deſiderant. Sequenti ætate, cùm per Conſtantinum Magnum honoratus in orbe eſſet Chriſtianiſmus, his etiam ſtudiis multum acceſsit, in *Græcia* per Athanaſium, Gregorios, Nyſſenum & Nazianzenum Theologos Φεραπίμμς; in *Latio* verò, per Auguſtinum. Aureum ejus eſt *Enchiridion* ad Laurentium; *Tractatus*, de vera religione, de *dogmatibus Eccleſiaſticis*, quæ maximæ ſemper fuerunt authoritatis in Eccleſia. Epitomator ejus *Proſper*, ex libris illius illuſtriores ſententias de præcipuis Theologiæ capitibus comportavit.

III. Poſtea verò, ubi Antichriſtianiſmus tam in Oriente, quàm Occidente caput extulit, Syſtematica quidem Theologia vires acquiſivit; ſed multum à ſuperiori puritate mutata. In *Græcia* Iohannes Damaſcenus, reliquorum *Syrorum* exemplo (quibus, ut in Hiſt. noſtra Orientali monuimus, *Loquentium* ſive *Scholaſticorum* primorum axioma & Arabes tribuunt & Iudæi) quatuor libris de *Orthodoxia* ſcriptis, univerſam Theologiam, qualis tum obtinuit, complexus eſt, majori quidem capitibus nonnullis de Deo, Trinitate Perſonarum, Chriſti Perſona & Naturis alibi illata luce, ſed non ſine rei Theologicæ graviſsimo damno. Articulis momentiſsimis de Libero Arbitrio, fide, juſtificatione &c. multa ſpinoſa & intricata immiſcuit; peculiares Doctorum illius ætatis opiniones pro fidei articulis obtruſit, in Scripturæ locis citandis rarior eſt: Phraſeologia denique utitur inſolita, & tam à Scriptura, quàm recepta Eccleſiæ conſuetudine, aliena. Hanc tamen docendi Methodum plerique deinceps Græci fuerunt ſecuti. In Latio Syſtematicæ Theologiæ initium fecit *Petrus Lombardus*, Pariſinus Epiſcopus, vulgò *Sententiarum Magiſter*. Qui itidem quatuor ſententiarum libris Theologiam Chriſtianam comprehendit. De hoc authore, ejus ſcriptis, diſcipulis, æmulis, Theologia Scholaſtica, ætatibus, gradibus, differentia alibi à nobis abunde actum eſt, in *Hiſtoria* nempe *Eccleſiaſtica*, *Hodegetico*,

Digitized by Google

ro, Diſſert. *de neceßitate Reformationis* & *Centur. Quæſt. Theolog.* De Scholaſticis ipſis hoc loco breviter agendum, quorum, ipſorum Papiſtarum, Bellarmini præſertim, judicio, nomina celeberrima ſunt, Petrus Lombardus, Guilelmus Antiſiodorenſis, Guilelmus Pariſienſis, Alexander Halenſis, Vincentius Bellouacenſis, Albertus Magnus, Thomas de Aquino, Bonaventura Cardinalis, Petrus de Tarantaſia, ſive Innocent. V. Vdalricus de Argentina, Rupertus à Ruſſia, Ægidius Romanus, Richardus de Media Villa, Henricus de Gandavo, Iohannes Pariſienſis, Iohannes Duns Scotus, Auguſtinus de Ancona, Petrus Aureolus, Antonius Andreæ, Durandus de S. Portiano, Hervæus Natalis, Brito: Franciſcus Mayronis, Guilelmus Ockam, Monaldus Dalmata, Nicolaus Liranus, Pelagius Alvarus, Petrus Paludanus, Guido Carmelita, Adamus Goddamus, Iohannes de Bacone, Robertus Olkot, Gregorius Ariminenſis, Thomas Argentinenſis, Richardus Armachanus, Nicolaus de Gorram, Alphonſus Vargas, Henricus de Haſſia, Iohannes Capreolus, Petrus Alliacenſis, Cardinalis: Iohannes Gerſon, Thomas Valdenſis, Auguſtinus de Roma, Iohannes de Capiſtrano, Iohannes Baſſolius, Iohannes de Turrecremata, Card. Nicolaus de Cuſa Cardinal. Dionyſius Carthuſianus, Gabriel Biel, Marſilius ab Ingen, Iohannes Picus Mirandulanus, Thomas Cajetanus, Cardinal. Iacobus Almainus, Iohannes Major, Franciſcus Ferrarienſis, Sylveſter Prieras, Hadrianus Papa, Franciſcus Lychetus, Conradus Koellim, Franciſcus Victoria, Dominicus Sotus. Antè diu, quàm reformatum eſſet, plerique vixerunt, pauci Reformationem attigerunt, pauciſsimi poſt eam, obſoletam Scholaſticorum viam, quam *Melchior Canus* in Loc. Comm. ipſe tamen minimè Scholaſticus, prolixè defendit, calcârunt: Ingenue enim Schola Pontificia fuit faſſa, per Theologos Reformatos ſibi quoque veternum excuſſum, & aliter prima Theologica tractare ſe didiciſſe. Aperta ſunt Ieſuitæ *Becani* verba. *Multi Catholici per Lutheranos & Calviniſtas de ſomno excitati ſunt. & fidem ac religionem Chriſtianam doctiſsimis libris & Commentarijs illuſtrârunt. Et ſanè, ſi hac noſtra tempora conferuntur cum ſuperioribus proximis ætatibus, quibus vel nulli, vel pauci Hæretici Eccleſiam turbârunt, facile conſtabit, tantum lucis ac ſplendoris ad Catholica Eccleſia doctrinam acceßiſſe; quantum ſi Hæretici nulli eſſent, acceßiſſet nunquàm.* Præfat. Opuſc. T. III. Sed, ut ut dicendi genus in Scholis Theologorum Pontificiorum paulò jam ſit caſtigatius, vel argumentandi ratio in multis expeditior, manere tamen in ijs, qui Syſtemata ſcripſerunt, etiam poſt Reformationem, eruditatem Scholaſticam, tamen terminis, quàm thematibus, recentiorum ſcripta disertè probant. *Peſantius* legatur, *Hackerus*, ipſe quin imò *Becanus* &c. Caſtanæus præſertim in ſuis diſtinctionibus,

nibus ſæpe abſurdis, aliàs ſui deſtructivis, modò ita obſcuris, ut non diſtinguant, ſed confundant. Quid interea per Reformationem, à noſtris præſtitum ſit, quàm feliciter hæc ſemel ſuſcepta in Scholis & Academiis noſtris Methodus ſucceſſerit; quid per Reformatores in tractatione potiſsimùm Syſtematum fuerit emendatum, quibus Theologia Syſtematica Reformata gradibus abſolvatur, an jure Theologiam Scholaſticam pomœrijs ſuis noſtri proſcripſerint, an Studioſi Theologiæ à lectione Scholaſticorum planè debeant abſtinere; hæc omnia, & ſi quæ alia ijs ſunt affinia, ante hac Heidelbergæ à nobis ſunt examinata & breviter excuſſa in *centurijs Quæſt. Theologic.* à pag. 22. &c. ut hoc loco de iisdem agere minimè videatur conſultum.

IV. Ad apparatum ergo *ſyſtematicum* ipſum, ex objectorum varietate diſtinctum, accedimus; fundamentumque ejus in Syſtematica Reformatorum, univerſali Didactica, Elenctica, Problematica, Scholaſtica, Hiſtorica, Caſuiſtica, Aſcetica, Eccleſiaſtica, oſtendimus.

A. In *Didacticis*, ſtrictè ſic dictis, præcedunt I. *Iſagogica*, quæ vel agunt de *officio* Theologi, vel *Theologiæ rectè formandæ ſtudio*. *Prioris* generis ſunt variæ Orationes, inaugurales præſertim, aut promotoriales. VValæi Oratio de ſtudii Theologici recta inſtitutione, Spanhemiorum Patris & Filii, illius de officio Theologi, hujus de Doctore Theologo: Hottingeri Vrim & Tummim, de Theologo Theoretico & Practico: *Poſterioris* verò, Melanchthonis exhortatio ad Paulinæ doctrinæ ſtudium, ejuſdem adhortatio ad Doctrinæ Chriſtianæ ſtudium, Petri Martyris Oratio de ſtudio Theologico, ad Senatum Argentinenſem; Ejuſdem altera ad populum Tigurinum, cùm Pellicano ſuccederet. Methodus S. Scripturæ in publicis tum prælectionibus, tum concionibus utiliter tractandæ, Lamberti Danæi. De rectè formando Theologiæ ſtudio lib. 4. Andreæ Hyperii. Exercitia & Bibliotheca Studioſi Theologiæ Gisberti Voetii: quibus addi poteſt ratio perveniendi ad veram Theologiam Eraſmi Roterodami, qui compendiosè paulatim ad maſculam illam Theologiam non contemnendis conſilijs & ſubſidijs ſtravit viam. Succedunt II. *Syſtemata* integra, quibus doctrinam Reformatam Doctores publici, magno numero accuratè ſunt amplexi, ut oſtenderent, non minùs, ſe ad hæc tractanda ſtudia paratos eſſe, ubi & felicitatis & facilitatis acceſsit lux divinitùs immiſſa, quàm cùm antea per obſcura Scholaſticorum antra reptarent. Ex his autem Syſtematibus alia *mixta* ſunt, alia *pura*. *Illa* non in *aſſertione* tantùm *veri* verſantur, ſed & in *refutatione falſi*. In Helvetia hujus Reformatæ Syſtematicæ utriusque, (abſque invidia, ut ſpero, non minùs, quàm fontium naturalium, & fluminum maximorum) indicamus origines, quando, per Zuinglium, initio ſtatim repurgatæ religionis ejus quædam compendia data ſunt, uti ſunt *Zuinglij* brevis & Chriſtiana in Evangelicam doctrinam Iſagoge: Ejuſdem commentarius de vera & falſa religione, quo doctè non modò θετικῶς; ſed &, ubi

opus

Digitized by Google

opus erat, ἀντιθετικῶς progreditur. Eſt & ſermo ejus, Bernæ habitus, quo fidei ſuæ Confeſsionem edidit, compendium Theologiæ Reformatæ ſuccinctum. Secutus *Bullingerus*, cujus & compendium Theologiæ & antitheſes doctrinæ Pontificiæ prodierunt, Loci verò communes ἀνέκδοτοι aliquot Tomis abſoluti adhuc aſſervantur: *Martyr* ipſam hujus tractationis ἀκρότητα aſſecutus eſt, operoſiſsima Locorum communium enarratione. Sed & Summa veræ religionis Ottonis VVerdmylleri, Bibliandri Chriſtiana doctrina, fidei opera, Eccleſia Apoſtoli Petri; de ſumma Trinitate & fide Catholica huc faciunt. Idem poſtea tentârunt VVolfii, Iohannes & Henricus, ut ex *Bibliotheca* noſtra *Tigurina* manifeſtum eſt. Beumleri, Breitingeri, Stuckij lucubrationes Syſtematicas ibidem indicavimus. Mox aliæ per Helvetiam ſecutæ ſunt Eccleſiæ. Bernenſis certè ad hæc ſtudia ſeriò appulit animum. Teſtes ſunt loci communes *Muſculi* eruditi, Problemata *Aretij* docta, *Bucani* Syſtema Theologicum planum & plenum. Baſilea, præter cætera, Polani Syntagma abſolutiſsimum dedit, VVollebii compendium; utiliſsimum & nuper Sapientiæ Theatrum, ſolidiſsimum *Zuingeri* Synopſin item Theologiæ ex Epiſtola ad Romanos collectam. Ex *Calvini*; ut Genevam tam ratione viciniæ, quàm Reformationis primam accedamus; incomparabilis Theologi officina quatuor inſtitutionum libri editi ſunt, & variis Linguis, & diverſis formis ſeu typis. Compendia, vindiciæ, tabulæ analyticæ *Oleviani*, *Edmundi Bunnij*, *Zuingeri* oſtendunt, dignum ſemper viſum ſcriptum, quod & reciperetur, & commendaretur, & vindicaretur. Secuta ſunt deinceps alia Theologorum Genevenſium, Gallorúmque ſcripta Syſtematica, Bezæ quæſtionum & reſponſionum Chriſtianarum, libellus, Petri Rami commentarii de religione Chriſtiana *Cameronis*, *Chamieri*, *Scharpij*, Gariſſolij, Amyraldi, &c. Quid in *Anglia* præſtitum ſit, ſupra diximus. Perkinſi, VVhitackeri, Rainoldi, Humfredi eminent ſcripta Scholaſtica. Acceſsit nuper Prideauxius. Extat & Dudlæi Fenneri theſaurus Orthodoxæ fidei; & Rolloci de vocatione efficaci, ita quidem titulus habet, aliàs Theologiæ compendium eſt. Iuelli, magno merito, loco vel primus, vel primis annumerandus tractat. cont. Harding. *Germania*, in hoc ſtudiorum genere excellit, & *Belgium*. In *illa*, præcedit *Heidelberga*, ubi Zachariæ Urſini tractationes Theologicæ, Catechiſmus: Zanchij miſcellanea; Altingij opera Heidelbergenſia, Didactica, Elenctica, Problematica. Sequitur *Marpurgum*, ubi Hyperij elaboratiſsima Topica Theologica: Ejuſdem locorum communium libri tres. *Serveſta* VVendelini, Becmanni varia Syſtemata Theologica. *Belgium* verò, ex quo publicè Reformatam profiteri in Academijs cœpit religionem, Syſtematum Theologicorum eximiam & divitem protulit meſſem. *Leida* Synopſin purioris Theologiæ; Locos communes Lucæ Trelcatii, breves, ſed judicioſè tum collectos, tum diſpoſitos, VValæi tum contractos, tum explicatos. *Franequera* Ameſij medullam, Maccovij, Cloppenburgi, Vedelij varia opera Syſtematica. *Gro-*

ningâ. Ravenſpergeri Gemmam Theologicam: Altingi opera Groningana, Aphoriſmos Theologicos, Didacticam pleniorem, Elencticam & Problematicam novam: *Gomari* Locorum communium Epitomen, aliaque operibus ejus comprehenſa. *Mareſii* Syſtema, Fœderatum Belgium, Anti-Tirinus &c. *Brema* per Pezelium, Martinium, Crocium inclaruit. *Dantiſcum* per Keckermannum. Neque illorum hoc loco negligi debet conatus, qui authorum vel eorundem, vel diverſorum prolixiora ſcripta contraxerunt. Ex *illis* ſunt Olevianus, Hommius, Edmundus Bundius, qui, ut modò monuimus, Calvini inſtitutiones ſuccinctius exhibuerunt. In *his* occurrunt Hornbeckij inſtitutiones Theologicæ ex celeberrimis Theologis Reformatis collectæ. Curſus Theologicus Hottingeri, Altingiana Methodo expoſitus. Et quam alii in contrahendo Calvino inſumſerunt operam, eandem Petro Martyri pridem deſtinavi, aliisque etiam commendavi. Vbi diſtinctè ad *Elenchum* deventum fuerit, ſunt alii, qui Catalogos ſcripſerunt controverſiarum, qualis eſt *Altingij*, ad finem ſcriptorum Elencticorum, *Baſileenſium* Theologorum, nuperus abſolutiſsimus: Spanhemij contra Socinianos. 2. Alii in genere *Elenchos* contra quovis ſcripſerunt adverſarios, eósq; vel *breviores*, ut eſt Elenchus Hæreticorum Danæi, Floccenii, vel *prolixiores* cujusmodi ſunt Altingi ſcripta Elenctica, & Problematica, vetera & nova. Alii verò in *ſpecie* aggrediuntur *Pontificios*, *Anabaptiſtas*, *Lutheranos*, *Arminianos*, *Socinianos*, *Schwenckfeldianos*, *Huberianos*, *Libertinos*, *Pſeudo Nicodemitas*, *Independentes*, *Tremulos*, *Judæos* etiam, *Gentiles*, & *Muhammedanos* &.

Elenchus &. Anti Pontificius.

Et apparatus quidem ſcriptorum Anti-*Pontificiorum* longè maximus eſt. Reformati hic in prima ſtant acie, qui, veluti Iani bifrontes, utrumque viderunt ſeculum, ferreum & aureum: ſervitutem Babylonicam, & Libertatem Chriſtianam. Hi proinde ſtatum Papatus, tum ſibi præſentem, feliciſsimè omnium, & ob oculos poſuerunt, & in alium ordinem redegerunt. Sint ergò, præ cæteris commendata ſcripta Anti-Pontificia *Zwinglij*, primo operum Tomo exhibita, præſertim ejus Articulorum ſive concluſionum 67. cum pleniori explicatione, qua doctrina Reformata contra Pontificiam ſolidè defenditur: Reſponſio item ad Valentinum Comparem, Archigrammateum Vranienſem de Evangelio, Doctoribus, vel Patrum authoritatate, imaginibus, Purgatorio &c. ubi de ordine Reformationis diſtinctè agitur. *Calvinus*, eloquio Romano, Romam fortiſsimè aggreſſus eſt, tum Inſtitutionibus, tum Tractatibus Theologicis. *Bullingerus*, in *Helvetia*, ſecutus tum Antitheſi ſua inter Orthodoxam & Pontificiam doctrinam, tum in certamine cum Cochlæo de Scriptura ſacra, tum doctiſsimis de origine errorum, Conciliis &c. libris Reſponſo etiam brevi, ſed docto, contra Iohannem, Epiſcopum Viennenſem, feliciter bella Domini continuavit. Gualtherus de Anti-Chriſto apertiſsimè: Hoſpinianus de errorum originibus pleniſsimè ſcripſit. Magno deinceps numero

ſucceſſu

Digitized by Google

ſucceſſerunt alii in *Germania Gallia* & *Anglia*, qui catervatim receptam defenderunt veritatem, ita quidem, ut alii ipſum adorti ſint Papatum, omniaque ejus tum dogmata, tum Leiturgica controverſa, idq; vel *ſcholaſticè*, ut ſunt, ex *Anglis*, VVhittackerus, Rainoldus, Humfredus, & alii recentiores de quibus ſup. p. 62. Ex *Germanis* & *Belgis* VValæus, Gomarus, Maccovius, Altingus, Voetius, Vorſtius etiam, adhuc noſter, Pareus, &c. Ex *Gallis*, quibus in perpetua contra adverſarios ſtandum erat pugna, Beza, Sadeel, Rivetus, Albertinus, Dallæus & Chamierus, quorum ille ex antiquitate, hic verò ex omni parte ſua Panſtratia adverſarios ita urget, & premit, ut, nullam elabendi rimam reliquerit. Adeò minima quæque perſequitur, eo ſucceſſu, ut, adverſariorum quoque calculo, primas poſt Calvinum obtinuerit. Mareſius etiam, & Rivetus punctim & cæſim, tam authoritativè, quàm ratiocinativè bonæ cauſæ patrocinium ſuſceperunt. Monomachiam multi elegerunt, certum ſibi adoptantes adverſarium. Et quia Ieſuitarum ordo, ubi ſemel invaluit, nutantis ſedis Romanæ cauſam præ aliis fervidè egit, de illo & in illum Reformatorum etiam Elenchus uberior atque frequentior eſt. Sunt autem ex noſtris, qui tam *Hiſtoricè*, quàm *dogmaticè* de origine, progreſſu, ſtudiis, artibus, dogmatibus Ieſuitarum in genere ſcripſerunt. *Primus* hic feliciſsimè vadum tentavit Rodolphus Hoſpinianus, quem Lingua vernacula ſequutus eſt Lucius: Compendioſè agunt, tractatulus de ſtudiis Ieſuitarum abſtruſioribus, jubilæus ſive ſpeculum Ieſuiticum, ad noſtra ferè tempora uſque deductum. Vita Ieſuitarum: Aſſertio veteris ac veri Chriſtianiſmi adverſus fictum Ieſuitiſmum Boquini: Oratio de Phariſæorum & Ieſuitarum fermento, Laurentij Humfredi: Character Ieſuitarum: Aphoriſmi doctrinæ Ieſuitarum: Phyſiognomia Ieſuitica Petri de VVangen: Ieſuitica manſuetudo & moderatio P. Andreæ VVagneri. Donatus Gotviſus Trivonenſis dedit fidem Ieſu & Ieſuitarum, & utriusque manifeſtam oſtendit antitheſin. *Alij* verò Sophiſticiſceorum ſcriptis, quibus vel Reformatam Religionem in genere, vel certos Reformatorum provocat Doctores reſponderunt. Bellarmini ſcripta, initio magis, quàm progreſſu, in Papatu honorata ex noſtratibus multi ſunt aggreſsi, in *Anglia* VVhittackerus &c. in *Belgio* Sibrandus Lubbertus & Ameſius, qui Bellarminum dedit enervatum & contractum: in *Germania* Pareus, cujus, ut audire me memini, ne ipſe quidem Bellarminus contemnere voluit meditationes oppoſitas. *Coſteri* Enchiridion ſolidè refutavit ſolidiſsimus Gomarus: *Baily* Catecheſin Rivetus. Cujus etiam eſt Ieſuita vapulans, ſive caſtigatio notarum Sylveſtri Petra-Sanctæ, Romani, in Epiſtolam Petri Molinæi, in Balſacum. *Tirinum* Mareſius: Edmundi *Campiani* rationes doctè & nervosè VVittakerus: Ejusdem eſt reſponſio ad decem rationes, ſeu defenſio contra confutationem Laurentij Humfredi: Puritano-Papiſmi, ſeu doctrinæ Ieſuiticæ aliquot rationibus ab Edmundo Campiano defenſæ confutatio Humfredi. Pluráque alia Humfredi, Foxii aliorumque contra Ieſuitas *μελετήματα*, ſex [illegible]; Ieſui-

 ticæ

ticæ Tomis exhibita. Huc etiam pertinent Anti-Philippica contra Iacobi Sylvani Philippicam: Index Elencticus contra Turrianum: Reſponſum breve ad P. Cottoni declarationem: Apologia pro Eccleſiis Orthodoxis, in qua tres primi fidei noſtræ articuli examinantur, oppoſita theſibus Ieſuitarum Monaſterii excuſis, titulo: *Credo Calviniſequarum*: *Reddy* quæſitis ſatisfecit Stuckius. Cum *Laurentio Forero*, & *Lubbæo* Ieſuitis, mihi hinc inde fuit negotium.

Cùm verò aperto Marte non multum Theologi Romani proficerent, ad novas itum fuit Methodos. Alii *Auguſtiniana*, quam vocabant, *Methodo*, credebant, ſe feliciſsimè noſtros revocaturos. Tales ſunt Fratres VValenburgici, quibus obviam eſt itum, tum ab aliis, tum nuper hinc inde à *Spanhemio*, *Hundio* &. Alii, conſequentiarum libertate ſublata, credebant, ſe rem daturos confectam, & Evangelio magnum illaturos incommodum. Sunt illi *Veroniſtæ*, quibus doctè & plenè reſpondit *Vedelius* in ſuo rationali Theologico: Prideauxius, Altingus ſuccinctius. *Tertij* acceſſerunt, qui ut Syncretiſmum ſive conciliationem religionum inſtituerent, Controverſiarum momentum elevârunt. Milleterius, Grotius, Nigrinus. Sed & his abundè à noſtris fuit ſatisfactum. Huc faciunt annotata Hugonis Grotii, in conſultationem Georgii Caſſandri, cum animadverſionibus Andreæ Riveti; Examen animadverſionum Hugonis Grotii in animadverſiones Andreæ Riveti; Hugonis Grotij votum pro pace contra Rivetum, & alios irreconciliabiles, & in illud Andreæ Riveti Apologeticus, pro veræ & ſinceræ pacis propoſito, adverſus Conciliatorum artes, pro fucata pace Eccleſiaſtica. Διάλυσις diſcuſsionis Grotianæ Rivetiani Apologetici, quam paulò ante obitum Typographo excudendam dederat Grotius.

2 Lutheran. 2 Ad *Auguſtanos* accedimus. Ægrè tamen. Cum his enim amicè vivere, quàm, magno Eccleſiæ Chriſti detrimento, in mutua ſævire viſcera hactenus maluiſſemus: Quando verò noſtris, quod voluerunt, conſequi datum non fuit, id ſaltem, quod officij erat, modeſtis reſponſis declinare non poterant. Prima, & extorta quidem, cum Lutheranis certamina erant Helvetijs, Tigurinis maximè, ſed ſuperiori, quàm præſenti ſeculo ferventiora. Zuinglio negotium fuit cum ipſo Luthero. Sed de uno potiſsimum capite Euchariſtico: in reliquis enim non malè conveniſſe inter eos, Marpurgenſe colloquium palàm fecit. Imperata autem Zuinglio fuit amica ejus Exegeſis, ſive expoſitio Euchariſtiæ negotii, ad M. Lutheri ſermonem in VVittenbergenſi Eccleſia, pro ſubſtantialis corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento aſſertione, contra Suermeros, aut fanaticos publicè habitum, pia & amica Apologia ſeu reſponſio. Ejuſdem Orthodoxa reſponſio, qua Chriſti verba, *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur*, veterem ac unicum ſenſum perpetuò retinere, & M Lutherum ultimo ſuo ſcripto, de Sacramento, nec ſuum nec Pontificios ſenſum docuiſſe aut confirmaſſe, docetur. Ejuſdem, ad Martini Lutheri librum, quem Confeſsionem dixit, reſponſio, &c. Quæ omnia, ut & plura alia, ad Matthæum Alberum

Rutlin-

Reutlingenſium Eccleſiaſten, ad Iohannis Bugenhagij, Theobaldi Billicani, aliorumque Epiſtolas, ad libellum D. Ioh. Struthionis, reſponſa de Cœna Domini habentur Tomo operum. II. Succeſſori, Bullingero, graviſsima fuerunt hæc prælia; continuanda tamen propter quorundam, VVeſtphali præſertim & Brentij, importunitatem; quæ quo ordine ſuſcepta ab illo fuerint & excepta, dictum à nobis eſt in *Bibl. Tig.* pag. 85. Secuti deinceps ſunt *Lavaterus*, qui Hiſtoriam ſcripſit Sacramentariam; *Gualtherus*, *Simlerus*, qui Bullingeri quædam Anti-Lutherana verterunt. *Beumlero*, cum Iacobo Andreæ, & Heilbrunnero, Philippo Nicolai, quibus eruditos nonnullos oppoſuit tractatus, negotium fuit. *Lemannus* Philipp. Nicolai impudentiſsimum; de Deo Calviniſtarum ſcriptum, retudit, *Hoſpiniano* totus orbis eruditus & doctiſsimam Hiſtoriam Sacramentariam grato animo fert acceptam, & Concordiam diſcordem, quæ quidem omnia ſuis exſcripta ſunt titulis, in memorata modò *Bibliotheca* noſtra *Tigurina*. Vbi notandum diligenter, Apologetica fermè noſtratium ſcripta fuiſſe, nec unquam niſi provocatos Majores in hanc deſcendiſſe arenam. Ex Tigurinorum etiam officinis Typographicis ſemel atque iterum prodijt *conſenſus Orthodoxus*, liber optimæ frugis pleniſsimus, rationibus & authoritatibus ita munitus, ut allatrare eum, quàm confutare multis fuerit faciliùs. *VVeſthemero* quidam illum aſſeruerunt; ſed rectiùs *Herdeſiano*, ſive, ut Laurent. *Durnhoferus* Epiſt. ad Ioh. VVolfium illum vocat; *Chriſtiano Heſiandro*, viro doctiſsimo vindicamus. Vicina Geneva ipſa quoque Luthero, & diſcipulis ejus libenter peperciſſet; niſi & VVeſtphali impudentia atque faſtu irritatus Calvinus, depexum eum dediſſet pro merito, & periculum Eccleſiæ Gallicæ non à Cardinali tantùm Lotharingiæ, qui in Colloquio Poſsiaco jam Confeſsionem Auguſtanam, ceu μῆλον ἔριδος objecit; ſed etiam alijs Auguſtanæ Confeſsionis admiratoribus, imminuiſſet. Vnde etiam Beza, Danæus, alij, novis moliminibus ſeriò reſtiterunt. Bezæ Daniel Hofmannus, Iacobus Andreæ, Selneccerus negotium creârunt; ſed intempeſtivæ provocationis meritas dederunt pœnas. Edidit enim Beza conſpicillum ad Dan. Hofmañi demonſtrationes ad oculum: Apologeticam ad Nic Selnecceri κογχυσμὸν; ad Selnecceri & Ienenſium Theologorum calumnias reſponſionem. Danæus, Elenchum Hæreticorum Iacobi Andreæ; brevem & modeſtam, neceſſariamque reſponſionem ad Nec. Selnecceri librum, qui inſcribitur: Neceſſaria & brevis repetitio. Ad inſidioſum Lucæ Oſiandri ſcriptum, quod pia & fidelis ad Gallicas & Belgicas Eccleſias admonitio inſcribitur, ejuſdem ad eaſdem Eccleſias reſponſio. Ejuſdem de tribus graviſsimis, & hoc tempore maximè vexatis quæſtionibus de Cœna Domini, Majeſtate hominis Chriſti, non damnandis Dei Eccleſijs, non auditis, ad Fratres, Tubingenſes, reſponſio; addita Epiſtola ad Selneccerum. Reliqui per Galliam Theologi ab hoc certamine Lutherano remotiores, alijs libentiùs ſtudijs ſuam impenderunt operam. *Germania* hoc penè diſsidio conflagravit: Et utinam jam ſa-

Digitized by Google

tis pugnatum eſſet! *Palatinarum* Eccleſiarum, tum occaſione libri Concordiæ, tum controverſiæ ubiquitiſticæ, hoc meritò, loco opera in prima acie collocanda. *Viſini* & Collegarum Neoſtadienſium accuratiſsimi fuerunt labores: Admonitio de libro Concordiæ Neoſtadienſis; reſponſio eorundem de libro Concordiæ. Examen recitationum Nicolai Selnecceri de libro Concordiæ, admonitionem Neoſtadianam luculenter confirmantium, à Iohanne Balæo Theologiæ Studioſo collectum. Reſponſio Petri VVarenberg ab Alten-Kirchen, ad novum ſcriptum Hamelmanni, quo conatur probare, cum Calviniſtis non eſſe agendum. *Herbornæ* prodijt Piſcatoris Anti-dromus, ad Prodromum Andreæ Schafman: reſponſio ad diſſertationem Petri Piſcatoris, cui titulum fecit: Problemata Sacra &c. Georgij Altratti reſponſio ad Iohannis Schelhammeri, Eccleſiaſtæ Norici, enarrationem compendioſam præcipuorum errorum Calviniſticorum. *Emdæ*, Admonitio Miniſtrorum de inconſtanti & falſa refutatione Ægidij Hunnij. Ex *Anhaldino* Principatu Amlingi defenſio modeſta & perſpicua, oppoſita inani & frivolæ eorum D Ioh. Matthæi Smalckaldenſis refutationi. Nuperorum Theologorum VVendelini & Beckmanni doctæ & prolixæ Exercitationes. *Bremæ*, Matth. Martinij de veritate humanæ Chriſti Naturæ, contra Mentzeri ſpinarium, ſpinarúmque collectionem, Lud. Crocij contra Menzerum & Hoeum, Pezelij de unitate Perſonæ & diſtinctione duarum Naturarum. Quibus addi poſſunt aliorum tum *Politicorum*, tum Eccleſiaſticorum ſcripta Elenctica: Iohannis Munſteri diſcuſsio eorum, quæ ab Abrahamo Schorpſio ſcripta ſunt, VVenceslai Budavvetz, Baronis à Budovva Gnomon Apologeticus circuli Horologij Hiſtorici, Typici, & Myſtici, demonſtrans, quomodo D. Hoe nulla juſta cauſa ſibi data contra eundem circulum ſub ſpecie laudis ejuſdem multa Chriſtiano Theologo indigna tractanda ſuſceperit. Vbbi Emmonis reſponſio ad confutationem Hofmanni. Iohannis Sturmij Anti-Pappi tres, contra D. Pappi charitatem & condemnationem Chriſtianam. Ejuſdem tres partes priores Anti-Pappi quarti, 1. Commonitio. 2. Anti-proœmium, 3. Ant-Oſiander pro exteris Eccleſiis, & pro Synodo. Ejuſdem Palinodia ad Lucam Oſiandrum & theſes Hermanni Pacifici de Cœna Domini. Epiſtola Apologetica contra Iacobum Andreæ Theologicæ ſuæ Doctorem. Adjectæ duæ Epiſtolæ, altera ad Doctorem Bernhardum Bozhemium, I. C. altera ad Iohannem Pappum. Fundamenta Lutheranæ doctrinæ de Vbiquitate, atque adeo de corporali præſentia corporis Chriſti, contra Bergenſes, Ambroſii VVolfii. Ejuſdem authoris de Confeſsione Auguſtana, quo ſenſu jam pridem à Sociis ejus intellecta, accepta & approbata fuerit. Monſtrum Bergenſe: Querela de ſecunda captivitate Babylonica ab ijs mota, qui ſub nomine Calvinianorum & Zuinglianorum traducuntur. Referri hæc debent, quæ ſupra pag. 332. de Confeſsione Auguſtana diximus.

3. Anabaptiſticus.

3. Anabaptiſticæ turbæ initio ſtatim Reformationis Eccleſiæ fuerunt moleſtæ

ſtæ. Tigurina iterum hic Eccleſia incus eſſe debuit. Plus enim negotij Zuinglio Anabaptiſtarum ἀναρχία, & faſtus, pietatis ſchemate recens indutus, quàm Pontificiorum ſuperſtitio, ubique ferè exoſa, faceſſebat. Credebant enim heterodita ingenia, montanam hanc regionem anomalis ſuis hypotheſibus admittendis, fovendis & augendis præ cæteris aptam non modò futuram, ſed & propitiam. Qua de re legi poteſt præfat. *Gualth.* in Tom. II. Zuinglii, quo etiam exhibentur, *Elenchus* in Catabaptiſtarum Strophas. *Eccleſiaſtes*, ſive de ratione & officio concionandi, in quo videre licet, tumultuoſos iſtos, qui non miſſi currunt, nequaquam Apoſtolos eſſe: Liber ejusdem de Baptiſmo, Anabaptiſmo, & parvulorum vel infantium Baptiſmò. Reſponſio ejusdem ad libell. Balthaſ. Hubmejeri: Ejusdem de veris ſeditionum authoribus. Sed & *Bullingerum*, primis ſtatim Miniſterij ſui annis, Anabaptiſmum ſolidè & doctè confutâſſe, tum ex Mſc. ejus Codice, quem ad manus habeo, patet, tum ex libris ejus quatuor, per Leonem Iudæ auctos, ſex denique per Simlerum translatos, quorum, illi Latinè vulgati ſunt Tiguri ſunt 1535. Ibid. Germanicè 1561 Latinè Simleri Ib. Quæ editio poſterior reſponſum etiam habet, ad Aanabaptiſtarum Apologiam. Placuit hoc Bullingeri ſcriptum eruditis, præ multis aliis lucubrationibus. Nec fortè uberrimi ingenii poſtremus fœtus eſt. Secuti, noſtro ſeculo, fuerunt alii etiam Eccleſiæ & Scholæ Tigurinæ Theologi, Henricus Ernius & Ioh. Iacobus Huldricus, quorum *ille* aliquot Diſputationes Anabaptiſtarum erroribus oppoſuit, *hic* verò admonitionem ſcripſit Germanicam ad Anabaptiſtas, ſine cauſa Schiſmaticos, ut ad Eccleſiæ gremium redeant. Ampliſſimi etiam Magiſtratus Tigurini nomine quædam prodierunt tum acta Anabaptiſtica, tum narratio Hiſtorica, quanta hactenus facilitate cum Anabaptis fuerit actum. Theologica deniqua aſſertio veritatis Orthodoxæ, contra Schiſmaticorum novitates. Quarum ſummam paulò ante obitum amplexus eſt doctâ Epiſtolâ Venerandus Breitingerus noſter, ad Reverend. tum Eccleſiæ Amſtelodamenſis Miniſtrum. *D. Hottonum*, cujus fragmentum diſputationibus ſuis Anti-Anabaptiſticis inſeruit Celeb. *D. Spanhemius*. Sed & Eccleſia *Bernenſis* ijsdem ardelionibus vexata colloquium, quod extat, inſtitui voluit Aroviæ. Quin & Galliæ periculoſi novi hoſpites, Donatiſtarum & Catharorum propago, videbantur. Vnde Calvini breves inſtructiones muniendis fidelibus adverſus errores communis ſectæ Anabaptiſtarum. In *Belgio* hæc ſecta altiores, quàm uſpiam alibi, egit radices, impetrata ibi exercitij libertate. Vnde & hinc plures prodierunt lucubrationes Anti-Anabaptiſticæ, tum *Hiſtoricæ* Lamberti Hortenſii de tumultibus Anabaptiſticis, tum *dogmaticæ*, vel in *ſpecie* contra Mennonem, Iohannis à Laſco de Chriſti incarnatione adverſus Mennonem Simonis, tum in *genere*, contra Anabaptiſmum, & Anabaptiſtas. Ex quo enim ipſi etiam Anabaptiſtæ ſcriptis inclareſcere voluerunt, Confeſſiones, Catechiſmos &c. ediderunt, Scholaſticè etiam contra eosdem Theologi Belgæ ſcripſerunt. Hinc accuratiſſi-

curatiſſi-

curatiſsimæ diſputationes Anti Anabaptiſticæ *Spanhemij*, *Maccovij* πρῶτον ψεῦδος Anabaptiſtarum, eruditiſsima *Cloppenburgij* Gangræna Anabaptiſtica, Studioſis præ cæteris commendanda. *Belgicè* plurima edita ſunt, in uſum Eccleſiarum illarum. Doctè cumprimis laborârunt *Godefridus Vdemannus*, in Pace Sionis contra Babel Pædobaptiſtarum. Abrahamus Doreslaer, & *Sylvius*, quorum labor digniſsimus meo eſſet judicio, qui aliis etiam prodiret Linguis. Vel ſola præfatio compendium Hiſtoriæ Anabaptiſticæ, intricatæque eorum Theologiæ exhibet ſatis perſpicuum. Et nuper *Petrus Bontemps*, Harlemenſis Paſtor errores Anabaptiſticos aliquot libellis Belgicis & Gallicis oſtendit, cujuſmodi ſunt, a. Anabaptiſtarum doctrinam eſſe erroneam. b. Defenſio Pædo-Baptiſmi. c. Confirmatio prioris tractatus, à Petro Verxindert, refutati. d. Vindiciæ contra defenſionem Iodoci Henrici & Gerhardi Van Vryburgh. e. Everſio ſpongiæ & ſmegmatis Hollandici, ubi ſingula Anabaptiſtarum capita Theologica examinantur. Addi poſſunt colloquia Emdanum, & Leovardienſe. In *Germania* Bucerus contra Iacobum Cautium, juſtus Menius, Theologi præſertim Palatini in colloquio Franckenthalenſi audiendi ſunt. De *Anglis* vid. ſup. pag. 62.

7. Socinian. 7. Effrene aliud & planè efferatum, ſtatim à Reformatione, hominum genus, vel retrimentum potiùs humani generis, quod ipſi in Cælis Deo inſultaret, ſpiritus ſumſit, & peſtilentiſsimum *Photinianiſmi*, *Arianiſmi*, *Tritheiſmi* &c. venenum ſparſit. Itali magnam erant partem, vel Hiſpani, Anti-Trinitarii, qui Helvetiam primo & Rhetiam, poſtea Poloniam, Hungariam, Tranſſylvaniam, &c. graviter infeſtârunt. Emergenti tamen ſtatim malo medicina parata, & Helvetia quidem vomitorio (ejecit enim Ochinum, ejúſque ſocios tum civiliter, authoritate Magiſtratus, tum Theologicè, neminem in Scholas, aut civitatem admittendo, niſi qui Orthodoxiam, certis articulis conceptam, confeſsi eſſent) fuit curanda. Suſpecto adhuc, & monſtrum clam foventi Socino, *Bullingerus* primùm de novitatis pruritu, in genere, *Gualtherus* de reſipiſcentia & converſione *Iohannes VVolfius* de S.S. Trinitate aurem seriò vellicârunt. *Simlerus*, ſuis de Deitate Filij ſcriptis Arianiſmum fortiter proſtravit. Anti-Socinum noſtro ſeculo edidit Hanoviæ Rudolphus Lavaterus, ut alibi monuimus. Ego Heidelbergæ conſcripſi Parallela Socino-Muhammedica. Addi his poſſunt aliorum etiam Theologorum Helvetiorum, ad Portum, Lucii, &c. item Genevenſium ſcripta de Valentino Gentili, Blandrata, cujuſmodi ſunt Collatio Neſtorii cum Blandrata, ejus diſcipulo, Valentini Gentilis impietatum ac triplicis perfidiæ & perjurii brevis explicatio. Paulò poſt *Poloniam*, hæc peſtilentiſsima hæreſis Hungariam, Tranſſylvaniam, & *Belgium* graviter afflixit, unde & illinc doctiſsimæ prodierunt diſputationes Anti-Socinianæ. Ex *Polonia* Vindiciæ pro Articulo fundamentali de ſatisfactione Chriſti Georgii Zanrovvecii. Huc pertinent Maccovii Poloni, ſcripta Ant-Sociniana, πρῶτον ψεῦδος; Ejuſdem

dem Anti-Socinus: Caſus conſcientiæ, ad normam doctrinæ Socinianæ compoſiti per modum Dialogi. Fragmenta Prælectionum contra Catecheſin Socini. Eundem in locis communibus confutarunt Kekermannus, Polanus &c. Ex *Hungaria* habemus Szegedinum. Ex *Tranſſylvania*, Biſterfeldij Anti Crellium. *Belgium* dedit Socinianorum Remonſtrantiſmum, hoc eſt, demonſtrationem, qua Remonſtrantes cum Socinianis in pluribus Confeſsionis ſuæ partibus conſentire oſtenditur. Ex eodem Anti-Volckelius Mareſii, Anti Schlichtingius Hornbeckij. Scripſit etiam Sibrandus Lubbertus de Ieſu Chriſto, Servatore, libros quatuor contra Socinum: Hugo Grotius de eodem, defenſus ab Andrea Eſſenio, Theologo Vltrajectino. Ravenſpergerus contra errores Photinianorum, Polyander concertationem Socinianam, Danæus in Lombardum, Gomarus, Coccejus Epiſt. ad Heb. Ludovicus Crocius Anti-Sociniſmum, Cloppenburgius compendium Socinianiſmi refutati: idem pro Deitate Filii contra Smalzium. Iohannes Iunius Socini prælectiones refutavit. Sed & ipſa etiam *Germania*, ad profligandam hanc Hydram multum contulit. Vrſinus & Altingus Catecheſin Cracovienſem refutarunt: Pareus ad Rom. Loca Scripturæ contra eos feliciter vindicavit. Dedit & Otto Caſmannus Anti Socinum, ſive tractatum ad dijudicandum controverſiam Theologicam, quæ inter Orthodoxos & Socinianos de corpore doctrinæ Chriſti pene univerſo agitatur. Nuper Elenchus controverſiarum Socinianarum Celeb. D. Spanhemij noſtri prodiit. Plura in ſequenti ſpeciali tractatione nobis erunt commemoranda. *Anglorum* labores vide ſup. pag. 62.

ח. *Remonſtratica* ſeu *Arminiana* controverſiæ ſedem penè ante hac in Belgio fixerunt, poſtea & Oecanum transfretarunt. Ex *Belgio* ergò potiſsimum, ad novaturientium impetus retundendos, arma ſunt petenda. Actis Synodi *Dordracenæ* primæ hîc debentur. Succedunt ſcripta primorum Arminii & Arminianiſmi adverſariorum, *Gomari* Exhortatio Belgica ad &c. quâ monſtrat 1. quam mutationem religionis N. quærat. 2. de officio Magiſtratus & Miniſtrorum verbi. 3. Specimen doctrinæ Arminianæ. 4. Conſideratio in Concionem funebrem Bertii. Proximus huic eſt, *Iacobus Triglandius*, ex quo prolixè aliquando originem & progreſſum Arminianiſmi coram audivi. *Virtus Dei*, ita libri titulus habet, contra Poppium, doctè & ſolidè veritatem defendit, prout ejusdem Trina Dei gratia, Electionis, Sanctificationis, conſervationis. In *Catechiſmum* remonſtranticum ſcripſerunt Heidanus & Voetius. Cenſuras in Catechiſmum Heidelbergenſem vindicavit Alting Sed & feliciter contra Novatores calamum ſtrinxerunt, Hommius, in ſpecimine Controverſiar. Belg. Vedelius in Arcan. Armin. Ameſius Coronid. ad Coll. Idem contra Grevinckovium, Twiſſus in vindicijs Gratiæ & ſcientia media, Rhutorfortius, Robertus Abotus: Maccovii extant tum πρῶτον ψεῦδος Arminianorum, tum Prælectiones contra Armin. pro Perkinſo. VValæus, omitti non debet; ſecundo præſertim ח. Arminian.

operum Tomo, ubi agit de munere Miniſtrorum Eccleſiæ, & inſpectione Magiſtratus circa illud, addita reſponſione ad cenſuram Ioh. Arnoldi Corvini, in Petri Molinæi Anatomen Arminianiſmi, & ad ſcripta Remonſtrantium, qui ad Synodum Dordracenam citati ſunt, pro defenſione doctrinæ in eadem Synodo explicatæ & ſtabilitæ. In *Gallia* præclaram præſtitit contra Novatores operam Petrus Molinæus, in Anatome Arminianiſmi, ſeu enucleatione controverſiarum, quæ in Belgio agitantur, ſuper doctrina de Providentia, de Prædeſtinatione, de morte Chriſti, de Natura & Gratia. Faciunt etiam huc quæ contra Remonſtrantium Hyperaſpiſtas, & primarios vel Fautores Arminianiſmi, vel Propagatores, edita ſunt: Ita contra *Hugonem* Grotium ſcripſerunt, Bogermannus, Lubbertus, & Sopingius, contra Grotii pietatem. *Conrado Vorſtio* (qui, ex quo declinare & novaturire cæpit, ipſo impurior fuit Arminio, quo nomine ſibi hunc Collegam Leidæ datum, moleſtum fuiſſe queſtus aliquando fuit, Venerandus ſenex & Præceptor, Franciſcus Gomarus; utpote, qui portentoſas multas in Theologiam invexit novitates) & Germania, & Anglia, & Belgium fortiter ſemper reſtitit. In *Germania* prodierunt Epiſtolæ Heidelbergenſium & Baſileenſium Theologorum; Parei Epiſtola ad Vorſtium. Iohannis Piſcatoris ad Conradi Vorſtii Paraſceven reſponſio Apologetica, ubi multa Scripturæ dicta, ea præſertim, quæ de Prædeſtinatione agunt, explicantur. Ejusdem Notæ ad Conradi Vorſtij collationem: Ex quibus ſcriptis de Vorſtij doctrina judicium commodè ferri poteſt. Ex *Anglia* habemus, præter alia, Matthæi Sladi cum Conrado Vorſtio diſceptationem. Ipſa etiam Regis Iacobi ſuper cauſa Vorſtij declaratio extat. In *Belgio*, & Belgicè quidem pleraque, leguntur Examen reſponſionis Vorſtij factæ ad Propoſiones Curatorum Leidenſium, de vocatione ejus. Aliud Theologorum judicium de ejus vocatione. Reſponſio Miniſtrorum Leovardienſium ad Prodromum Conradi Vorſtii, Eorundem *Replica* ad Vorſtii reſponſum. Explicatio Vorſtii quorundam S.S. locorum, quæ cum Socinianis convenit. Breve reſponſum ad Benthemenſia & Steinfurtenſia Vorſtii teſtimonia Addatur libellus ſupplex Studioſorum Theol. Leidenſium.

3. Huberian. 3. Ad hanc Novatorum Claſſem *Huberiani* etiam pertinent, à Samuele *Hubero*, Paſtore antehac in agro Bernenſi, poſtea Apoſtata tumultuario, dicti, qui ferè eadem, ſed alia Methodo, quæ Novatores Belgici, allatravit dogmata de Prædeſtinatione, Redemtione &c. In Helvetia hic etiam primùm ignis flammas concepit, mox tamen prudenti Magiſtratuum authoritate fuit extinctus. Edita ſunt eam in rem Acta totius diſceptationis per Chriſtophorum Lutherdum, Theologum Bernenſem, diligentiſsimè verò à Iohanne Stumpfio Tigurino, conſcripta ut, in Bibl. Tigurin. indicavimus. Sed & Germanicè pridem in lucem miſſa ſunt octo teſtimonia contra Samuelis Huberi libellum famoſum, quibus probatur, Theologos

logos Helvetiæ Reformatæ bona fide egiſſe. Ampliſsimi item Magiſtratus Tigurini ἀπολυτικὸν contra Samuelis Huberi Epiſtolam.

ז. Ad eam Novatorum properamus Claſſem, quæ, propago Anabaptiſticæ anarchiæ, Miniſterio verbi hinc inde bellum ἄσπονδον indixit, ipsique adeò Scripturæ Sacræ, jugulum petijt, quales quidem ſunt, I. Caſparus Schvvenckfeldius, Nobilis Sileſius ab Oſsingen, Lutheri aliquandiu diſcipulus: Caput non tam malitioſum, quàm perplexum; nec tam contentioſum, quàm blandiloquum, ad intricandum tamen potiùs & ſeducendum, quàm docendum & ducendum aptum. Obvium huic itum eſt ab illis, quibus ipſe Schvvenckfeldius multum detulit. Initium fecit ex noſtratibus, Vadianus, Ampliſsimus Sangallenſium Conſul, non modò Antilogia ad Schvvenckfeldij libellum, qui ab eo Sum̃arium inſcriptus eſt; ſed & alio prolixo tomo, qui Mſc. in Bibliotheca noſtra Carolina aſſervatur. Et quia hinc inde, Suevicæ cumprimis Nobilitati, ſuas ſub ſpecioſo pietatis prætextu facile inſtillavit hypotheſes, Germanicè etiam erat confellendus, quod Daniel Toſſanus feliciter præſtitit, qui doctrinam illius, ex libris ejusdem collectam, confutavit, addita præfatione Hiſtorica de erroribus Schvvenckfeldij. Heidelbergæ prodijt 1575. & Tiguri 1610. Alibi XIII. periculoſi errores Schvvenckfeldij, ex libris ejus depromti. II. M. *Valentinus VVeigelius*, Paſtor Lutheranus, ante bellum Bohemicum, ſenſum Sc. S. literalem non modò extenuavit, ſed etiam contemſit, tanquam Anti Chriſtianum inventum: Huic portento (quod & Fratribus *Roſeæ crucis* placet) Becmanus ſuas oppoſuit exercitationes 21. III. *Theophraſtus Paracelſus*, cujus Theologiam ipſi etiam Medici, Geſſnerus, præſertim, & Eraſtus obſervârunt, impuram: tum alibi, tum in materia, de Scriptura Sacra, ejúsque explicatione: ז Schvvenckfeld.

ח. *Libertiniſmo* poplites Calvinus, cujus habetur inſtructio adverſus fanaticam & furioſam ſectam Libertinorum, qui ſe ſpirituales vocant; ſuccidit. Ejusdem eſt confutatio cujusdam Hollandi, qui ſpecioſè obtendens Chriſtianos à ſe prorſus ſpirituales redditum iri, concedit, ut corpora polluant quibusvis Idololatrijs. Ejusdem Epiſtola ad Rothomagenſes, ut à quodam Franciſcano, qui Libertiniſmum impium ſparſit, ſibi caveant. Adde diſputationes Crocij contra Libertinos. Et quia, Reformationis tempore major quidem multis religionis puritas non fuit ingrata, veriti tamen, ne bonorum ſuorum faciant jacturam, *Nicodemi* exemplo, noctu tantùm Chriſtum accedere, latere inter ſuos, quàm apertè communicare cum Reformatis maluerunt: Sed Pſeudo Nicodemitæ erant, quorum tepor ſignanter fuit exprimendus & emendandus. In quam rem commendari poſſunt Calvini Epiſtola, de fugiendis impiorum illicitis ſacris & puritate Chriſtianiſmi obſervanda: Ejusdem de Chriſtiani hominis officio in Sacerdotijs Papalis Eccleſiæ vel adminiſtrandis, vel abjiciendis: De vitandis ſuperſtitionibus, quæ cum ſincera fidei Confeſsione pugnant, una cum excuſa- ח. Libertini.

tione ad Pſeudo Nicodemos Philippi Melanchthonis, Martini Buceri, Petri Martyris, Calvini & Paſtorum Eccleſiæ Tigurinæ ea de re reſponſum, quæ omnia in tractatibus Calvini reperiuntur.

ט Independent. ט. De novis, in *Anglia* præſertim, nuper ortis controverſiis inter Epiſcopales & Presbyterianos: Puritanos & Brovvniſtas ſeu Separatos, qui & Independentes, conſuli debent ipſi potiſsimum Angli, ſupra in Bibliothecâ Anglica poſiti, & magno etiam numero commemorati in Bibl. Theolog. Voet. lib 2. pag 568. &c. Quibus addi poteſt ex cis marinis Epiſtola Iohannis Hornbeckij, qua reſpondetur examini Iohannis Beverley de Independentiſmo. De Tremulis ſive QuacKeris, eorúmque deliramentis tum ipſi prolixè egerunt Angli, Ioh. Timſon, in Apoſtaſia Tremulorum, ubi de dogmatibus & blaſphemijs eorum agitur, tum Germani, &c. In noſtris oris non ita pridem innotuit novus agyrta, Levi Chriſtianus, cujus doctrinam examinavit Iacobus Vollenvveiderus, verbi tum in agro Turgovico Miniſter. Sed obſcurum Doctoris nomen cum ipſo homine ſtatim evanuit.

י. De veritate Relig. Chriſt. י. Illi nunc ſupereſſe videntur, qui de *religionis chriſtianæ veritate egerunt* vel 1. in *genere*, & abſolutè, quo pertinent Bibliander de ſumma Trinitate & fide Catholica: Ejusdem Chriſtianiſmus, ſempiternus, verus, certus, in quo ſolo homines poſſunt ſalvari. Bullingeri antiqua fides, qua Chriſtianorum fidem ab origine Mundi derivandam docet; vel 2. *comparatè*, ſive ad *Papatum*, ut eſt Zuinglij liber de verâ & falſa religione, ſive ad *Gentiliſmum*, *Iudaiſmum*, *Muhammediſmum*, in qua comparatione Chriſtianiſmi privilegia maſculè aſſeruerunt illi, qui in Gallia & Belgio pro veritate religionis Chriſtianæ ſcripſerunt. Philippi Mornæi, & Hugonis Grotij ſcripta præ aliis teruntur. Et hæc quidem in Linguam nuper Arabicá, à Celeberrimo PococKio, ſunt translata. Sed & Lancellotus in Catecheticis Atheiſmum, Paganiſmum, Iudaiſmum, Turciſmum confutavit. In *ſpecie* A. Atheiſmum arietârunt Molinæus de conſcientia, veraque religione: Zanchius de operibus creationis; Ludovicus Fabricius nuperis aliquot diſputationibus: Angli illi de quibus ſupra p. 63. B. *Gentiliſmum*, Patres Græci, Athenagoras, Iuſtinus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Theodoretus, Euſebius, Gregor. Nazianzenus: Latini, Tertullianus, Minutius, Cyprianus, Lactantius, Arnobius, Auguſtinus, Ambroſius ita olim detriverunt, ut nobis parùm relictum ſit. Vnde paucos reperimus, qui hanc materiam pertractârint diſtinctè. De Methodo verò convertendi infideles, illi legi debent, qui de veritate Religionis Chriſtianæ ſcripſerunt. Nec omittenda, quæ Altingus habet de Principijs Theologiæ Chriſtianæ communicandis Iudæis, Gentibus, & Muhammedanis. Nos eandem breviter pertractavimus materiam, in Quæſt. Theologic. Centurijs. de Principiis Theologiæ Chriſtianæ. Quid occaſione navigationum Indicarum, pro Gentium laboratum ſit ſalute à Theologis Reformatis, ex VValæi ſcriptis, de Seminario Indico, cujus Præſes ille fuit, ſecundo

cundo operum Tomo, in Epiſtolis potiſsimùm exhibito, manifeſtum eſt. De Pontificiis ſuo loco agemus. C. *Iudaiſmum* primi ex noſtris aggreſsi ſunt Munſterus, tum alibi, tum in Evangelio Matthæi Hebraico, Broughthonus, aliquot opuſculis, in Danielem, Epiſtola ad R. Abraham Ruben: Moſtherus diſputat de Trinitate contra Iudæos. Feliciter cumprimis noſtro tempore Iudaiſmum in ſcenam produxerunt tum *Hiſtoricè* fabulas eorum enarrando (quod ipſum eſt eas refutare). Buxtorfius in Synagoga Iudaica, Pater & Filius, ille inveniendo, hîc augendo & addendo. Victor Carben, Stafelſteiner duo Proſelyti: tum *Elenctice* Conſtantinus L'Empereur, variis obſervationibus in Iachiadem, Abarbenelem, Alſchecum, &c. Hornbeckius in Teshubhat Iehudah, & Hulſius in Theologia Iudaica. Integris etiam concionibus Judaiſmus eſt oppugnatus à *Soldano* Eccleſiaſta Caſſellano. Ego Theologiam eorum exhibui in nupero compendio, Enneadi Diſputationum Heidelbergenſium addito. Ipſe etiam Cyrillus Martyr, Patriarcha nuper Conſtantinopolitanus, quædam vulgari Græca Lingua contra Iudæos dedit, quorum apographum habeo. D. *Muhammediſmum* vivis depinxit coloribus Bibliander, Præfat. in Alkoranum; quo etiam pertinet ejusdem ad nominis Chriſtiani Socios conſultatio, quanâ ratione dira Turcarum potentia repelli poſsit ac debeat, à populo Chriſtiano. Elenchus graſſantis hujus peſtis, ex analyſi Alcorani, cujus ſpecimen Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſeruimus, commodiſsimè inſtitui poteſt. Multa etiam tum in Hiſtoria, tum Ἀρχαιολογίᾳ Orientali diximus, quæ huc faciunt. Adortus etiam non ita pridem fuit Muhammediſmi confutationem Iohannes Maurus, Proſelytus Chriſtianus. Majus, & dignum aliqua cura meditati fuimus opus, cujus titulum & περιοχὴν hoc loco inſeremus, prout antehac jam à nobis edita fuit. Ita illa habet. Non, vel præter officium hominis Chriſtiani, vel dignitatem Spartæ Theologicæ facturum me exiſtimo, ſi, quod intentatum ferè hactenus Scholæ noſtræ (neſcio an ſatis prudenter) reliquerunt, pio, rem Chriſtianam juvandi, deſiderio, aggrediar. Ex obſcuris hæreſibus, & Hæreſiarchis nemo facile caput effert, cui non mox parata ſint magnorum Heroum tela: Vnus ille, iſque nocentiſsimus Impoſtor, peſtis & flagellum orbis, Muhammed, nondum ſatis vel innotuit, vel notus pro merito vapulavit. Hæc jam opera noſtra, hæc ſtudiorum noſtrorum Theologicorum pars erit. Neque enim video, Apoſtoli monitum de obthurando contradicentium ore, eos tantùm ferire, qui in ſinu & gremio Eccleſiæ noſtræ hærent; cæteri etiam, qui eminus nocent, procacem reſiſtendi veritati libidinem impune ferre non debent. Si ſucceſſus votis ſemper non reſpondeat, officium tamen feciſſe, ſolatio fuerit. Alkoranus cum verſione veſtitus Latinâ, Apologiam non requirit, pridem hac me moleſtiâ ſublevarunt judicioſiſsimi Eccleſiæ patriæ Theologi, Bibliander, ὁ πολύγλωττος, Bullingerus & Gualtherus; qui & rationibus, & exemplo condocefe-

runt ſuis, languidi nimis, ne dicam moroſi eſſe ſtomachi, qui hæc ſtudia non ferant. Hoc tantum amicè omnes, ad quos hic conatus noſter pervenerit, rogamus, ut ſiquid forte occurrat, quo hanc noſtram operam abſolutiorem reddere poſsint & limatiorem, ſua nobis ſtudia, conſilia, auxilia, non denegent. Maluiſſem equidem hanc provinciam aliis, qui & per eximiam Orientalium rerum atque Linguarum peritiam, & ſubſidiorum atque ſupellectilis apparatum, otium quin etiam, majori cum fructu, exornare eam potuiſſent, relinquere: ſed video aliter eſſe in fatis, votis etiam, imò mandatis eorum, quibus me meáque ſtudia humili obſequio pridem devovi. Heidelbergæ d 9 Feb. 1660. Sunt autem ſequentia duo ſcripta, quæ Apparatus Anti-Muhammedici utramque conſtituunt paginam: *ANATOMIA MUHAMMEDISMI TRIPARTITA*, *exhibens*, I. *Alkoranum* Arabicum cum verſione nova Latina collaterali, variiſque ex ipſis Arabum monumentis erutis obſervationibus, notis caſtigationibus. II. *Elenchum*, tutiſsimâ Methodo inſtitutum, quo Rhapſodiæ Alcoranicæ principia deteguntur: Alia quidem ex *Iudaiſmo* detorto, alia verò vel ex *Chriſtianiſmo*, ut plurimùm interpolato, & ex *Hæreticorum* mente corrupto; vel *Saraceniſmo* veteri retento; pleraque ex *Scriptura Sacra* vel impiè depravata, vel mutilatè citata; petita eſſe, oſtenditur: adeòque immediatæ inſpirationis Angelicæ & originis divinæ larva detrahitur. III. *Conſilium* de modo atque ratione, dogmata Chriſtiana Muhammedanis communicandi & commendandi,

Ad ſupremi Numinis gloriam:
Dulciſſimi Servatoris honorem;
Scripturæ Sacræ authoritatem,
Ecclesiæ Catholicæ Triumphum;
Literaturæ Orientalis incrementum;
Sacrilegæ impoſturæ revelationem;
Infidelium vel converſionem, vel confuſionem:
Iuſſu Superiorum:
Conſiliis amicorum,
Monitis eruditorum

THEATRUM MUHAMMEDICUM ΠΕΝΤΑ'ΣΤΕΓΟΝ *continens* I. *Theologiam* Muhammedicam, ordine locorum Communium digeſtam, & tam ex Scholaſticis, quàm Exegeticis Muſelmannorum Scriptoribus, indicata ſubinde Doctorum inter ſe pugna; collectam, eorumque, qui ex noſtris huc ſua contulerunt Symbola, ſuffragio vel confirmatam, vel illuſtratam. II. *Politiam* tam ante, quàm poſt Muhammedem inter Arabes receptam; eam cumprimis, quæ ab introducto Islamiſmo obtinuit, apud Arabes primùm, poſtea etiam Turcas & Perſas: ubi de diverſo Gentium iſtarum regimine; mutationibus, Periodis, Ordinibus, Muneribus, &c. III. *Academiam*, i. e. ſuccinctam de ſtudiis & Academiis eorum enarrationem, ab eo potiſsimùm tempore, quo Arabum

bum literæ inclareſcere cœperunt. De initio, progreſſu, impedimentis, decrementis, præſertim ſub Imperio Turcico. IV. *Militiam*, quæ & vires, & ſucceſſum, & modum militandi, clades etiam tam Arabici, quàm Turici Imperii explicat. V. *Oeconomiam*; ubi in rationem vivendi privatam inquiritur, & in ea, quæ ab ea pendent, ut ſunt victus, amictus, &c. Hæc pleno ſolicitudinis animo, pridem vel pro Converſione vel confuſione Muhammediſmi; noſtra fuerunt μελετήματα, nondum quidem hactenus: quod non otium tantum requirunt paulò liberalius, ſed & publicum authoritatis favonium, edita, ad Editionem tamen facile paranda. *Anglia* Hugonem Grotium de veritate Religionis Chriſtianæ Arabicè, jam dedit & Catecheſin Anglicam, Turcicè: quo cum infidelium fructu, dies docebit. Illud viri docti, & Orientalibus itineribus clari non ſemel teſtati ſunt, ſeriam aliquando pro Muhammedanorum convictione curam, non fore inanem: optandum proinde, ut ab inteſtinis tandem diſsidijs liberati, communem pro Chriſto cauſam ageremus. Hoc præſertim tempore, quo Ottomanica militia nimijs ſuis progreſsibus non concordiæ tantum ſtudium Principibus Chriſtianis, ſed & conſilia ejusmodi Theologis ſuadere videtur. Nec definire velim, an conſcientiæ hactenus ſatis ſit factum. *Bertij* calumniam in Breviar. Orbis Terrar. p. 9. alibi diluemus.

C. Hactenus de *Elenctica*, *Problematicam* nonnulli addunt, *Aretius* præſertim, Theologus Bernenſis, & nuper Celeb. *Altingus*, cujus Problematicam non veterem modò habemus tam Theoreticam, quàm, Practicam, ſed & novam; ſtudijs Theologicis, ſive perſpicuitatem ſpectes, ſive quæſtionum ubertatem, artificiosè pariter atque utiliter accommodatam. Tradit autem *Problematica* Quæſtiones de fide & religione, nec omnes, nec controverſas tantùm cum adverſarijs, ſed quaſvis indifferenter & omnis generis, neceſſarias tamen, utiles, finitas, perſpicuas, tam *gradibus*, quàm *ſpeciebus* diſtinctas. Ex *illis* quædam dogmatum illuſtrationem juvant, quædam Theologorum diſcrepantes ſententias proponunt, eàsque conciliant, quædam cum Adverſarijs ſanæ doctrinæ controverſa ſubjiciunt. Ex his alia Theoretica ſunt, alia Practica, alia Thetica, alia hypothetica, alia ſimplicia, alia mixta, quæ omnia Methodo quæſtionis, ſive Thematis conjuncti tractantur. C. Problemat.

D. *Scholaſticæ* nomine intelligo ſcripta Reformatorum, Auguſtanorum etiam, quibus vel 1. ipſos quoque veteres Scholaſticos commentariis illuſtrârunt. Ita *Lambertus Danæus* Magiſtro ſententiarum admovit manum: Vel 2. Theologiam Scholaſticam dederunt magis purgatam, ut *Dorſchæus* in ſuo Confeſſore vel 3. Scholaſticorum terminorum uſum & abuſum oſtenderunt in Theologia, ut *Maccovius* in ſuis diſtinctionibus, *Mareſius*, Annotat. in Caſtan. vel 4. uſum Scholaſticæ in caſtris oſtenderunt Reformatis, ut *Voetius*, *Ferrius*, vel 5. Hiſtoriam Scholaſticæ, ætatis, gradus, Methodi diverſitatem, expoſuerunt, ut Danæus. Hoſpinianus, Altingus, Binderus, &c. D. Scholaſt.

E. Hiſto-

E. Hiſtorica.

E. Hiſtorica ut jucunditatis ſenſu lectorem mirè afficit, ita ubi accurata eſt & cum ſtudio aliquo tractata, ultima Adverſarijs defenſionis arma, quæ antiquitatis prætextus ſuppeditare videtur, eripit. Ampliſsima hæc eſt merx, & quæ diſtinctis Claſsibus indicari facilius, quàm exprimi poteſt. Aliquas tantum dabimus, ubi præmonuerimus, non hoc nos jam agere, ut Bibliothecam exhibeamus Hiſtoricam; quod, ubi Deo placuerit, penſum Philologiæ, quæ commodiſsimè in Linguas & Hiſtorias diſtinguitur, reſervabimus. Succum jam & medullam ex variis Hiſtorijs expreſſam, & ad Scholas Theologicas accommodatam propinamus. In diffuſo verò hoc ſtudio, cum fructu, præſtari nihil poteſt, niſi antiquitatis ſupellectili ſimus inſtructi. Nihil hîc ratio valet, nihil ingenium, niſi vetuſtatis accedat præſidium. Nec ſufficit in enumerato tantum habere, notiores ad Reformationem I. *Hiſtoricos* cujusmodi ex *Hebræis, Græcis, Arabibus, Latinis*, ordine Alphabethico, numerantur Ibn Batrik, Patriarcha Alexandrinus, Beda venerabilis, an. Chr. 731. Helmoldus Buſſonienſis, an. Chr. 1168. Flavius Blondus, an. Chr. 1440. Iohannes Philippus Bergomenſis, ſec. 16. Vincentius Bellouaccenſis ſecul. 15. Antonius Bonfinius, ſecul. 16. Hector Boethius, Caſsiodorus, anno Chr. 514. Georgius Cedrenus anno Chr. 1057. Nicetas Choniates an. Chr. 1204. Nicephorus Calliſtus an. Chr. 911. Petrus Comeſtor an. Chr. 1190. Laonicus Chalchondyla, an. Chr. 1464. Iohannes Curopalates, an. Chr. 1081. Nicetas David, an. Chr. 873. Dacius Mediolanenſis an. Chr. 527. Paulus Diaconus an. Chr. 774. Egeſippus, an. Chr. 165. Euſebius Cæſarienſis, an. Chr. 315. Evagrius Scholaſticus an. Chr. 597. Eginartus an. Chr. 741. Freculphus an. Chr. 849. Frodoardus an. Chr. 966. Antoninus Florentinus a. Chr. 1459. Otto Friſingenſis an Chr. 1148. Robertus Gaguinus an. Chr. 1501. Nicephorus Gregoras 1345. Glaber Rodolphus 1045. Honorius Auguſtodunenſis 1124. Gregorius Turonicus, an. Chr. 572. Rogerus ab Hoveden, an. Chr. 1200. Ingulfus Abbas 1050. Ioſephus Hebræus, Iulius Africanus an Chr 221. Albertus Krantzius 1517. Luitprandus anno Chr. 946. VVilhelmus Malmesburienſis an. 1142. Iohannes Nauclerus 1500. Guilelmus Neubrigenſis, an. Chr. 1208. Paulus Oroſius an. Chr. 415. Baptiſta Platina an. Chr. 1481. Matthæus Paris ſive Pariſienſis, 1259 Palladius, Galata, an. Chr 410. Rufinus Aquilejenſis, an. Chr. 377. Severus Sulpitius, an. Chr. 420. Socrates an. Chr. 439. Sozomenus, ejus σύγχρονος. Ant. Sabellicus 1506. Æn. Sylvius, an. Chr. 1458. Theodoretus, an. Chr. 423. Ioh. Trithemius, 1516. Guil. Tyrius 1175. Victor Vticenſis, an. Chr. 487. Iacobus à Vitriaco, 1220 Ioh Villanus, an. Chr. 1348 Henricus Vtidonenſis, 1152. Conradus Vrſpergenſis Abbas, ann Chr. 1215. Iacobus VVimphelingius ann. Chr. 1494. Vuitichindus an. Chr. 973 Iohannes Zonaras, an Chr. 1120. Nec II. Chronologi Hiſtoriæ Theologicæ colophonem imponunt. Neceſſarii tamen ſunt ut conſtet, quid quovis contigerit tempore, Ita, ut vel aliquos hoc loco commemo-

remus

temus, ab orbe condito ad an. Chr. 330. ſcripſit Euſebius Cæſarienſis. Ad an. Chr. 381. continuavit Hieronymus. Ad an. 448. perrexit Proſper. Ad 519. perduxit Caſsiodorus. Ad 534. Marcellinus Comes. Ad 625. Iſidorus Hiſpalenſis. Ad 725. Beda Venerabilis. Ad 842. Nicephorus Conſtantinopolitanus. Ad 879. Ado Viennenſis. Ad 905. Rhegino Abbas. Ad 1050. Hermannus contractus. Ad 1077. Lambertus Schnaphnaburgenſis. Ad 1083. Marianus Scotus. Ad 1086. Leo Hoſtienſis. Ad 1100. Berchtoldus Conſtantienſis. Ad 1112. Sigebertus Gemblacenſis. Ad 1185. Gothefridus Viterbienſis. Ad 1100. Dodechinus continuator Mariani. Ad 1212. Robertus de monte, continuator Sigeberti. Ad an. 1285. Martinus Polonus. Ad an. 1307. Siffridus Presbyter. Ad 1449. Matthæus Palmerius Ad 1481. Matthias Palmerius. Ad 1484. VVernherus Rolvvinck, Carthuſianus, author faſciculi temporum. Ad 1500. Iohañes Nauclerus. Ad 1514. Iohañes Linturius, continuator VVernheri. Ad 1515. Paulus Langius. Plenam & accuratá rerum in Eccleſia geſtarum, tam *perſonalem*, quàm *realem*, tam *dogmaticam*, quàm *Leiturgicam* habebimus Hiſtoriam, cùm ex omnium ſeculorum ſcriptoribus, aliquibus ſaltem, Theologis, Hiſtoricis, Chronologis, Philologis, collegerimus, quidquid ad hujus Methodi complementum fecerit. Omnes enarrare omnium ætatum viros celebres inſtituti noſtri non eſt. Sequiorum ſeculorum habituri rationem paucos (integer Catalogus ab alijs contextus eſt, & recentiſsimè tum à Reformatis, Gerhardo Mejero, Bibl. Theol. contracta, tum à Pontificijs, Ieſuita Labbæo, T. II. Diſſert. Philol. deſcript. Eccleſ.) exhibebimus, ex Bibliotheca noſtra obſervatorum. Secul. VIII. Beda, Paulus Diaconus, Druthmanus Chriſtianus. I X. Nicephorus, Patriarcha. C. P. Smaragdus, Amalarius, Rabanus, Maurus, Haymo; Photius, Nicetas, David. Sec. X. Batricides, Alexandrinus, ſcriptor Arabicus. Moſes, bar cepha. X I. Simeon Monachus Dunelmenſis, Hermannus contractus, Lanfrancus, Theophylactus. XII. Ioh. Zonaras, Bernhardus, Rupertus Tuitienſis, Hugo de S. Victore, Petrus, Novarienſ. Lombardus, Gratianus, Ioachimus Abbas, VValdus, VValdenſes; Iohannes, & Richardus Priores Haguſtaldenſes, Serlo, Ailredus Abbas Rievallenſis. XIII. Orientales Theodorus Balſamo, Iſa bar Ali, Elmacinus, Arabes, Nicetas Choniates, Georgius Logothetes, eruditiſsimus ſui ſeculi Græcus. Conradus, à Liechtenau Abbas Vrſpergenſis, Orem, Rodulphus de Diceta, Londonienſis, Alexander de Hales, Guillelmus Pariſienſis, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Bonaventura, Balamoregienſis Guilel. de S. Amore, Raymundus Lullius, Richardus de Mediavilla, Hugo Cardinal. VVilhel. Durantes, ſive Durandus Gervaſius Dorobornenſis, ſeu Cantuarienſis, Iohannes Scotus. XIV. Thomas Stubbes, ſive Stobæus, Alvarus Pelagius, Iohannes Vitoduranus, Guilelm. Thoma, Henricus Knigthon, Occamus, Nic. Lyranus, Petrus Bertrandus, Cardinal. Petrus de Palude, Adamus Goddam, Simeon de Caſsin,

Robertus Holkot, Franciſcus Petrarcha, Iohannes Taulerus. Ex *Græcis* Barlaamus, Nicolaus Cabaſila, Nicephorus Gregoras, Calliſti fil. cujus collectaneorum libros duos dedit Theodorus Lector. XV. Iohannes Huſſ, Petrus ab Aliaco, Michael, Lochmair, Franciſc. Zabarella, Iohannes Gerſon, Thomas Netterus, vulgò *VValdenſis*, VVernherus Rolevvinck de Laer, Carthuſianus, Henricus Kalteiſen, Felix Malleolus, Henricus Nidhartus, Nicolaus Clemangius, Iohannes Niderus. Andreas Cardinalis, & Archiepiſcopus Craynenſis, Pogius, Rodericus Zamorenſis, Rodericus Toletanus, Iacobus de Voragine, Michael de Hungaria, Antoninus Florentinus, De Secubia, Æneas Sylvius, Ioh. de Turre Cremata, Antonius Panormita, Nicolaus de Cuſa, Dionyſius Carthuſianus, Thomas Hemerchem, ſive Malleolus de Kempis, Savanorola, Gabriel Biel, VVeſſelus Groninganus, Marcellus Palingenius, Keiſersbergius], Angelus Politianus, Franciſcus Philelphus, Iohannes Picus, Iacobus de Valentia, Marſilius Ficinus, Sabellicus, Nauclerus, Petrus Galatinus, Laurentius Valla, Faber Stapulenſis, Hochſtraeten, Iohannes Murmellius, Iacobus VVimphelingius, Paulus VVann, Iohannes Reuchlinus, Iohannes Stella, Raphael Volateranus, Pelbartus de Temeſvvar, Guilermus, Paulus Corteſius, Anton. Bonfinius, Thomas Cajetanus, Eraſmus Roterodamus, Adrianus. VI. qui tamen poſteriores Seculum XVI. aſſecuti, ad ipſam uſque pervenerunt Reformationem. Hoc demum apparatu Theologus antiquitatis ſcruta feliciter excutiet, & ex denſiſsimis Papatûs tenebris lucis ſtricturas nonnunquam eliciet. Id quod πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως huc usque à viris magnis tentatum eſt. Et alij quidem generaliter univerſam percurrunt *Theologiam Hiſtoricam*, Methodo vel *Chronologica*, vel *Logica*, ſive Topica. *Prior* obſervatur in *Catalogo Teſtium veritatis*, à Flaccio Illyrico collecto primùm, ab aliis poſtea locupletato & emendato, quo luculentiſsimè oſtenditur, nullum planè fuiſſe ſeculum, quo Chriſtus veritatis Teſtes contra emergentem, paulatimque graſſantem tyrannidem Antichriſtianam, non habuerit. Goulartij Editio noſtris maximè commendanda, veluti totius Antiquitatis Eccleſiaſticæ promtuarium. Eundem intendit ſcopum Iohannes *VVolfius* in ſuis lectionibus memorabilibus. Qua etiam Methodo nobis noſtras viſum fuit, in *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, ſingulorum eculorum inſtituere Συμβιβάσεις. Huc pertinent, quæ Mareſius Gaultherio oppoſuit, Luthardus Parallelis Harſcheri Friburgenſis. Hæc de Chronologica ratione. *Topicè* procedunt Altingus in Theologia Hiſtorica, quæ, etſi loca tantùm de *Theologia Scriptura, Deo & decretis*, brevi nobis ſit exhibitura; ſtudijs tamen publicis eximiam afferet lucem. Forbeſius, in inſtitutionibus Hiſtorico-Theologicis; in quibus illud maximè deſideramus, quòd per univerſam Theologiam doctiſsimi viri non liceat admirari diligentiam. In Hodegetico noſtro tripartito eandem amplexi ſumus tractandi rationem. Præivit, ſed ſuccinctè & breviter, ſtatim à Reformatione *VVeſtbemerus*, in ſuo Conci-

liatore

liatore, & qui, ſimia ejus eſt, *Hermannus Bodius*, unione diſsidentium. Secutus David VVetterus, in teſtimonijs de præcipuis *veræ* religionis capitibus, ex Scripturá & Patribus collectis. Ad hanc claſſem referendi ſunt, qui vel a. *Summas* controverſiarum, in genere, ſcripſerunt *Hiſtoricè*, qualis Hornbeckij, ſcriptum ſtudioſis, in ipſo ſtatim Theologici curſus limine utiliſsimum: vel b. *Statum religionis* tam veræ in Chriſtianiſmo, quam falſæ in Gentiliſmo, Iudaiſmo, Muhammediſmo &c. conſiderato. Hæc noſtra in Hiſtoria Eccleſiaſtica primaria fuit meta: vel c. Ex *Patribus*, ſive ſingulis ſive omnibus locos comunes conſcripſerunt: *Illud* ex Auguſtino, Piſcatorius, Chryſoſtomo VVyſsius; *hoc* Goulartius in Apophtheginatibus præſtiterunt: vel d. ϑετικῶς, de *religionis chriſtianæ antiquitate* egerunt, qualis eſt Bibliandri compendiaria explicatio de religione & rectè vivendi ratione omnium gentium. Ejuſdem Chriſtiana & Catholica doctrina, fides, opera, Eccleſia Divi Petri Apoſtoli: vel e. in ſpecie *Papatum novitatis arguerunt*, qualis eſt Novitas Papiſmi Petri Molinæi; Sleidani de Papatus origine & incrementis: Novæ doctrinæ ad veterem collatio Vrbani Rhegii, Anonymi de diſſidio in religione, & collatione veterum rituum cum recentioribus; Salmaſij de Primatu Papæ: vel f. ὕπαρξιν *veræ Religionis ante Zuinglium, Lutherum* &c. oſtenderunt. Excellit hic tractatus Jacobi Vſſerii de ſucceſsione Eccleſiarum Evangelicarum; Iacobi Huldrici addi poteſt, de Eccleſiæ Electorum Dei inter medium præteritorum ſeculorum Papatum ὕπαρξιν, Oratio: Sed de his in *Topica ſpeciali*, loco de *Eccleſia*, plura afferemus: vel g. *Hæreſes*, hæreſiarchas, &c. Impoſtores detexerunt: *Pelagium* Vſſerius & Voſsius, in Hiſtoria Pelagiana, *Muhammedem* Hottingerus, in Hiſt. Orientali & Eccleſiaſtica: *Veteres*, Danæus in Auguſt. ad Quodvult Deum, &c. vel h. *Origines Eccleſiaſticas* ſcripſerunt, ut Bullingerus de originibus errorum, Hoſpinianus de Templis, Monachis, Sacramentis &c. vel i. *Elencticè adverſarijs Antiquitatis arma eripiunt*, larvam detrahunt, & fraudis Novatores Pontificios evincunt. In hoc Gymnaſio exercitatiſsimus fuit Caſaubonus ſuis in Baronium Exercitationibus. Id unum dolemus, operam affectam, à nullo hactenus fuiſſe continuatam vel k. *Papatum ex Pontificijs Scriptoribus* confutârunt, Iohannes Fayus, & nuper Fran. Guerinus: vel l. *Papatum cum Gentiliſmo compararunt*, ut Franc. Crojus. Nihil verò in hoc ſupereſſe videtur, quàm accuratum *Lexicon Eccleſiaſticum*, id quod verbis proponam Theologi de Eccleſia & Schola Bernenſi optimè meriti, D. *Chriſtophori Luthardi*, jam anno 1647. ad me ſcriptis, occaſione Theſauri mei Philologici, tum editi: *Communicabo tecum ex occaſione doctiſsimi tui Theſauri id, de quo aliquoties jam cum alijs locutus, ore & ſcripto. Vidimus egregia ſcripta multa hactenus in Vetus & Novum Teſtamentum: Polemica multa, erudita certè contra omne genus hæreticos. Unum verò eſt, quod*

hactenus deſideravi, & procul dubio, multi alij mecum. Lexicon dico aliquod Theologicum, juxta ordinem Alphabethi conſcriptum, quod nobis exponeret vocabulorum Hebraicorum & Græcorum ἐγγράφων Etymologiam, Synonymiam, Homonymiam. Theologicas quinetiam definitiones, diſtinctiones, Canones, Scripturæ Phraſes, & Patrum dicta. Exempli gratiâ, B. Baptiſmus *Græcum vocabulum quot modis in Scriptura ſumatur. Diſtinctio* fluminis, Luminis, Flaminis, ſanguinis. *Quid Baptiſmus ὑπὲρ νεκρῶν Paulo? Variæ Patrum expoſitiones. Atque huc referenda eſſent omnia, quæ Theſaurus tuus habet. Opus eſſet ingentis laboris, judicij, lectionis. Perluſtrandi omnes Patres, Græci, Latini: Critici etiam & Etymologici Hebræi, Græci, Latini. Theologicorum libri tum exegetici, tum Polemici. Sed utilitas omnem hunc laborem ſuperaret.* Hæc amiciſſimus Theologus Bernenſis, ut laborem tum mihi commendaret. Prodijt intereà Bibliotheca *Ravanelli*, quæ vocum ἐγγράφων adeò abſolutum exhibet examen, ut nihil in Eccleſiaſtarum uſum edi potuiſſet utilius; ſed in *Eccleſiaſticis*, ut ita loquar, ijsque ἀγράφοις potiſſimùm, eruendis & explicandis terminis, aliquid adhuc reſtare videtur. Lexicon *Theologico Hiſtoricum*, vel *Eccleſiaſticum*, quæ voces in Eccleſia receptas, ordine Alphabethico, traderet, & ea quidem cura, ut non Lexici modò vicem præſtaret accurati; ſed & origines, varietates rituum Eccleſiaſticorum &c. breviter & ſolidè panderet. Hoc, meo judicio, dignum eſſet ſtudium, cujus patrocinium illi, qui literaturæ bene cupiunt proſpectum, ſuſcipere meritò deberent, cujus etiam ſpecimen nos brevi daturos ſperamus: ipſam, ubi Deo viſum fuerit, vel ad calcem Hiſtoricæ Eccleſiaſticæ, vel alia occaſione telam, aggreſſuri.

F. Caſuiſtica. F. *Caſuiſtica* ſuccedit. Integra, initio Reformationis, *ſyſtemata* caſuum examini non obſervo deſtinata. Prout poſtulare viſa fuit occaſio, ita vel commentarijs vel Locis communibus inſertum fuit, quod conſcientiæ inſerviit curandæ. *Epiſtolæ* cumprimis Virorum eruditorum *Theologicæ*, hanc uberrimè tractant materiam. Zuinglij, Oecolampadij, Lutheri, Calvini, Melanchthonis, Bezæ, aliorum &c. fidem abundè faciunt Epiſtolarum Tomi. Vnde ſuppellectilem illam, eò ſemper majori habui loco. Viſum tamen paulatim noſtris fuit, hanc etiam tradendæ Theologicæ viam calcare, & quæſtionum Practicarum, ſive caſuum conſcientiæ inſtituere ex profeſſo examen, ſive per *explicationem Decalogi*, ut Perkinſus, Rivetus, &c. ſive per *Ethicas chriſtianas*, ut Danæus; ſive *integra caſuum ſyſtemata. Vbi τὰ πρωτεῖα* libenter Perkinſo Anglo iterum hîc deferimus, qui tres de caſibus conſcientiæ ſcripſit libros, Latinitate donatos, à Thoma Draxo, 1609. VVolfgangus etiam Majerus, Baſileenſis an. Chr. 1603.

Digitized by Google

ejuſdem Latinè vertit] anatomiam humanæ conſcientiæ, cum curandi, conſervandique genuina Methodo. Succeſſerunt non in Anglia modò & Scotia; (de quibus ſup. pag. 62.) ſed & in Belgio & Germania alii, Ameſius, Alſtedius, & nuper Voetius, cujus primam partem Politiæ Eccleſiaſticæ poſtremæ jam nobis nundinæ dederunt. Ad hanc Claſſem *judicia* pertinent Facultatis Theologicæ, cujus, in Germaniæ & Belgij Academijs, prima ſemper in ſuffragijs fuit authoritas. Talia quædam de juramento &c. occurrunt in operibus VVal. T. II. Extant etiam nonnulla in Actis Facul. Theol. Heidelberg. Archivum noſtrum Eccleſiaſticũ ejuſmodi conſilijs, inde à ſeculo conſcriptis abundat.

G. Magnam cum ſuperiori γειτνίασιν habet *Aſcetica*, quæ, in exercitiis pietatis conſiſtens, propriè vocari poteſt *Practica*. Aſcetica hæc exculta fuit ab ipſis etiam Patribus, ut ex Auguſtini patet Soliloquijs. In *Media*, & Papiſmi tenebris involuta ætate purioris Chriſtianiſmi ſtricturæ ſplendidiores nullæ emicuerunt, quàm ex ſcriptis ejuſmodi Aſceticis, ut ex Thomæ de Kempis, Bernhardi, Anſelmi, Gerſonis, Savanarolæ, Lippi Brandolini, Tauleri, Keiſersbergij, aliiſque haud obſcurè colligimus ſcriptis. Circa *Reformationem* Eraſmus jam, & Ludovicus Vives, præ cæteris publicè & disertè quidem ſatis monuerunt, non eam, quæ in σωματικῇ γυμνασίᾳ oſtendebatur, rituum & Ceremoniarum varietate, veræ pietatis conſiſtere ἔνδειξιν. De alia ſeriò cogitandum ἀσκήσει. Et quanquam ipſi terram promiſſam noluerint ingredi, Ægyptiacam tamen laterariam ſibi diſplicere, non illibenter teſtati ſunt. Inſpiciatur Eraſmi militis Chriſtiani *Enchiridion*; Ejuſdem, de contemtu Mundi; Ejuſdem, quomodo Chriſtianus liber ſit, & tamen ſervus; Ejuſdem libellus conſolationis pro afflictis in hac vita. *Ludovici Vivis* excitationes animi ad Deum. Per *Reformationem* ſtudium hoc Aſceticum magnas acquiſivit vires. Reformatores, eorúmque ſuccenturiati vel Concionibus, vel Orationibus, vel integris etiam tractatibus, ſuam hac in parte luculenter probârunt induſtriam. In *Helvetia*, Bullingero multum deberi, Ottoni VVerdmyllero; &, in vicina Conſtantia, Ambroſio Blaurero; In *Gallia* Taffino, Spinæo Pleſſæo, ſcripta eorum Aſcetica loquuntur. *Anglia*, ut *ſupra* diximus, ſummam ex his ſtudijs reportavit laudem. Familiam duxit Perkinſus, quem alij quidem, ſed rudiori Minerva, anteceſſerunt, Bradfort, Greenham, Dearing, Cartvvrichtus. Perkinſum ſequuti ſunt Ludovicus Baili, Author, ut vulgò habetur, Praxeos pietatis, Emanuel Sonthon in Cimelio, Guil. VVatelei in Exercitijs, Ioh. Dovvnam in Doctore ad Pietatem &c. Nathanael Coale in præſervatis adverſus peccata, Ioh. Abernethius in Medicina ſpirituali, Kovvperus in Medicina conſcientiæ, Ioh. Haywardus in Sanctuario turbatæ animæ, Paulus Baynnes in Soliloquio & Oratione Dominica, Ioh. Donnus in meditationibus ſuper occaſionibus & meditationibus morbi ſui, alijque plures de quibus ſup. p. 65. In *Germania* ſolidus & exercitatus Aſceta fuit *Otto Caſmannus*, quo vix alius ad hanc ſupellectilem plura

G. Aſcetica.

contulit, ſubſidia. Extant enim ejus θανατοβουλία, ſive piè moriendi deſiderium, cui formula ſubjungitur adventantem mortem excipiendi: Γνωρίσματα & ſigna ſcientifica Electionis filiorum Dei: Chriſtianiſmi integritas, adverſus Pſeudo Chriſtianos & Pſeud Evangelicos, ejusdem mutilatores: Pulvinar ſecuritatis Chriſtianæ, nimirum Deus noſter, ejúsque per Chriſtum nobis reconciliati gratia, adeóque certa ſalus. Acceſſere ſub finem Luctæ diffidentis & confidentis quinque. Chriſtianus, nomine & re, ſorte & morte, ſuſpiriis plenus, quo ἡ ζωὴ ἡ θανάσιμος, ἀθανασία adumbratur: Pulchritudo omnium pulcherrima, Ieſus Chriſtus, Eccleſiæ ſuæ ſponſus, & ad illum perpetua ſuſpiria: Schola tentationum divinarum; cui ab eodém ſubjectum Nepenthes peccatorum contritorum & humiliatorum. Ejusdem Appendix Dialogiſtica inter pœnitentem, & Satanam tentantem. Ejusdem Mundus immundus, ut ejus vanitas agnoſcatur, malitia devitetur, contemtus contemnatur. Ejusdem lucta reſipiſcentis peccatoris in tentationibus adverſus Diabolum carnem & Mundum. Hæc, pluráque alia pium & candidum Caſmanni protulit pectus. *Belgium* etiam pridem, hoc verò maximè tempore, injuſtam eorum accuſationem, quaſi Theologia Reformatorum in mera conſiſteret altercatione, aut Theoria inani; quaſi exſucca illa eſſet, & exanimis, omnisque pietatis exſors, otioſorum ſpeculatio, contrario facto refutavit. Inter *Theologos Academicos*, præclaros ſiſtimus Phoſphoros, Henricum Altingum, cujus non Mſc. tantùm habemus tractatum de notis & κριτηρίοις Electionis tam noſtræ, quàm proximi noſtri; ſed & *Theologiam Practicam* ſive Aſceticam, affectam quidem, ſed pietatis eruditæ pleniſsimam, Hornbeckij Partem primam Theologiæ Practicæ, qua pleraque Religionis Chriſtianæ capita ad accuratam referuntur Praxin, ſive Ἄσκησιν. Deum veneror, ut gratià ejus Celeberrimus, mihique amiciſsimus author utiliſsimo operi colophonem brevi addat! Aſceticam etiam in Diſputationibus Eſſenij, Vltrajectini Theologi, obſerves. Multum ad eandem confert Voetij Politia Eccleſiaſtica. Ex *Miniſtris* Belgis præcedit VVilhelmus Teſtingius, Selandus, in clave demonſtrationis, Praxi pietatis, Soliloquijs, formulis precum. Sequuntur Irenæus Philalethius in columna ignis & nubis, Arnoldus Cornelius in Orat. Dominicam, Godefridus Vdemannus in Meditationibus. Quemadmodum verè Phyſici & Anatomici non ſemper integra expendunt corpora, ſæpe σκελετὸν conſiderant, ſæpe diſtincta corporis membra: Eadem ratione qui non generationem Phyſicam, ſed regenerationem hyperphyſicam explicant, non rarò per compendia, ex vaſtis operibus contracta, nos ducunt, &, ubi opus eſt, certa regenerati, hominis officia expendunt. Ita, ex Anglicis ſcriptoribus, compendium operum Preſtoni, Meditationes Sibbſij, Praxis pietatis Bailii uno quaſi intuitu exhibent, quicquid vaſtis alibi Tomis continetur. Vbi per partes hæc ἄσκησις ſe exerit, I. Euchologia

Digitized by Google

chologia tradit, ſive juxta textum aliquem Scripturæ, ut ſunt Martyr & Pictorius, juxta Pſalterium Davidis, *Treviranus*, juxta textus Dominicales, ſive juxta certos dies, caſus &c. conſcripta, cujusmodi inter Reformatos cenſentur Toſſani, Henrici VVolfij, Turretini, Neubergeri, Felicis VViſsii. Quo etiam referri debent preces ſolennes ſive dierum Feſtorum, ſive jejuniorum publicorum, ſive Electionum Magiſtratuum, &c. quas enarrare omnes prolixæ nimis foret operæ. II. Afflictos erigit. Hinc tot ſcripta παραμυθητικά. Vlmeri conſolatio pro triſtibus & conſternatis animis peccatorum, ex Germanico verſa. Iohannis Spinæi Andegavenſis, de tranquillitate animi libri 7. III. *Ægrotos ſolatur*. Bullingeri tractatus quo modo ægroti, & moribundi tractandi IV. *Moribundos instruit*, mortisque timorem excutit. Ambroſii Blaureri Theſaurus ſpiritualis Chriſtianæ præparationis contra mortem. Liber conſolatorius pro moribundis Iohannis Odenbach. Præparatio ad mortem, Iohannis Zuiccii. Comparatio vitæ & mortis Philippi Mornæi, ubi vitæ mors multis paraſangis præfertur. Parma contra mortis arma, ex Anglico nuper tranſlata. V. *Contra afflictiones, calamitates, perſecutiones munit*. Solatium ex cap. 2. Habac. contra varias calamitates & afflictiones, Iohannis Fabricij, Curienſis. Gualtheri de varietate ærumnarum, & præſtantia ſolatij fidelium, in Chriſto, ex 2 Cor. 1. Ejusdem de perſecutionibus, aliisque afflictionibus ex Iac. 5. Ottonis VVerdmylleri Aureola, per Iacobum Kolerum contracta, & Latinè reddita, Cameronis conſolatoriæ ad Burdigalenſes. VI. *Conſcientiam turbatam, triſtem ad ſe redire jubet*: Hilarius ſeu Antidotum contra triſtitiam, Nicolai Vedelij: Praxis tranquillitatis, ex Georgio VVebbe Anglo, nuper Germanicè verſa. VII. *Ad pœnitentiam deſides excitat & promovet* Iohannis Taffini libri quatuor de emendatione vitæ, ubi diſtinctè; a. quæ primaria ſint peccata, quibus pœnitentia impeditur. b. Quæ primariæ pietatis & virtutum partes. c. unicuique, ratione officij, incumbere, ut ad frugem redeat d. Rationes pænitentiam urgentes. VIII. *Peccatorum confeſsionem urget*. Iohannis Spinæi Andegavenſis de Confeſsione peccatorum. IX. *Λατρείαν λογικὴν, militiam Chriſtianam, virtutum ſtudium prolixè commendat*. Quò pertinent Thalaſsij Hecatontades quatuor de charitate, continentia, & regimine mentis ex Interpretatione Ioh. Oecolampadij. Matthiæ Erben, de pœna ἀσωτίας, ex Baſilio, Chryſoſtomo. Rivetus de ſacrificio noſtri ipſorum: Ejusdem de quæſtu magno: de militia Chriſtiana. Hofmeiſteri exercitium temperantiæ, & fuga ἀσωτίας. X. *Scandala tollit*. Calvinus de ſcandalis, quibus hodie plerique abſterrentur, nonnulli etiam alienantur à pura doctrina Evangelij. XII. *Ad ſacra myſteria nos præparat*. Preces & meditationes piè communicaturi, Drelincurtij &c. XIII. *Morbum & medicinam ſpiritualem oſtendit*, VVolfgangi Mejeri ſpeculum

lum ſpiritualis medicinæ omnium morborum. Ejusdem ſpiritualis uſus thermarum. XIV. *ſenectuti denique conſulit*, ut ex ijs quæ Toſſanus & Rivetus de ſenectute meditati ſunt, colligere licet. Plures conſtituere potuiſſemus Ἀσκήσεως Chriſtianæ Claſſes: ſufficiant tamen hac vice, jam allatæ. Illud coronidis loco monemus, Theologiam Aſceticam in Reformatorum Scholis, & Eccleſijs ab aliquo potiſsimum tempore adeò piè conceptam, ſeriò tractatam, & doctè eſſe propoſitam, ut non dubitemus, quin candidiores inter Pontificios, ingenuè nobis ſint largituri, non in his minus quàm Exegeticis, & Polemicis ſtudijs Theologos noſtros præcurrere. Quanti Idiotam, Taulerum, Gerſonem, Kempiſium, Rusbrochium, unum & alterum ex millenis ſuperiori ſeculo fecerunt? Quid verò illi ad magnum noſtrorum numerum? Fermenti ſemper aliquid, Pontificij χρείττονες ἄλλων, optimi etiam, mediæ ætatis ſcriptores, interſpergebant, vel Scholaſticæ ſcabritiei. At fervent noſtri Spiritu, totúmque quaſi hominem juxta S. Sc. μετασχηματίζουσι. Reformationis tempore dogmata erant primò purganda: nunc, ne aliud dicere, aliud ſentire videantur Theologi Reformati, mores & vitam dogmatibus adaptant. Sed de his copioſius jam agendi locus non eſt.

H. Eccleſiaſtica.

H. *Eccleſiaſtica*, ad quam accedimus, vel Concionandi Methodum præſcribit, vel Conciones exhibet integras. Vtroque nomine Eccleſiæ Reformatæ multùm fuerunt occupatæ. Quàm enim jejunæ, inſulſæ, Evangelio indignæ ſuperioribus ſeculis in Romanæ Eccleſiæ pulpitis & traditæ & auditæ fuerint Conciones, Concionumque Methodi, vel Eraſmus (qui tamen morbum felicius indicat, quàm tollit) in ſuo monet Eccleſiaſte, ſeu ration. Idem prolixè in *Hiſtoria* noſtra Seculo præſertim XVI. concionum Theologorum Pontificiorum verbis oſtendimus. Compendium verò tum in Gymnas. Theologico, diſputatione de Theologia Eccleſiaſtica & Caſuiſtica, tum de Neceſſ. Reformat. Eccleſiaſticæ, dedimus. Vt vero emendaretur, quod longa conſuetudine irrepſit malum, *regulæ* I. erant *præſcribendæ*, *Methodi* tradendæ, ad quas Conciones formarentur. Quam operam aggredi primum in *Helvetia* fuerunt auſi Rodolphus Gualtherus, Theologorum Practicorum anteſignanus, Bucanus, &c. quos longo exceperunt intervallo Breitingerus, & Chriſtophorus Luthardus. Secuti in *Germania* eximij Dei Servi Sohnius, Scultetus, Keckermannus, Altingus, Theologi *Heidelbergenſes*: quibus etiam, in Collegio Sapientiæ, ſtudiis per Vrſinum & Pareum diligenter fuit litatum. *Marpurgi* Hyperius, Theologus ſolidiſsimus. *Herbornæ* Zepperus. *Bremæ* Ludovicus Crocius. In *Belgio* Iohannis Martini ſtudium meritò commendatur, & Practicæ tradendæ felix conatus. Scripſit & *VValæus* formandarum Concionum Methodum. Ad *Anglorum* pleraque hodie, in Belgio, & Germaniæ nonnullis locis, Practici, accedunt exemplum, eorundemque vel Methodos vertunt, vel contrahunt, vel imitantur.

VVilhelmi

Digitized by Google

VVilhelmi Perkinſi Prophetica præit. Sequuntur Iohannes VVilkins; Gulielmus Priceus: Oliverius Bovvles, &c. II. Varia deinde *ſubſidia* ad contexendas conciones, erant ſubminiſtranda, qualia ſunt quæ ſup. p. 156. indicavimus. III. *Integræ conciones* ſive Homiliæ adornandæ, idque vel A in *integros S. Scripturæ libros*, quorum Catalogum jam dedimus, vel B. In *certa Scripturæ tmemata*, cujusmodi ſunt *Textus Dominicales*, quos vocant, Sculteti. Nahumi, Noubergeri; vel C. in *dies Feſtos*, ſive *omnes*, ut ſunt feſtales Bullingeri, Gualtheri, per Homilias & Archetypos, Muſculi, & nuper Iohannis VVirzii & Felicis VVyſsii; ſive *certos*. In Feſtum a. *Nativitatis*, Homiliæ ſex Gualtheri, Meſtrezatii, ex Malach. 4. v. 2. Eſaj 7. 14. Luc. 1. 37. Chriſtiani Schotani Genethlia, Ezech. Spanhemii de Præſepio Chriſti. b. *Circumciſionis* Gualtheri, & Marci VVidleri c. *Paſsionis* Bezæ, Gualtheri duæ de paſsione conciones, Schotani. d. *Reſurrectionis*, VVillingi, Oecolampadii de gaudio reſurrectionis, myſterio tridui, item de Sacramento Euchariſtiæ. Schotani Paſcha, ſive Conciones de Reſurrectione D. N. I. Ch. e. *Aſcenſionis* VVillingi, & ante eum Bullingeri C. Sunt etiam Conciones *Topicæ*; quibus vel *univerſa* Theologiæ traduntur Syſtemata, vel *certa tantùm capita*, ſive didacticè, ſive Elencticè. Ad *priorem* Claſſem pertinent Decades Bullingeri varijs Linguis editæ, & Theologorum Bibliothecis meritò inferendæ, avidiſsimè ante hac ubique receptæ: Ottonis VVerdmulleri Conciones de ſummis Relig. capitibus: Iacobi Triglandij *vis pietatis*, nuper in Linguam Germanicam translata per Diethelmum Hegnerum. Hanc compendiosè tractavit materiam una concione Bernæ Zuinglius Theoreticè, nuper practicè de ſecreta myſteriorum revelatione Ioh. Huldricus. *Poſterior* Claſsis certos tractat locos communes Theologicos, de a. *Sacramentis*, VVillingus, Vlmerus: Breitingerus de communione corporis & ſanguinis Chriſti ex 1. Cor. 10. Ejusdem panis vitæ Ioh. 6. quem locum etiam expoſuit, ante eum, Lavaterus. De cauſis errorum in Cœna Domini, Oleviani. Benedicti Aretii conciones tres de Cœna Domini; Præparatoriæ conciones variæ. Cameronis, ex 1. Cor. 11. 23. 24. 25. Alia in v. 25. de ſenſu verborum, Hoc eſt corpus meum, alia in eundem verſum, qua oſtendit, Cœnam non eſſe ſacrificium. Ex Apocal. 18. v. 4. ad Academicos communicaturos. In Iohannis c. 6. conciones [illegible] habuit ſeptem tres priores, in v. 51. 54. 55. & 56. quarta in v. 58. 59. ubi comparatio inſtituitur inter Chriſtum & Manna, quinta in v. 59. ſexta in v. 6. ſeptima in v. 61. 62. b. *De ſalute, medijs ſalutis* &c. Bullingeri de ſalute fidelium. Ejusdem eſt Oratio ad Francorum Regem de Perfectione Chriſtianorum. Ejusdem communio ſalutis fidelium V. & N. T. Fide Chriſtianorum Iohannis Fabricii. c. De *Prædeſtinatione*, Iacobi Coleri, ex Gallico tranſtulit. d. De *ſervitute peccati* & libertate fidelium, Gualtheri ex c. 6. Epiſt. ad Rom. e. De *ſabbatho* Ioh. VVolfii in Marc. c. 2. Bumanni ex Ieremi 17. f. De *[illegible] ſacrificio*, Iohannis Halleri, Riveti. g. De *uſu bonorum temporalium*,

lium; Bullingeri, cum translatione Halleri. h. De *ſalutatione Angelica*, B. *Virgine Maria* &c. Huldrici Zuinglij, Iohannis Pontiſellæ, Rodolphi Hoſpiniani. i. De *fide Petri*, Ioh. VVolfii ex Matth. c. 16. *k.* De *ratione & modo fugiendi peſtem*, VVillingi conciones 14. l De *Anti chriſto*, Rudolfi Gualtheri &c. De *ultimo judicio*, ejúſque Prodromis, Bullingeri ex Matth. 25. Iohannis Stumphij. Iacobi Koleri præparatoria ad Chriſti adventum. n. De *perſecutionibus*, ſolatio in Perſecutionibus &c. Conradi Kochii Sphærulæ precatoriæ, tempore perſecutionnm apprehendendæ. Ambroſii Blaureri præparatio ad moleſtas tentationes. Gualtheri, de calamitatum varietate, ex 2. Cor. 1. Bullingeri de liberatione ex adverſitatibus, Matth. 14. o. De *Magis*, magia &c. Sculteti, Gernleri. p. De *delectu ciborum*, & ſcandalo &c. Zuinglii. *Miſcellanea* conciones, cujusmodi ſunt, Iohannis Groſſij theſaurus concionum ſacrarum omnigenarum, Catecheticarum nempe, Dominicalium, præparatoriarum, Feſtalium, Euchariſticarum, nuptialium, funebrium, anniverſariarum, pœnalium, pœnitentialium, Hiſtoricarum, auſpicatoriarum, valedictoriarum &c. Bernhardi Textoris Pandectæ Sacrarum Concionum. Quibus ex recentiſsimis addi poſſunt Dieſtius, Martinius, Sibelius &c. Bartholomæi Anhornii Meletemata ſacra, Miniſter Chriſti. E. *Extraordinariæ*, quæ non certis diebus, ſed ex incertis ferè occaſionibus naſcuntur, & ſic iterum vel *univerſales ſunt*, ratione ſive ſubjecti, ſive objecti; vel *particulares*, vel *ſingulares*. Huc referuntur conciones 1. de *Terræ motibus*, Zuingeri &c. 2. de *Eclipſibus*, Amyraldi &c. 3. *Ordinationes* & conſtitutiones *Magiſtratuum*, Kochii, Gernleri aliquot; Idea boni conſiliarii Georgii Raumeri. 4. *Dedicatione Templorum*, Fel. VVyſsii, Marci Burchkardi, Fuchſii, Gejeri, Theodori VVollebii, Meriani, &c. 5. Impoſitione manuum, Burckhardi. 6. *Bello & pace*, Svvæbelij. 7. *Nuptiales* Brandmylleri, Rueggii. 8. *Valedictoriæ* Triglandii, Schvvæbelii VViſsii, Anhornii, VVerenfelſij 9. *Dimiſſoriæ* in bellum, Hollenderi, Fuchſij. 10. *Pœnitentiales*, Hollenderi, VViſeri. 11. *Funebres*, vel *mixtæ* Brandmylleri, Panthaleonis Candidi, vel *ſeparatæ*, in obitum. 1. *Regum principum* &c. Danielis Toſſani, in obitum Friderici. IIII. Elect. Palat. And. VVellen conciones duæ Londini habitæ, antequam mœſtum funus Illuſt. Principis Henrici, Iacobi I. filij efferretur. Frid. Schvvæbelij in obitum Friderici, & Friderici Ludovici, Bipontinorum &c. 2. *Illuſtrium Virorum*, Theologorum, Studioſorum &c. quas enarrare omnes inſtituti noſtri non eſt. 12. Paradeigmaticæ, habitæ nempe, cum perſonæ publici ſcandali reæ, publicè cum Eccleſia ſunt reconciliandæ, *Gernleri*, &c.

I. Apocalyptica.

I. *Apocalypticam* quidam addunt, ſive revelationem rerum futurarum, vel 1. per *viſiones* & ſomnia, cujusmodi eſt viſio illa F. Nicolai Subſylvani, explicata per Theologos tum Pontificios, tum noſtros de Pontificis tyrannide: Lux in tenebris, nuper edita Latinè, ante hac Germanicè; Revelationes Plauſtrarii refutatæ per Conradum Holtzhalbium, vel 2. per *characteres* creaturis impreſ-

ſos,

ſos, qualis *Halieutica* Raphaelis Eglini Latinè & Germanicè conſcripta: vel 3. *picturas*, multis ante Reformationem annis ab iis relictas, qui & præſentem tum ſtatum ob oculos poſuerunt, & futurum votis ſaltem reformandum indicàrunt. Huc pertinent 132. figuræ Magicæ, æri inciſæ, item 72. Portenta, prodigia, miracula &c. laminæ itidem inſculptæ & evolutæ, quibus Ideæ reformandi Anti Chriſtum Tomum ſecundùm abſolvit Erycus Rhonæus, Neopat.

IV. *Ἐπίκρισιν* polliciti ſumus brevem & modeſtam. Illam, ne nimis videamur curioſi: hanc, ne judicandi potius temerè, quàm indicandi amicè ſumamus partes. De iis, qui Locos ſcripſerunt communes hîc, jam non amplius erimus ſoliciti. In *centuriis* noſtris *Heidelb.* examinavimus pridem *quid per Theologos Reformatos in tractatione Syſtematum Theologicorum fuerit emendatum? Quibus Reformata Theologia abſoluta fuerit gradibus? Quænam Syſtemata Theologica curſui Academico maximè hodierno die ſint accommodata?* De ſubordinatione Theologiæ Topicæ in Schola Tigurina, quædam adſperſimus *originib. Carolin.* pag. In *Elencho* contra *Pontificios* in Helvetia præcedunt Bullingerus, Martyr, Hoſpinianus. In Anglia Rainoldus, Iuellus, VVhitackerus, in Gallia Chamier & Molinæus. In Belgio Rivetus, Mareſius, &c. *Socinianiſmum* prolixè & doctè confutârunt Maccovius & nuper Hornbeckius noſter, Polyander, & Ioh. Iunius. *Anabaptiſmus* potiſsimum cecidit gladio Bullingeri, Spanhemii, Cloppenburgii, & Doreslaeri. *Remonſtrantiſmus* herbam porrexit VValæo, & Triglandio. *Libertiniſmo & Pſeudo Nicodemitiſmo* jugulum petiit Calvinus: In *Exegeticis* ſolidus eſt Bullingerus: Facundus & copioſus Gualtherus. Accurati Martyr, VVolfius, Simlerus. Plenus Pareus, in hoc ſcribendi genere ὑπερέχων ἄλλων, cujus commentaria in Epiſtolam ad Romanos, *theſaurum* magnus Theologus appellare ſolet; reliqua in Geneſin, & priorem ad Corinthios eruditi plurimi hactenus fecerunt. In *Eccleſiaſticis* Scultetus, Neubergerus, Sibelius, Streſo inter recentiores eminent. In *Hiſtoricis* Forbeſii Inſtructiones Hiſtorico Theologicæ cum Catalogo Teſtium veritatis ex Editione Goulartii vel exercitatis ſe commendabunt, & liberaliori utentibus otio: Tyronibus ex aſſe ſatisfaciet Perkinſi ementitus Catholiciſmus, Topicè i.e. ſecundum locos communes: Chronologicè i.e. juxta temporis ſeriem Symbibaſeis noſtræ vel Methodi facilitatem, & ἀκαταληψίας lucem habens. Utrumque obſervat Methodum *Scultetus* in Medulla. In *Aſceticis* Angli ferè jam ubique quæruntur. Ex ciſmarinis Hornbeckius, prout Voetius Politiam Eccleſiaſticam tradere nuper Syſtematicè cœperunt.

 CAPUT. III.

CAPUT. III.

DE THEOLOGIA SYSTEMATICA Confeſſorum Auguſtanorum.

1. Tractatio Locorum communium. 2. Varius eorum Elenchus. 3. Theologia Hiſtorica. 4. Caſuiſtica. 5. Aſcetica. 6. Eccleſiaſtica.

I. ETſi, qui Confeſsionis, quam vocant Auguſtanam invariatam, Confeſſores, præ alijs & Martini Lutheri diſcipuli haberi volunt, *Lutheranorum* Nomenclaturam non detrectent, Auguſtanos tamen hoc loco, ne Nomenclaturas διακριτικὰς perſonales amare videamur, vocare placet, qui Evangelici aliâs appellari ſolent. De ſtudijs eorum Theologicis à Reformatione excultis, actu ri à Topicis auſpicamur. Tractationis autem *Locorum communium* initium fecit Philippus Melanchthon, Methodicæ inſtitutionis, in Germania parens. Cujus loci communes ab alijs contracti ſunt in Epitomen; ab alijs plenius explicati, non à Chemnitio modò, ſed & cumprimis à Strigelio, Pezelio, genuinis Melanchthonis diſcipulis. Vrſini judicium de his locis alibi dedimus. Lutherus ipſe Locorum communium certum Syſtema non conſcripſit, Theodorus Fabricius tamen ex ſcriptis ipſius Latinis locos communes collegit, & in Claſſes quinque diſtribuit. Nec poſtea, quamdiu Melanchthonis valuit authoritas, Locorum communium Syſtemata multùm creverunt. Ea verò labefactata, nova etiam ſucceſſerunt locorum communium Syntagmata. Heerbrandus ſuperiori Seculo, ob facilitatem, non obſcurus erat: Nec Haſenreffero, qui & ipſe perſpicuus eſt, loco præſertim de Prædeſtinatione: Noſtra ætate Iohanni Gerhardo ob diffuſam eruditionem, multum defertur. Sed & Spangenbergius, VVigandus, judex, Schæferus. Leonhardus Hutterus, Balthaſar Mentzerus, Iohannes Valentinus Andreæ, Finckius, Prætorius, Pelargius &c. hæc ſtudia, etſi diſpartum animo, tum ſucceſſu, tractârunt. Simonis Pauli, Methodus Chytræi, Hemmingij via vitæ, & Enchiridion, tractatus Topici, majori ſe moderatione commendant.

II. *Elenchum* diximus varium. Et *mixtum* quidem eorum eſt, qui plures, pariter aggreſsi ſunt integris Syſtematibus Elencticis contradicentes: Talia ſunt Ioh. Affelmanni Syntagma Exercitationum Academicarum inter Lutheranos, Pontificios, Calvinianos, & Photinianos: Eckhardi faſciculus controverſiarum, Finckij Schediaſmata, Franzij Syntagmata Controverſiarum cum Calvin.

Pontif.

Pontif. Photin. Schroderi faſciculus Controverſiarum. *Pontificios* ſeriò & graviter in Saxonia ad ἐχεμυθίαν redegit Martinus Lutherus, cujus diſtinctæ diſputationes diſtinctè ex operibus vel ideo ſunt eruendæ, ut quo ordine Reformationis opus ſucceſſerit, accuratiùs videamus. Ita an. Chr. 1520. faſciculus Linguâ Germanicâ, Baſileæ jam prodiit, ubi continentur, explicatio Orationis Dominicæ, de Pœnitentia, paſsione Chriſti, Confeſsione, præparatione ad Cœnam Domini, de Indulgentiis; Invocatione ſanctorum, Purgatorio, præceptis Eccleſiæ, bonis operibus, Romana Eccleſia, de conjugio, præparatione ad mortem: de Excommunicatione: de precibus, Baptiſmo, Cœna Domini, Fraternitatibus, de communione ſub utraque ſpecie, de poteſtate clavium; bonis operibus. Alibi diſtinctè Lutherus innoteſcere voluit, librum, contra *Papatum* à *Diabolo* inventum: Ejuſdem eſt aſſertio omnium articulorum per noviſsimam Leonis X. bullam impiè & frigidè damnatorum: Rationis Latomianæ pro incendiariis Lovanienſis Scholæ redditæ, Lutheriana confutatio. Quæ *Melanchthoni* & Collegis, cum Pontificiis interceſſerint, tum ex operibus ipſius, Apologia præſertim Confeſsionis conſtat. Secuti ſunt alii, ſed diverſa Methodo. Pandectas Controverſiarum dedit Eckhardus: de ſectis, diſſenſionibus ſcripſit Flaccus, & poſt eum, ex Bellarmino, Pappus, &c. Toti verò Ordini *Jeſuitarum in genere* ſe oppoſuerunt Ioh. Affelmannus, in conflictu Anti Ieſuitico, Iohannes Cougerus, Donnerus in Ieſuita Nodoſo, Zæmannus in carnificina Eſavitica. Oſiandri cautela contra fulmen Ieſuitarum doctrinas. Ieſuitica modeſtia P. Andreæ VVagneri. Sophiſta πολυκέφαλος de Ieſuitarum Sophiſtica, quibus in congreſsibus utuntur, Binderi. Ἀνάκρισις ἐλεγχτικὴ h. e. de cenſura, quam Moguntini Ieſuitæ contra Ienenſem diſputationem protulerunt Ioh. Mulmanni. In *ſpecie* refutârunt. 1. *Serarium* Fridericus Balduinus. 2 *Gretſerum* Daniel Cramerus, Ioh Forſterus, Georgius Zæmannus, Melchior Volclo, Polycarpus Leiſerus. 3. *Bellarminum*, Froereiſenius, Leonhardus Hutterus. 4. *Laurentium Forerum* Melchior Nicolai, Iacobus Reihing. 5. *Gregorium de Valentia*, And. Oſiander, Iacobus Heerbrandus. 6. *VVagnereckium*, D. VVagnerus, 7. *Poſſevinum* & *Mylonium* Chytræus. 8. *Petrum Roeſtium*, Ieſuitam Molsheimenſem, Dan. Eraſmus. 9. *Coſterum* Lucas Oſiander. Apoſtata Piſtorius Chriſtophorum Agricolam potiſsimùm occupavit, Mentzerum, & Iacobum Heilbrunnerum. *Reformatas* Eccleſias, ubi ſemel exarſit bellum, Auguſtini Confeſſores, immoderatiùs, quàm Reformatis, ſive Evangelicis conveniat, tractârunt. Nempe, ut fratrum odia acerbiora ſunt, ita & fidei Sociorum ζυῤῥάξεις, ubi invaluerunt, preſsiùs urgent. Creverunt indies, cùm decreſcere quotidie debuiſſent. Et quamvis *Zuinglianorum* & *Calvinianorum* nomen quibusdam in locis ferè innotuerit; contra Calvinum nihil à Luthero durius fuerit ſcriptum, jam tamen & ab aliquo tempore officinarum frontiſpicia omnia, Cal-

vino & Calviniſtis nigrum theta ponunt. Ipſe ſtatim Lutherus Zuinglio publicis Concionibus & ſcriptis bellum indixit. Secuti, magno numero, Theologi non modò Academici, ſed & Eccleſiaſtæ, qui claſsicum cecinerunt. Et ſuperiori quidem Seculo controverſias vel auctas; in uno enim de Cœna Domini articulo initio Zuinglius & Lutherus diſsidebant; vel amplificatas contra noſtros ſcripſerunt tum alii, tum præſertim Brentius, Iacobus Andreæ primarij Vbiquitatis Patroni: Philippus Nicolai dentato nimis ſcripto in ſcenam prodiit Heerbrandus, Hunnius; Oſiander Matthæus, Mentzerus, Pappus, Schafmannus, Schluſſelburgius, Selneccerus, Stephanus Gerlachius, Daniel Cramerus &c. eandem tuderunt incudem. Quorum alii dogmata Reformatorum in *genere*, alii certos oppugnare maluerunt Doctores; eo animorum ut plurimum *πικρασμῷ*, ut & modeſtiæ Theologicæ condimentum, & charitatis Chriſtianæ ſalem meritò optimi quique deſiderârint. Succenturiati noſtro Seculo bellum ferventiſsimè continuârunt Affelmannus, Alberus, Balduinus, Dannhavverus, Dorſchæus, Eckhartus, Finckius, Botſaccus, Himmelius, Gerhardus, Hockerus, Hoe, Hutterus, Schöferus, VVinckelmannus, Behmius, Calovius, Feurbornius, Hulſemannus, quorum ſcripta Anti-Calviniſtica libentius Studioſorum teruntur manibus, quàm communi cauſæ Chriſtianæ expediat. Fieri enim non poteſt, ut teneri ſtudioſorum animi, abſurdis de Reformata religione hypotheſibus, imbuti, iis vel bene velint, vel pacis Eccleſiaſticæ toties oblatæ admittant conſilia. Rectius facturi, ſi communem potiùs defenderent contra Evangelii Adverſarios cauſam, quàm alendo pertinaciſsimo Schiſmati oleum affundere pergerent. Contra *Anabaptiſtas* Elenchum inſtituerunt Ægidius Hunnius, Petrus Hinckelmannus, Lucas Oſiander, Schluſſelburgius, Ioh. VVigandus. Contra *Socinianos* Graverus in Examine Sophiſticationum Socini, Meiſnerus conſideratione Theologiæ Photinianæ, Himmelius & Thummius in Collegio Anti-Photiniano, Hunnius contra Photinianos, Feurbornius contra inſtit. Oſterodi. Ejuſdem eſt Anti-Iedinus, Pet. Haber-kornius & Abraham. Calovius diſput. Antiſoc. Addantur Behmius, Tarnovius, Franzius: Botſaccus conſcripſit rationes contra vitandos Arianos & Neo-Photinianos. Andreæ Proeleï Matæologia Sociniana: VVinteri refutatio Socini de juſtificatione. *Svvenckfeldiana* deliria refutârunt Schluſſelburgius, Heilbrunnerus, VVigandus, VVinckelmannus. Huberi etiam, etſi diu inter illos latuerit, abſurditates publicè detexerunt. *Vorſtio & Vorſtianis* bellum indixerunt Alb. Gravverus, & Nicolaus Taurellus. Sed & *domeſticas* lites magna contentione ſeverunt. Et primò quidem *Helmſtadienſes*, Tubingenſium, cæterorûmque, libri Concordiæ authorum, conatum ægrè tulerunt, ſcriptiſque publicis illum improbarunt. Vnde errores Iacobi Andreæ craſsiores, collecti & detecti per Danielem Hofmannum. In eadem, noſtro tempore, Academia celeberrimus Theologus Calixtus, multorum incus eſſe debuit Theologorum Auguſtanorum, tum ob Concor-

dia

diæ ſtudium (quod tamen paulò contractius intra Reformatorum utrinque cancellos ſubſtitiſſe, ipſe mallem) preſsiùs ubique inculcatum, tum ob dogma S S. Trinitatis in V. T. revelatum. Sed doctis & elaboratis Apologijs uno anno Chr. 164. volumine emiſsis, cauſam ſuam contra Adverſarios maſculè defendit. De communicatione Idiomatum, primóq; ejus fundamento, ſitne à conceptione, an exaltatione, fusè inter *VVirtenbergenſes* & *Gieſſenſes* diſputatum fuiſſe in *Primit. Heidelberg.* pag. 210. breviter indicavimus. Arripuit ex diſsidijs iſtis domeſticis petendum *Forerus* Ieſuita occaſionem ſcribendi ſuam, Αἱλυρομαχίαν. Ad hanc poſteriorem controverſiam pertinent Melch. Nicolai conſideratio Theologica quatuor Quæſtionum controverſarum, de profundiſsima κενώσει D. N. I. Chr. Balthaſ. Menzeri neceſſaria & juſta defenſio contra injuſtas criminationes Lucæ Oſiandri, Melchioris Nicolai, & Theodori Thummij; in qua multi de perſona & officio Chriſti errores deteguntur & refutantur. Erant, qui, ceu Palæmones, ſe interpoſituri, diſsidentium partium conciliationem quæſiverunt. Theologi VVurtenbergici an. Chr. 1624. ediderunt amicam admonitionem ſuper deciſione de IV. per aliquot annos inter nonnullos Auguſtanæ Confeſsionis Theologos agitatis controverſis Quæſtionibus, de omnipræſentia Chriſti θεανθρώπου apud creaturas; ejuſdémque vera & profunda humiliatione & inanitione. Oſiandri Orthodoxæ conciliationis modi, ſive Canones Theologiæ, quibus Orthodoxorum Theologorum de ſtatu Exinanitionis carnis Chriſti dicta & ſcripta quædam inſpeciem obſcuriora &c. explicantur. Conciliatorium etiam ſcriptum vulgavit VVolf Mamphraſius de ſtatibus controverſis primi & acceſſorii Helmſtadii agitatis inter Hofmannum & 4. Philoſophos. Contra *Iudæos* Auguſtani Confeſſores multa eruditè ſcripſerunt. Chriſtophorus Helvicus Elenchos de adventu & perſona Meſsiæ: de officio Meſsiæ Prophetico & regio: Appendicem Elenchorum Iudaicorum, continentem refutationem exceptionum & argumentorum, quæ à Iudæis contra adventum Meſsiæ afferuntur. Ejuſdem Syſtema controverſiarum Theologicarum, quæ Chriſtianis cum Iudæis intercedunt. Ipſe Lutherus initium fecit in ſuo Schem Hammephoraſch. Addi his poteſt & debet Fides Iudaica Antonij Margaritæ, Profeſſoris Auguſtani. Noſtra ætate præclaram hac in re navarunt operam Graſſerus in c. 9. Daniel. Iohannes Myllerus, Hamburgenſis, in ſuo Rabbiniſmo, qui certè liber Latinâ pridem edi debuiſſet Lingua, ut ijs etiam, qui Germanica non intelligunt, legi potuiſſet. David Chriſtianus, Theologus Gieſſ. Diſput. de Meſsia; & nuper Vir doctiſsimus D. Theophilus Spizelius Auguſtanus, erudito ſcripto, quo relationem Monteziṅi, de decem tribubus elevat: ſimulque *ſpem Iſraelis* Menaſch ben Iſrael refutat. Idem & nuperrimè, ut diligentiſsimus vir eſt, Scrutinium *Atheiſmi*, Hiſtorico Ætiologicum vulgavit. *Muhammediſmum* detexerunt Salomon Schvveigerus, in Itinerario; Henricus Erfforhen Homil. 13. in c. 38. & 39.

& 39. Ezechiel. de Gog & Magog ſeu Turcis; Solom. Geſſnerus diſputat. tribus de Turcis, Murerus, & nuper D. VVagnerus, clariſsimè, & nuperrimè Schalichius, in religione Turcica, vita Muhametis, & Orientalis cum Occidentali Antichriſto comparatione. Compendium Muhammediſmi non ita pridem dedit Samuel Schultetus, quæ tamen Hiſtorica potiùs ſunt, quàm Elenctica.

III. *Hiſtoricæ* Theologiæ ſtudioſiſsimus erat Chemnitius in ſuo Examine, Vrban. Rhegius in L. C. Beckius in ſuo Lutheraniſmo ante Lutherum. Flaccus Illyricus, Catalogo teſtium veritatis primus admovit manum. Idem & Centuriarum Magdeburgenſium ἐργοδιώκτης fuit, quod opus non tam ex nævis, qui à nonnullis jam ſunt obſervati, quàm inexpugnabili æſtimari debet labore, & in audito antea conatu. Scripſit & Lucas Oſiander Epitomen Hiſtoriæ Eccleſ. Centurijs 16. abſolutam. Centuriatorum quidem vitula aravit; ſed feliciter & cum laude. Micrellius noſtro tempore eadem tractavit ſtudia, &c.

VI. *Caſuiſtica*, hoc potiſsimum Seculo, honorificum in Cathedris ſuis Theologicis tam Eccleſiaſticis, quàm Academicis A. C. reliquerunt locũ. Et *alij* quidem ſequuti fuerunt Catecheticam Methodum, ut Georg. Konig, Altorfinus Theologus: *Alij* hominis objecta, ut Franciſc. Balduinus *Alij* locos communes, ut Ludovic. Dünte. *Alij* in compendia redigunt fuſè ab alijs dicta, ut Prucknerus, in quo brevitatis, quàm accurationis ſtudium majus obſervatur. Antiquiora Theologiæ caſuiſticæ Syſtemata non puto apud eos extare. Politiæ Eccleſiaſticæ regulas, præcepta, exempla feliciſsimè collegit Benedict. Carpzovius, in definit. Eccleſiaſt. ſeu conſiſtorial. Sed & *Aſcetica* ſubſidia magno ſe apparatu Avenarij offerunt. Habent enim ſua 1. *Euchologia*: tritum, & devotioni accommodatum rij, varijs linguis conceptum; Kegelij, Roſarium, Oratorium D. Bernhardi, ex ſcriptis ejus, per Samuelem Cunonem collectum, Meditationes SS. Patrum, Martini Molleri. 2. *Exercitia pietatis*; Iohannis Gerhardi exercitium pietatis quotidianum: *Ejuſdem* 50. Meditationes Sacræ ad veram pietatem excitandam, & interioris hominis profectum promovendum: Petri Heigii I. C. meditationes ſacræ, Georgij Ziegleri de conſervanda revera pietate: Ioh. Ferinarij capita pietatis. Iohannis Arnd verus Chriſtianiſmus, in omnium ferè manibus verſatur. Habent & *Ethica* præcepta Chriſtiana, qualis eſt Ethica Heizonis Buſcheri ex Solomone & Siracide collecta: Pauli ab Eitzen Ethicæ doctrinæ libri novem. Eodem pertinent præparatoria ad mortem: Lutheri, inſtructio quomodo ſe homo ad beatam debeat, præparare ἀνάλυσιν. Præparatio ad mortem, Molleri, memento mori, Aharonis Burchardi quadrifolium aureum, ad piè beatèque moriendi deſiderium invitatorium. Sennerti meditationes de benè beatèque vivendi & moriendi ratione: Regulæ vitæ Chytræi. Via vitæ, Chriſtiana & Orthodoxa inſtitutio, complectens præcipua Chriſtianæ religionis capita ad ſalutem ſcitu neceſſaria. Ars moriendi & lugendi Ludovici Biſchoff. Speculum ærumnarum hujus vitæ Ioh. Rodolfi Claubi. Ars moriendi, ex

Luc. 2,

Luc. 2. Via ad ſalutem, Dilheri. Via ad vita mæternam, Nicolai Crameri. *conſolatoriorum* denique librorum non contemnenda offertur meſsis, cujusmodi ſunt, Antonij Burchardi fontes conſolationum Sacrarum, Gerhardi Enchiridion conſolatorium, Ejuſdem Schola conſolatoria, VVelleri libellus conſolatorius. *Eccleſiaſtica* reſtat, & in ea 1. *Methodi* concionandi, Iacobi Andreæ, Bachmeiſteri, Frid. Balduini, Hunnij, Oſiandri, Pancratij, Schleupneri, Nicolai Hemmingij, Iacobi Renexii, Simonis Pauli. 2. *Conciones* A. in *textus Dominicales*, quæ *poſtillæ* vocari ſolent, cujusmodi ſunt Melanchthonis, Lutheri, Hedionis, Iodoci Villichij, Eberi, Hummij, Selnecceri, Erytropoli, Loſsij, Sarcerij, VVigandi, Hemmingii: Poſtea Beuſtij, Corneri, Deuceri, Draconitis, Pauli ab Eitzen, aliorumque plurium, qui in textibus illis enucleandis operosè laborârunt. B. *Feſtales* ſive in plerosque dies feſtos, Balduinus, Barbaroſſa, Clajus, Dietericus, Meiſnerus. *Ideas*, ſive *diſpoſitiones* habent Ioh. Nicephorus, Andreas Pancratius, Iohannes Tungerlarius. In *Paßionem* Prætorius. Orationes Snepfij de Nativitate Chriſti. C. *Topica* Chriſtophori Fiſcheri tabula domeſtica. Polycarpi Leiſneri de juſtificatione & bonis operibus, Ioh. Parſimonii, de reali corporis Chriſti præſentia. Oſiandri 7. Conciones, quibus cauſa redditur deſertæ Eccleſiæ Pontificiæ. De ultimo jdicio Lucæ Pollionis: De morte hominis Moſes, Pflacherus de ſpe ſalvifica Lutherus. D. *Funebres*, Bidembachij Promtuarium exequiale. Coberi ludi funebres, &c. Ex his verò palma eruditionis & Syſtematicæ accurationis debetur Melanchthoni. Eandem ut plurimùm deferunt, in *Topica*, Heerbrando, noſtra ætate Gerhardo: In *Hiſtorica* Magdeburgenſibus, de quibus Epiſc. Ciceſt. judicium habet *Degor. VVhear*, in relect. Hiſt. p. 261. Nec quę nuper collegit Matthias Zimmermannus, in Diſſert. Hiſtorico Theologica ad locum Tertulliani, in Theologiæ Leiturgicæ notitia, contemnenda ſunt: In *Elencho* Chemnitius ſolidiſsimus contra Pontificios eſt: Contra Iudæos, Iohannes Myllerus: *Muhammedanos* Vlricus VVallichius. In *Aſceticis* Gerhardus & Arnd: In *Eccleſiaſticis*, Gerhardus: In *caſibus* compendioſiſsimus eſt Brucknerus, σχολαστικώτατος Balduinus, facilimus Dunte, fuſiſsimus Konig &c.

CAPUT. IV.

DE THEOLOGIA SYSTEMATICA Pontificiorum.

Eadem Methodo, Pontificiæ Theologicæ ſcripta conſiderantur. 1. Scholaſticè. 2. Topicè. 3. Elenctice 4. Hiſtoricè. 5. Caſuiſticè. 6. Aſceticè. 7. Eccleſiaſticè. 8. Brevis de ijs ἐπίκρισις.

I. SCholaſticam Theologiam ne poſt Reformationem quidem, è Pontificiorum ſive Academijs, ſive Monaſterijs eliminatam fuiſſe, ſupra jam obiter monuimus. Id ipſum apparatus librorum Scholaſticorum, qui à ſeculo & quod excurrit, ex officinis eorum prodijt, clariùs probat. *Multi* partes *Scoti* maſculè defenderunt. Vnde Didaci Daza defenſio contra Lyranum, Burgenſem, Iohannis Gallionis Oratio, Antonij Syrecti expoſitio exactiſsima Identitatum & diſtinctionum ſecundùm doctrinam ſubtilis Scoti: Pandulphus Zanamella Tabulas Quæſtionum omnium Scoti cum rectione illarum ad triplicem veritatem. *Alij* Scoto ſe oppoſuerunt: Prodijt Venet. 1523. Thomas Anglicus contra Scotum. *Alij* conciliationem quæſiverunt, ut eſt Conſtantij Sagnani conciliatio dilucida omnium controverſiarum, inter Thomam & Scotum. *Alij* Thomam compendio incluſerunt Bernhardus Bonianne, Seraphinus Capponi, Ludovicus Carbon. *Alij* emendationes in eum ſcripſerunt, Franciſc. Garſia Dominicanus. *Alij* diſputationibus illuſtrârunt Petrus de Aragon, Petrus de Cabera, Petrus Lorca, Paulus Nazarius, Liviſius Turrianus, Gab. Vaſquez. *Alij* directoria, correctoria, defenſoria adornârunt, ut Ægidius Columnius, Romanus. *Alij* denique prolixa in eundem reliquerunt commentaria, Hiſpani *plerique* Petrus de Arragon, Dominicus Bannes, Barthol. à Medina, Navarette, Nazarius Peſantius, Nugnus, à Soto, Suarez, Vaſquez: *Rariores*, Galli, Scholaſticæ ſæpe pertæſi: *Rariſsimi* Germani, Iacobus Hackerus, & Martinus Becanus. Omnium diſtinctionum ſyllogen nuper collegit Caſtanæus, quæ tamen, ut nihil diſsimulem, ad confundendum ſæpe, quàm diſtinguendum ſunt aptiores.

II. Placuit paulatim & Locorum communium tractatio primarijs Scholæ Pontificiæ Doctoribus. Quanquam enim initiò Reformationis Pontificiis Theologis, Ordinibus præſertim, ſordere viſum fuerit, quicquid ex Eraſmi Roterodami literaria officina prodijt: eventus tamen & imitationis deſiderium ſubinde probavit, illum nonnunquam valde opportuna locutum. Iam enim 1521. publice

Digitized by Google

publico ſcripto de ratione perveniendi ad veram Theologiam, Eraſmus teſtatus eſt, Scholaſticas ſibi ſpinas diſplicere. Cæteri ergò, qui paulò erant cordatiores, Locos conſcribere communes, quàm in Scholaſticos commentari maluerunt. Hinc loci communes Theologici Hermanni Bodij, Melchioris Cani, ſcriptoris ſatis candidi, libri 12. Johannis Hofmeiſteri, Lorichij. Quin & Laurent. Villavincent. Hyperii prorſus arare voluit vitula in ſua Methodo Theologica. Ad hanc etiam claſſem, quâ Papiſmus Topicè aſſeritur & vindicatur, pertinet Panoplia Lindani, Chriſtianæ virtutis telum F. Ioh. Daventrienſis. Sed & ἀνώνυμον Venetijs an. Chr. 1565. vulgatum eſt compendium, cui brevis terminorum quorundam Theologicorum accedit explicatio. Petri de Soto inſtitutio Sacerdotum, Piſtorii Hodegeticus, opuſcula. Didactico-Elenctica Becani, Turris contra Damaſcum Theodori Belvedere. Et ut ipſam nonnulli vel tollerent, vel extenuarent Reformationem, alij reconciliationem quæſiverunt inter Eccleſiam Romanam & Reformatam, ut Caſſander, VVicelius, Grotius, Milleterius. *Alij* Papatui cum Confeſsione Auguſtana convenire, probare ſuſtinuerunt: Quâ nuper via inceſsit Thomas Henrici; cui tamen Dannhauverus breviter reſpondit. *Alij* ad ipſam Scripturam provocare ſunt auſi. Huc tendit *Methodus Auguſtiniana* defendendi & probandi fidem Catholicam ex ſolo Dei verbo, Adriani & Petri de VValenburg. Ubi tamen alij ad literam excluſis con- conſequentijs nos alligare voluerunt, ut Veronius: Alij ad ſenſum Eccleſiæ, ut Maſenius. *Elenctici*, vel generaliter controverſias pertractant, cum quibuslibet non Pontificijs, Reformatis maximè & Lutheranis. Bella & arma hic præ cæteris minatus eſt, Robertus Bellarminus, Cardinalis, quatuor controverſiarum tomis abſoluto opere. Huc pertinent compendium concertationum Ioh. Bunderij, Enchiridion Colon. Ederi Scrutinium falſæ & veræ religionis, Articuli 30. per Caſparum Schazgerum explicati. *Alij* Reformatos *diſtinctè* vellicârunt. In *Anglia* nota ſunt nomina Alani Copi, cujus ſex extant Dialogi contra ſummi Pontificatu, Monaſticæ vitæ, ſanctorum, ſacrarum imaginum oppugnatores & Pſeudo Martyrus, Edmundi Campiani Ieſuitæ, verſutæ & elaboratæ rationes; Harti, Hardingi, Duræi Elenctica contra Iuellum, Humfredum, Rainoldum, VVitackerum, &c. *Cimmarini* Theologi ſe Anglicanis etiam immiſcuerunt controverſijs. Unde Emanuelis Almadæ, Epiſcopi Angrenſis, contra Gualtherum Haddonum, Anglum, Epiſtola. Henrici Ioliffi & Roberti Ionſon ad articulos Ioh. Hopperi. In *Germania* Bartholomæus Latomus adverſus Martinum Bucerum, de controverſijs quibusdam, prodijt defenſio; Becani varia opuſcula. Idem dedit quæſtiones Calviniſticas contra Pareum, contra eundem de circulo Calviniſtico; Coſterus Enchiridion, & Apologiam contra Gomarum, Cudſemius quadripartiti Calviniſtici Examinis vexamen; Gretſerus varia contra Guldinaſtum, Mornæum, Molinæum. Pareo negotium faceſſere conati ſunt, præter Becanum, ſuprà memoratum, Ioh. Mulhuſinus, Ioh. Matthæus &c.

Addi poſſunt Bibliotheca Schultingij, Calvino & Martyri potiſsimùm oppoſita Proba improba, contra Sachſium & Neubergerum. *Galliam* vexârunt Iulius Cæſar Bulengerus, Diatribe ad Caſauboni exercitationes, Gab. Fabricius reſponſione ad Bezam. Gretſerus, revelatione Myſterij iniquitatis à Philippo Mornæo editi: Iohannes Perpezatius, reſponſione Apologetica adverſus Anti-Cotoni & Sociorum criminationes: Claudius de Sainctes, reſponſione ad Apologiam Theodori Bezæ, &c. *Helvetia* non modò initio Reformationis multos fortiter evibravit eminus intentatos ictus à Cochlęo, Fabro, contra Bullingerum, ab Eccio contra Zuinglium; ſed & nuper, Iohannes VVirzius & Hottingerus, à Laurentio Forero, in nonnullis opuſculis, Luthardus à Schulero, in Hercule Catholico, ſcriptis Eelencticis provocati potius, quàm confutati fuerunt. *Lutheranis* etiam Eccleſijs ab integro, & quod excurrit, ſeculo, Theologi Pontificij, conſtanter inſultârunt. De Eccio, primo Lutheri ſuperſtitis adverſario, aliiſque nihil dicemus. Prodierunt Alphonſi Virveſij Canarienſis Epiſcopi Philippicæ diſputationes adverſus Lutherana dogmata: Georgij VVicelij de Excommunicatione, pænitentia, precibus, Iejunio. Evangelium D. Martini Lutheri, quo probare conatur, eum in omnibus fidei articulis defeciſſe, ſcripta Staphyli; concertatio Cuſſameri Lutheriani, & F. Bartholomæi Vſingen Auguſtiniani, ſeptendecim articuli, à M. Arſacio Secehover nuper revocati Centum Concluſiones per D Leonhardum Marſtaller, Nurembergenſem, de vera libertate Chriſtiana, LXX. aſſertiones per Nicolaum Apell, de fide, ſpe charitate ac legis veteris cum Evangelica collatione: quæ ſcripta poſteriora omnia Luthero, & Reformatæ doctrinæ ita ſunt oppoſita, ut & compendiorum Theologiæ Pontificiæ vices ſuppleant. Noſtro ſeculo & nuper quidem Eccleſijs Lutheranis ſcriptum eſt deſtinatum, breve ſed perſpicuum, & minus in perſonas injurium aut dentatum: eſt nempe Epitome controverſiarum, ſive de monſtrationes Catholicæ, quibus oſtenditur, Lutheranam Eccleſiam, non eſſe Apoſtolicam P. Iulij Cæſaris Coturij Cæteri etiam Doctores Lutherani ſuos nacti erant Antagoniſtas *Heerbrandus* Georgium de Valentia & Georgium Gothardum: *Gerlachius*, Iob. Buſæum: *Lucas Oſiander*, Coſterum: *Heilbrunnerus*, Gretſerum & Piſtorium: *Hunnius* & Daniel Cramerus Gretſerum: *Matth. Dreſſerus*, Caſp. Happum, *Brentius*, Petrum de Soto, *Iuſtus Ionas*, Georgium VVicelium. Sed & nuper Vitus Erbermanus Anti-Muſæum dedit, ſive Parallela Eccleſiæ veræ & falſæ. Quibus accedit animadverſio gemina, prior in Anti-Keddium ejuſdem Muſæi, poſterior in oſtenſionem Summariam Gerhardi Titij, Helmſtadienſis. *Inteſtina* diſſidia in Eccleſia Romana plura ſunt, quàm quæ unitatis encomium ſalvum illi relinquant & illibatum. Diſceptant 1. *Dominicani* & *Franciſcani*, in materia de immaculata conceptione B. Mariæ Virginis. *Illam* jam antehac publicè defendit, ſcripto prolixo Bernhard. de Buſti, aliique: noſtra ætate VVaddingus in ſua legatione: Eandem verò deſtruxit Vincentius de Bandelis, tractatu, de ſingulari puritate & prærogativa conceptionis Salvatoris noſtri I. Ch. qui ad exemplar

plar Bononienſe 1481. cum diſputatione Ferrarienſi de conceptione B. M. nuper iterum prodijt. 2: *Ieſuitæ & Ianſenitæ.* Ianſenitarum libri prolixis Catalogis, & ab ipſis Ianſenitis expreſsi ſunt, & à Clariſ. Collega, D. Henrico Ottio, Orat. de cauſa Ianſenit. Noti ſunt Auguſtinus Ianſenij, Planctus veritatis Auguſtinianæ: Martini Ripaldi vulpes capta. Recentiſsimorum Ianſeniticorum ſcriptorum nomina dedimus in *Faſcic. Diſput. Heidelb.* p. 71. Multorum inſtar eſſe poſſunt Ludovici Montaltii literæ provinciales, de morali & Politica Ieſuitarum diſciplina, à VVilhelmo VVendrockio, Salisburgenſi Theologo è Gallica Lingua in Latinam tranſlatæ, & Theologicis notis illuſtratæ. Pertinet huc Innocentij. X. bulla, contra Ianſenij Propoſitiones, cum defenſione Belgarum, contra peregrina judicia, Numæ Sedulii Colonienſis. 3. *Theologi Pariſienſes Sorbonici, & Ieſuitæ.* Cruenti propemodùm & acerrimi diſsidii teſtes ſunt tot utrinque editi libri ςηλιτευτικοὶ, quorum magnum dedimus Catalogum *Hiſt. Eccl. Sec.* XVI. p. 495. 4. *Ieſuitæ & Dominicani*: Documento ſint ſcripta Cruſiana, & Anti-Cruſiana, ut ſunt, Aulæ Eccleſiaſticæ, & horti Cruſiani ſubverſio. In *ſpecie* multi inter ſe haſtenus fuerunt commiſsi. Et ita quidem Catharinus cum Cajetano, ut ille hujus 208. errores collegerit. *Arrianiſmo, Photinianiſmo, Socinianiſmo* confellendo aliquid etiam dedit Schola Pontificia. Martini Smiglecii ſunt nova monſtra novi Arrianiſmi: Ejuſdẽ de Chriſto vivo & naturali Dei Filio: Ejuſdem, de erroribus novorũ Arrianorum libri 2. Gregorii de Valentia libri de Trinitate, quorum poſtremo nominatim refutantur horribiles blaſphemiæ peſtilentis libri non ita pridem de eo argumento in Polonia editi. Genebrardus contra Trinitarios & Anti-Trinitarios. Catholica Cenſura Miniſtrorum Tigurinorum & Heidelbergenſium de dogmate contra Trinitatem in Polonia. Iacobi Concii pro tremenda & veneranda Trinitate contra Apoſtatam Franckum Apologeticus. *Atheiſmum* ſcriptis oppugnârunt Franciſcus Boreas à Guirra, Antonius Poſſevinus, Mar. Merſennus in Genes: Et nuper Leſsius de Providentia Numinis, & animi immortalitate contra atheos & Politicos. *Schwenckfeldij* 30. Paradoxa de toto Chriſto Deo & homine refutavit Ioh. Buſæus. In *Elencho* Gentiliſmi, Iudaiſmi, Muhammediſmi frequentes potiùs fuerunt Pontificii, quàm felices, propterea quòd novitate ſuorum dogmatum ipſi ſibi argumentorum quaſi nervos ſucciderunt. Et de converſione *Gentium* quidem ſcripſerunt nonnulli ex profeſſo. Thomas à Ieſu libros ſeptem Ioh. Fridericus Lummius de jucidio extremo & vocatione Indorum: A Coſta de ſalute Indorum: Raymundus Breganus Theologiam Gentium. Contra Gentes ſcripſit Thomas, Guilelmus Parienſis. Huc illi pertinent, qui vel *Theologiam Naturalem* ſcripſerunt, vel *veritatem chriſtianæ fidei* aſſeruerunt, Raymundus de Sabunde, Pacardus, Raynaudus: Savonorola, Marſilius Ficinus, Eugubinus, Ioh. Franciſcus Picus, Ludovicus Vives, Mutius Panſa. *Iudaiſmum* fortiter in ipſo Papatu arietare conati ſunt tùm *proſelyti* quidam Iudæi, tum *Doctores Pontificij*. Nobis jam ad manus ſunt (ut de

Digitized by Google

veteribus Iuſtino Martyre, Tertulliano &c. Intermedijs, Iuliano Pomerio, nihil dicamus) R. Samuel ex Arabico in Latinum & Germanicum translatus, qui probavit Meſsiam, qui venit, ceu venturum, temerè expectari: Fortalitium fidei: Doctoris cujuſdam, ordinis Minorum, Dialogus, qui vocatur Scrutinium Scripturarum, compoſitus per Paulum d. S. Maria, Epiſcopum Burgenſem: F. Petri Nigri Prædicatoris tractatus contra Iudæos. Et, qui ante reliquos numerari debuiſſet, Petrus Galatinus in arcanis Catholicæ veritatis, quæ tamen aliunde compilata ſunt. Acceſſerunt, *poſt Reformationem*, ſcripta Genebrardi contra Kimchium, & Ioſephum Albo, Theologia Iudaica Ioſephi du Voyſin, qui unus majorem ex ſcriptis Iudaicis, teſtatus eſt rerum Iudaicarum notitiam, quàm plures alii. Illud mirari ſubiret, Ieſuiticum ordinem ſive ad converſionem Iudæorum, ſive ad Scripturæ illuſtrationem, adeò vel raram, vel curtam linguæ Hebraicæ afferre ſupellectilem, niſi ex ordinis inſtitutione manifeſtum eſſet, Linguæ illius notitiam paucis committendam. Barradius nonnulla habet Tom. 1. in Concord. & Hiſt. Evangel. & Poſſevin. Bibl. l. 9. Ad hunc apparatum pertinent Hieronymi de ſancta fide, Iudæi ac Medici Benedicti Papa ad Chriſtianiſmum converſi lib. 2. Nicolai de Lyra probatiò adventus Chriſti per Scripturas à Iudæis receptas. Petrus Alphonſus contra Iudæos, Andreæ Epiſcopi Parænetica ad congregationem Iudæorum: Petri de la Cavalleria Zelus Chriſti contra Iudæos. Fini Hadriani flagellum in Iudæos, Michaelis Thomaſii diſputationes quædam Eccleſiaſticæ contra Iudæos. *Muhammedanis & Muhammediſmo* reſtiterunt, quotquot vel ante, vel poſt Reformationem, ipſum 1. *refutârunt Alkoranum*, ut ſunt authores, qui cum Alkorano prodierunt ex Editione Bibliandri: quibus addi poſſunt Turrecremata. Dionyſius Carthuſianus, Raymundus Martini, Barcinonenſis: Iacobus de Vitriaco, Petrus Blæſenſis, Ludovicus Vives, Ricoldus, Rub. Retinenſis, Ioh. Segobienſis. 2. *Religionem Muhammedicam deſcripſerunt*, ejúsque dogmata examinârunt, Æneas Sylvius, tum ſcripto contra Turcam, tum Epiſtola ad Morbiſanum, Turcarum Principem, qua monetur, ut ab inſana lege Muhammedica recedat, Author Fortalitii: Septemcaſtrenſis quidam Monachus, diu apud Turcas captivus, Religionem eorum exactiſsimè deſcripſit, teſtis oculatus, prout ex libris magnam partem collegit, Gabriel Sionita: qui cum eo editi ſunt, Richerius, Cotovicus, antiquiores paulò, itineraria potius, quàm compendia Theologica ſcripſerunt. Quid *Collegium de propaganda fide* hactenus tentaverit in Elencho Anti-Muhammedico, ſuprà pag. 337. indicavimus. Nihil tamen hactenus ex Collegio illo, quod operæ magnæ eſſet pretium ad Muhammediſmi vel convictionem vel Confuſionem prodiiſſe obſervamus. Philippi Guadagnoli conatus contra Ahmedem Perſam feliciùs ſucceſsiſſet, ſi ſimplicitatis ubique Apoſtolicæ tenacior fuiſſet. In myſterijs fidei Chriſtianæ nimis ſæpe Scholaſticus eſt. Xavier ſuo Evangelio Perſico cauſam potius Chriſtianam reddidit ſuſpectam, quàm explanatam. Ab

alliis

Digitized by Google

aliis contra communem Chriſtianiſmi hoſtem præſtita ſunt. Malunt nempe Chriſti fideles, fratres & amicos vexare, convitiari, torquere, quàm infideles Chriſto adducere. Sed hæc non ſunt hujus loci. In *Hiſtorica* Theologia Cæſar Boronius Cardinalis (cujus continuator neque ingenio, neque facundia par, Bzovius eſt, Epitomator Spondanus) reliquis ferè omnibus laboravit. Adeò nihil eorum *quod* cauſam Pontificiam juvare videretur, omiſit Majori tamen ferè ſuo diſpendio, quàm cauſæ commodo Partium enim ſtudium immenſo labori multum detraxit. Gaultherius Ieſuita non inepta Methodo uſus, per diſtincta ſecula, diſtinctas etiam eruere conatus eſt *veritates*, Harſcherus ſuis Parallelis rancidi potiùs calumniatoris, quàm gravis Hiſtorici perſonam egit. Addi poſſunt Eilbrachtus & Forerus. *Caſuiſtica* Theologia Scholas Pontificias tantò occupavit fervidiùs, quantò auricularis Confeſſionis carnificina, plures paulatim peperit Caſus. *Ante*, & *circa Reformationem* Bellarminus indicavit ſequentes, Raymundum de Pennaforte, Antoninum Florentinum, Aſteſanum Aſtenſem, Bartholomæũ Piſanum, Pacificum, auctorem Pacificæ Summæ, Angelum de Clavaſio, Baptiſtam Trovamalam, auctorem Roſellæ, Thomam Cajetanum, cujus etiam Selectæ extant quæſtiones Caſuiſticæ, an ingreſſus religionem cum propoſito deliberato perſeverandi teneatur? de redditione debiti uxoris ad virum adulterum: An ſit ſimpliciter de neceſsitate ſalutis, conteri de ſingulis peccatis? An Principes ſibi poſsint appropriare feras? An ferarum captionem poſsint prohibere? An illis, qui ex Iudæis ſunt, poſsit negari ingreſſus in Religionem &c. Iohannem Tabienſem, Sylveſtrum Prieratem, Alexandrum de Arioſtis, Bartholomæum fumum, auctorem Armillæ. Sed ſecuti, poſt Reformationem, ad noſtra uſque tempora plurimi, *Hiſpani* præſertim & *Itali*, pauciores *Galli*, pauciſsimi *Germani*. Primarii ſunt Iohannes Azorius, qui copioſè Partibus tribus, (quarum prima libros habet 13. Secunda 12. & tertia 13.) hanc materiam pertractavit, Nicolaus Beldellus, Ludovicus de Beya; Hermannus à Buſenbaum (qui Medullam ſcripſit Theologiæ moralis) Antonius Cordubenſis de Lara, Bonacina, Vincentius Filiucius Senenſis, Iohannes de Dicaſtillo, Franciſcus Galletus, Iacobus Gretſerus, Ludovicus Lopes, Franciſcus Labata. Acceſſerunt Ioh. Caramuel Lobkovvitz, Paulus Laymannus, Evvaldus Marchius, Ludovicus Molina, Theologia Moralis Ieſuitarum, Simplicianus Muttinus, Valerius Reginaldus, Deciſiones aureæ caſuum conſcientiæ Iacobi de Graſſis, Emanuel Sa, Emanuel Rodriquetz, Bapt. de Salis, Thomas Sanchez, Martinus Alphonſus & Vivaldus, Summula Catanei, Baptiſta Corradus, Gregorius Sayrius, Franciſcus Toletus, Martinus Navarrus; Mich. Zanardus, Melch. Zambranus &c. Sed & caſuum reſervatorum multi peculiarem habuerunt rationem: De his enim integros ſcripſerunt tractatus Homabonus, de Bonis, Chappiaville, Franciſcus Coriolanus, Lelius Ceccus, Iacobus de Graſſis, Iac. Severtius, Barthol. Vgolinus. *Aſceticam*, Pontificii, non quidem

reli-

reliquerunt intactam, *γυμνασίαν* tamen plerique *σωματικὴν* crebriùs, quàm *πνευματικὴν ἄσκησιν* commendarunt. *Bellarminus* tractatus, qui ad hanc pertinent Categoriam, *pios* vocat *libellos*, & præter opera Bernhardi, opuſcula Innocentij III. de contemtu Mundi, opuſcula Humberti Dominicani, Thomæ Cantapratenſis, de proprietatibus apum, Bonaventuræ, Henrici Suſonis, Laurentij Iuſtiniani, Thomæ de Kempis, Vincentii de vita ſpirituali, vitas potiſsimum & Martyria Sanctorum, Eremitarum, &c. Auguſtini Confeſsiones, Tractatus Ephremi, Caſsiani collationes, Scalam Iohannis Climaci, Gregorii Papæ Dialogos, Pratum ſpirituale Ioh. Moſchi, Idiotæ contemplationes, enumerat. Ex *noſtris* Theologis, alii Gerſonem, Guil. Pariſienſem, utrumque Lansbergium, Florentinum Batarum, Dionyſium Carthuſianorum, Taulerum, Ruisbrochium, Harpium, Bloyſium, Ameloy, Bonaventuram, Haſgardum, Alphonſum Madritum, Maxim. Sandæum inter celebriores numerant Aſcetas. *Alij*, librorum inſtituto ſélectu, recenſent Alph. Madritii artem ſerviendi Deo, Maxim. Sandæi centurias amantium, colentium & imitantium Chriſtum, Hermanni Hugonis pia deſideria, Drexelii varia, Iacobi Coremi clypeum patientiæ, Caſp. Tauſchii fontes Salvatoris: Ioh. à Ieſu Maria ſtimulum compunctionis, Nierembergii inſtitutionum ſpiritualium Pandectas: Iacobi Horſtii Chriſtianum Theodidactum, Phil. Servii modum juvandi moribundos, Vinc. Caraſæ faſciculum myrrhæ, Suickhardi Beck antidotum peccati, Franc. Quareſmii de quinque Ieſu Chriſti vulneribus, Anton. Grimoldi in Pſalm. Pœnitentiales, Leonh. Lerchenfeld Horologium piarum actionum, Theod. Moreti Soliloquia ad obteſtationes Davidicas, Alphonſi Gianotti myſticum Heliotropium; Mag. Adami opera moralia & Aſcetica, Chriſt. Schoreri Theologiam Aſceticam: Et Lingua Germanica, Frid. Spee auream *ἀρεταλογίαν*, Bernh. Vel VVeiſſ Portam cœli, Laurent. Foreri vitam Chriſti, Iohannis Brigelii fontem veræ ſapientiæ, Arn. Cæſarei Conſiderationem paſsionis Chriſti, Baptiſtæ Poza ſpiritualem aurifodinam, Aug. Abbatis Eremitani ſpeculum pœnitentiale, Iac. Holbeck militem Chriſtianum, Lud. Bloſii ſpiritualem inſtitutionem, Ludov. de Ponte Meditationes. Ego, ut huic ſcriptorum Claſsi multum ſemper detuli, ita dignam eandem exiſtimo, quæ enucleatiùs paulò proponatur. Ita enim hæc ſtudia comparata ſunt, ut vel teſtimonium præbeant victrici veritati luculentiſsimum, vel ſuperſtitionis fontes oſtendant & incrementa. Probatu hinc facile eſt, viros ſæpe cordatos piis & devotis ſuis meditationibus, meritis humanis larvam ita detraxiſſe, ut turri *ἐθελοπεριττοθρησκειῶν* Babylonica deſtructa, *ἀσκήσεως σωματικῆς* faſtigio depreſſo, vera, in Chriſto radicata pietas, fides non ſimulata, per charitatis opera efficax, caput inter ipſas tentationum voragines extulerit. Alii contrà, majorem in corporalibus exercitiis, Iejuniis, humiſterniis, flagellationibus (quæ omnia

Apoſto-

Apoſtolus ἀφειδίαν σώματος appellat, *coloſ. 2. v. 23.*) in cultu verò ταπεινο-φροσύνης καὶ θρησκείας τῶν Ἀγγέλων, v. 18. quàm vel Dei præceptum requirit, vel Dei gloria permittit, ſcriptis ſuis Aſceticis expreſſerunt. Sed ordine claſſes quaſdam percurramus. *Prima* Claſsis circa *preces* occupatur, ubi 1. de *Modo orandi*, Henrici Coſteri, Iohannis à Chokier, Garetius de precibus, Lud. Granatenſ. de devotione, excellentia, neceſsitate & utilitate orationis &c. 2. *Euchologia* diſtincta, ratione a. *objecti*, ad *Deum*: Amandi de Bello viſu preces de vita & beneficijs Salvatoris Ieſu Chriſti. *Beatam Virginem*, Mariam, ut eſt Pſalterium B. Virginis nuper iterum Colon. excuſum: juſti Lanſpergii exercitia ſpiritualia, roſarijs diſtincta, Coſteri preces in vitam B. M. V. Horæ B. M. V. ex conſuetudine Eccleſiæ Romanæ b. *Temporis*: *Quotidiana*, Ioh. Sylvij: *Horaria* Suſonis, Oliverij. Leiſentritii congeſtus curſus precum per anni curſum, Coſteri Myrothecium, Horologium ſpirituale, preces ſtatis horis Placentiæ recitandæ. c. *ſubjecti*, *univerſalia*, omnibus hominibus, promiſcuè adaptata, Verrepoëi Paradiſus precum: Ejuſdem Enchiridion Catholicum Theſauri Tympii, Suillii, Gazæi, Apophoreta David. Moerlini, Preces Schæreri, Manuale Caniſii. Addi poſſunt Euchologia, meditationes &c. Societatis Ieſuiticæ, Abbatis Lambacenſis, Camerarii, Chokieri, Iohannis Feri, Lud. Granatenſis, Hofmeiſteri, Mich. ab Iſelt, Langhecrucii, Lenſæi, Mich. Mayeri, Nicol. Montmorneneii, Spitoldii: *particularia*, ſtudioſorum ſive Scholaſticorum, Verrepoëi: ſive Sodalium: Floſculi Angelici, ſive formulæ precum, ad uſum Sodalitatis Angelicæ collectæ d. *cauſæ efficientis*. Vaſtovii flores precum Brigittæ: Stickelii precationes Pſalmis Davidicis textu & numero concordantes. Piſtorij precationes ex Patribus collectæ. Farrago precum Maximiliani Archid. Auſtriæ, Kiſpenningii precationes ex Scriptura & Patribus depromtæ, Hungeri Theſaurus, Bredenbachii faſciculus ex Bloſio decerptus e. *Finis* ratione, ſunt vel *imprecatoria*. Iohannis Epiſcopi Naturenſis precationes Catholicæ contra inimicos Chriſtianorum, ſecundùm ſingulas hebdomodæ ferias diſpoſitæ: vel *deprecatoria*: Turris fortiſsima deprecationum Imperatoris Ferdinandi, & omnium Catholicorum: Precationes aliquot contra aereas tempeſtates in uſum Sacerdotum collectæ: vel *præparatoria*, ad Miſſam, Egberti Spitoldii pia precationum exercitia, quæ Miſſam & Eccleſiæ Romanæ officium ſpectant. De *Breviarijs* ſupra egimus. *Secunda* Claſsis & *ſuaſoria* eſt virtutum & diſſuaſoria vitiorũ. Huc pertinent 1. *Praxeis pietatis*. Quadriga pietatis Franciſci Borgiæ, Berchtoldi Dominicani Theſaurus pietatis, Tilemanni Bredenbachij inſinuationum divinæ pietatis libri 5. Caniſii inſtitutiones & Exercitationes Chriſtianæ pietatis, Ludovici Granatenſis modus piè vivendi. Chryſoſtomi Javelli inſtitutiones divinæ & Chriſtianæ moralis Philoſophiæ, Petri Lansbergii adhortatio ad pietatem, Nicolai Radivillij exercitium Chriſtianæ pietatis, in gratiam ſtudioſorum &c. Huc pertinent varia ſcripta *Ethica*, *Politica*, *Oeconomica* Chriſtiana. Alij etiam

Digitized by Google

ipſum Donatum Grammaticum dederunt moraliſatum. Alii Hiſtoriarum moralizationes ſcripſerunt. In his Aſceticis non infeliciter laboravit P. Drexelius in Triſmegiſti Chriſtiani P. 1. de examine conſcientiæ, & P. 3. de cultu corporis ſupervacuo, & veſtitus inſolentia, recta intentione actionum humanarum amuſſi. Ejuſdem eſt Heliotropium, conſirmatio voluntatis divinæ cum humana: Orbis Phaeton, hoc eſt, de univerſis vitijs Linguæ, ubi lingua bacchea bombilans, blæſa, blaſphema &c. Nicetas, ſeu triumphata incontinentia Drexelii, Acedia, pro continentia, & contra incontinentiam, Gymnaſium patientiæ, Rhetorica cæleſtis, Gazophylacium Chriſti ſeu tractatus de Eleemoſyna. Aloë amari, ſed ſalubris ſucci i. e. tractatus de Iejunio. Ientacula Novi Teſtamenti Cardinalis xiſti, Alberti M. Paradiſus Caſpari Sazgeri de fide, ſpe & charitate, Carolus Scribonius de amore divino, Roderici Epiſcopi Zamorenſis ſpeculum vitæ humanæ: Nicolai Caſſauni Sacra Aulæ adminiſtratio, ſive inſtitutio Chriſtiana Magnatum. 3. De *milita chriſtiana*: Enchiridion militis Chriſtiani: Commentarius de tribus armatis. Pugna partis ſenſitivæ & intellectivæ. 4. *Vita humana miſeria, contemtus.* Peregrinus Iohannis Geiler Keiſerſpergi, à Iacobo Othero, diſcipulo conſignatus. Eraſmi de contemtu Mundi: Epiſtola, quàm conſcripſit in gratiam Theodorici Harlemei. Fabri, Vicarij Conſtant. declamationes de vitæ humanæ miſeria, de utilitate conditionis humanæ Lotharii Diaconi Cardinalis. 5. *Expulſoria triſtitiæ, mœroris* &c. Gerſon de remedijs contra puſillanimitatem. Epiſtola conſolatoria, in qua tria optima remedia ad repellendum omnes cauſas triſtitiæ aperiuntur, quæ quidem, in opere Regali, ut vocatur, cum aliis opuſculis ante Reformationem prodijt, cujusmodi ſunt, de officio pietatis in defunctos: Tractatus de cognitione Electorum à reprobis; de duodecim perſecutionibus Eccleſiæ; de magnificentijs gloriæ Solomonis, ubi & quæſtionis, ſervatus an damnatus ſit; examen inſtituitur; Tractatus, de duplici contritione: Præceptorium Nicolai de Lyra, ſive expoſitio triſaria perutilis, in Decalogum, additis tractatibus, de decimis tribuendis, de duodecim articulis fidei, de ſeptem peccatis mortalibus, de triplici modo peccandi in Deum, de operibus miſericordiæ, de fine Mundi, & extremo judicio. 6. *Præparatoriæ ad mortem*, Ars bene moriendi anonymi: Ars moriendi Bellarmini, Eiſengreinij Euthanaſia, Alex. Venegas de lucta mortis, Rilcheomi valedictio animæ de votæ: VVicelii, Chriſtianum mortis inevitabili acceſſu non debere terreri. Lippi Brandolini de vitæ humanæ conditione, Mich. ab Iſelt brevis inſtructio ad corroborandos morituros, eos præſertim, quibus ſupplicium ſubeundum. 7. *Pænitentiales*: ſpeculum peccatoris, Doyzæ Myrothecium pænitentiæ, Colloquium peccatoris & crucifixi Chriſti. Pœnitentiale irriguum, Iohannis Coignet Sacerdotis Pænitentiale Romanum. 8 *Exemplares*, de Chriſti vita, paſſione: Thomæ de Kempis, vel Gerſonis de imitatione Chriſti; Dialogus Anshelmi & B. M. V. de paſſione Chriſti.

Bernhardi

Bernhardi de planctu B M. Virginis. 9. *De interiori homine.* Ludovici Carbonis interior homo, vel de ſui ipſius cognitione, Achillis Gaillardi lib. 7. de diſciplina hominis interioris, &c. Germanicâ Linguâ pauciſsima ante Reformationem fuerunt typis excuſa. MSſ. hinc inde nonnulla reperias *Aſcetica*. Ego Tauleri nonnulla habeo, Theologorum Viennenſium: Librum ſpiritualem, das Geiſtbuch/ut habet titulus, das vil underſchendes gibet/ wie man in dem Geiſt weßlich wandlen ſolle: aliàque, magno ſatis Tomo collecta. Sed & aliam nuper anonymi venerandus D. Antiſtes noſter communicavit Aſceticorum libellorum farraginem, rhythmicam maximè, ubi Dialogus inter Magiſtrum & diſcipulum: Variæ preces ad Deum: Quæſtiones Anſelmi moribundis proponendæ, piæ & devotæ: de quibus Hornbeek Summ. pag. 329. non differendam pænitentiam, exemplo neminem à nobis corrumpendum: Veritati ſtudendum: A pejerationibus abſtinendum: peccatum vitandum: Invectiva in Pontifices & Epiſcopos, aliàque nonnulla præcepta moralia.

In *Eccleſiaſtica* ante omnia occurrunt *Methodi concionandi*, Eraſmi Eccleſiaſtes. Manuale Curatorum Surganti, Ars concionandi Iohannis à Ieſu Maria: Optimus prædicandi modus jam an. Chr. 1499. Colon. editus. His accedunt Didaci Alvarez Manuale concionatorum, Franc. Borgæ libellus, de ratione concionandi, Phil. Dietz ſumma Prædicantium, Ferdin. de Eſcalante Clypeus concionatorum, Lud Granatenſis Rhetorica Eccleſiaſtica, Franc. Labatæ Apparatus concionatorum, Thom. de Trugillo, Stellæ, *Peterij, Franc. Romani Mamertini, Arnd. Semporij*, Iulij Mazarini de ratione concionandi, Panigorolæ Rhetorica Eccleſiaſtica. 2. *Apparatus Oratorum chriſtianorum* quorum, ex omni ætate collectorum, Bellarminus hoc ordine ipſe meminit. Origenes, Cyprianus, Athanaſius, Baſilius, Ephrem, Gregorius Nazianzenus, Ambroſius, Gregorius Nyſſenus, Gaudentius, Chryſoſtomus, Maximus, Auguſtinus, Eucherius, Petrus Chryſologus, Leo Papa, Valerianus, Gregorius Papa, Sophronius Hieroſolymitanus, Eligius Epiſcopus, Ildephonſus, Beda, Damaſcenus, Theodorus Studites, Haymo Alberſtatenſis, Leo IX. Petrus Damiani, Ivo, Carnotenſis, Hildebertus Turonenſis, Bernhardus, Hugo Victorinus, Richardus Victorinus, Innocentius III. Antonius de Padua, Guilel. Pariſienſis, Iacobus à Vitriaco, Thomas, Bonaventura, Iohannes Taulerus, Vincentius, Bernardinus, Æneas Sylvius, Laurentius Iuſtinianus, Beſſarion Nicenus, Ambroſius Camaldulenſis. 4. *Varia ſubſidia*, *Lexica Biblica*, *Loci communes* &c. Biblia Pauperum Bonaventuræ, Franc. Labatæ Apparatus concionatorum ſeu Loci communes ad conciones ordine Alphabethico digeſti, Antonij de Pactis viridarium concionatorum, Bartoldi Pontani aureum diurnale Concionatorum, Severini officina Concionatorum, Rudol. à Toſsignano Dictionarium Concionatorum pauperum. 5. *Commentaria* Biblica de quibus ſupra. 6. *Conciones A. ordinariæ a. Dominicales*, Ioſephi à Coſta, Alphonſi Avila, Laurentii

Bejerlinck, Petri Beſſæi, Abrahami Bzovii, Andreæ Coppenſtenii, Doyzæ. Lud. Granatenſis, Samuelis Loyaots, Oſorii, Ferd. Peraltæ, Ioh. Raulin, Sarmienti, Schœperi, Thomæ Stapletoni, Ægidii Topiarii, Didaci de la Vega, Michaelis de Hungaria, Pauli VVan &c. Pluresque alii, ex quibus mihi hactenus ſufficere poterant, ex intermediæ ætatis ſcriptoribus, Smaragdi Abbatis, quas circa an. Chr. 970. ſcripſit, conciones in Evangelia & Epiſtolas: ſermonum Iohannis Huſsi ad populum T.II. Poſtillæ Alberti M. Nicolai Lyrani, Simeon de Caſsia, Michael de Hungaria, Deflorationes Patrum ſuper Evangelia de tempore per circulum anni, cum ſermonibus VVernheri Abbatis, Poſtilla F. Guilhelmi, F. Iohannis Royardi, Gotfredi Hittorpii, Franciſci Polygrani, Henrici Helmeſii, & nuper Cornelii Muſsi, Epiſcopi Bitontini. b. *Feſtales*, Petri Beſſæi, Philippi Boſquieri, Abrahami Bzovii, Ludovici Granatenſis, Balduini Iunii, Iohannis Oſorii, Thomæ Stapletoni. c. *Quadrageſimales*, Acoſta, Aquilani, Franciſci de Avila, Beſſæi, Bacherii, Barlettæ, Bonanni, Bonævogliæ, Boſquieri, Bernh. de Buſto, Bzovii, Camuſiij, Diezii, Geminiani, Gori, Guillandi, Hequetii, Herolti, Martyris, Meſsieri, Orani, Oſſanæ, Ant. de Padua, De Palude, Panigorolæ, Pepini, Peracæ, De Prato Florido, de Scobor, Spatharii, Stabilis, Stapletoni, Suarez, Topiarii, de la Vega, Veldij, Villavincentii d. *Extraordinariæ*, 1. *Topicæ* Petri Cotoni, Franciſci Lucæ Brugenſis meditationes de præcipuis fidei myſterijs, Beſſæi conciones de quatuor hominum noviſsimis. 2. *Practicæ*: Stanislai Gradicii quadripartitæ conciones timorem ſanctum incutiendi. 3. *Funebres*, Iohannis à S. Geminiano, Gretſeri, Luys de Reboleddo 4. *Miſcellaneæ*, Payvæ Andradii, ad Patres in Concilio Tridentino, Thom. Banckes ad Clerum, Boſquieri ſupplementum concionum promiſcuarum, Henric. Culens ſpiritualium ſtrenarum manipulus, Bellarmini conciones Lovanii habitæ, Stanislai, Grodicii, Lud. Lopez, Gregorii Maſtrilli, Ioh. Oſorii, Panigorolæ, Papini, Pontani Schæreri, Suarezij, Socolovii, à Villa nova de Voragine &c. *Apocalyptica* Theologia Scholis Pontificiis tantò eſt notior, quantò illa carioſo traditionum, apparitionum, & revelationum fundamento libentiùs ſuperſtruit. Melchior Canus non diffitetur, viſionibus ita aliquando aſſueviſſe plebem, ut vix alio faciliùs philtro potuerit capi. Legatur locus, ex Loc. Comm. pag. 335. collatus cum Hodeg. P.III.p.260. & Hiſt. Eccl. Sec. XVI p. 443. Hinc prodierunt revelationes Brigittæ olim à Cardin. Turrecremata recognitæ, poſtea à Conſalvo Duranto à S. Angelo notis illuſtratæ. Viſio Nicolai Subſylvani depicta & edita à Petro Hugone, Eichornio, & nuperrimè à Laurentio Forero, quibus opponi poſſunt, quæ diximus Hodeg. P III pag. 39. Sed in ipſo ſæpe Papatu publicis ſcriptis hæc mox rejecta & inſcenam producta fuit. Hiſtoriam Dominicanorum Bernenſium à Chr. 1509. vulgatam, Eccleſiaſticæ noſtræ inſeruimus.

III. Hæc quidem de Theologia *ſyſtematica* Pontificiorum, ubi breviter monemus

mus

mus inter *Didacticos* præ aliis ſobrios eſſe Auguſtinum Villavincentium, & Melchiorem Canum: Vivem enim & Eraſmum inter ἀμφίβια relegant. In *Elenchticis* primæ jure debentur, ſi *ſtudium* ſpectes, & *eruditionem* Bellarmino: *Facilitatis* laudem, quam merebatur, ſcepticis loquendi & argumentandi formulas non parum obſcurat Becanus. Coturius magis placet, tum ob *perſpicuitatem* Methodi, tum etiam ob obſervatam *brevitatem*. Meditata concordia Proteſtantium cum Catholicis Iacobi Maſſenij, Colon. 1661. edita, pollicitis dives, inſidioſa eſt: In *Hiſtoricis* Baronio encomium ad ſuperſtitionem laborioſiſsimi ſcriptoris nemo abjudicabit; niſi compedes ei aliunde injectę libertatem ademiſſent, magnus eſſe potuiſſet. Nempe, non minus, quàm Epitomator ejus Spondanus Ieſuita, homo maledicus, nimis ſuperſtitioſè Paparum omnipotentiam aſtruxit: Eruditorum Epiſc. Ciceſt. Caſauboni, Grotij, Spanhemij aliorum de eo judicia nota ſunt. Vide Relect. Hiſt. Degor. VVhear p. 271. Eilbrachtus ex omni Antiquitate Papatum laborioſo ſcripto eruere conatus eſt, ut & P. Forerus contra Molinæum: Caſalius titulo felicior eſt, quàm tractatione. *Scholaſticam* Peſantius copioſè tractat, Becanus & Hackerus perſpicuè. In *Aſceticis* Drexelij opuſcula; in *Eccleſiaſticis* verò Ludovici Granatenſis, Cornelij Muſsi, Epiſcopi Bitontini, Ioh. Feri, Claud. Eſpenſæi, Picherelli ingenuitatem majorem obſervamus. Ex concionandi Methodis Ferdinandi de Eſcalante Clypeus concionatorum, & erudita, operoſaque tractatione, & candore, quo ſuum cuique, Reformatis etiam, relinquit, inſignis eſt. In *Caſuiſticis* Azorius loco multorum eſſe poteſt, ſive molem ſpectes, ſive curam & ſtudium.

CAPUT. V.

DE THEOLOGIA SYSTEMATICA Novatorum.

1. Anabaptiſtarum. 2. Socinianorum. 3. Arminianorum 4. Vorſtianorum. 5. Schvvenckfeldianorum. 6. Huberianorum. 7. Weigelianorum. 8. Independentium &c. 9. De Orientalibus Græcis, Armenis, Syris, Arabibus &c. Chriſtianis, fidelibus; Infidelibus Judæis, Muhammedanis παράλειψις.

I. Anabapt.

I. Novatorum latiori ambitu eos complectimur omnes, qui vel novis (aut interpolatis ſaltem,) dogmatibus Eccleſiam infeſtârunt, vel Schiſmaticè ſeparata conciliabula inſtituerunt. Ex quibus, ordinis & temporis ratione, primi ſunt *Anabaptiſtæ*, qui ad Syſtematicam tractationem ſeriùs pervenerunt. Rariùs enim, & noſtra pleraque ætate eorum ſive Exomologetica, ſive Topica viſa ſunt ſcripta. In *Helvetia* ſuperſunt adhuc Patriarcharum illorum quædam Epiſtolæ ἀνέκδοτοι. Cùm, illiterati plerique, & Syſtematicæ Methodi ignari adhuc eſſent, faſciculum cantionum (Eclogas Außbund illi vocant) more Helvetiorum antiquitus recepto, ſcripſerunt. Authores erant Helvetii, aliique in arce Paſſavienſi detenti. Præceſſit Apologia Anabaptiſtarum, quâ ſuæ ſeceſſionis ab Eccleſia reddiderunt rationem, cui Bullingerus reſpondit. Quæ aliquot ab hinc annis, Ampliſſimi Magiſtratus Tigurini Declarationi cauſæ ſuæ, contra Anabaptiſtas, oppoſita fuerunt, alibi nata ſunt, non in turbatorum noſtrorum officinis arma cuſa. In *Belgio* Anabaptiſtarum dogmata & regimen clariùs obſervamus poſita & expoſita. Initium fecit M. S. (*Mennonem Simonidam* eſſe non dubito) fundamento, ſeu perſpicua demonſtratione, de doctrina ſalvifica, edita an. Chr. 1556. addita meditatione in Pſalm. 25. Inſtitutio accedit, de ſpirituali reſurrectione, de Excommunicatione. Noſtra ætate prodierunt non pauca eorum ſcripta tum *Didactica*, tum *Hiſtorica* tum *Elenctica*. Ex *illis* eſt confeſſio fidei, prior & prolixior vulgata Hornæ 1620. cum teſtimoniis Scripturæ, & authoritatum appendice. Poſterior Henotica, & conciliativa Dordraci 1632. decreta, & partium ſubſcriptione munita 1658. Confeſſionis defenſio & declaratio, Catecheſis VVibrandi, Enchiridion, ſive manuale Religionis Chriſtianæ Theodori Philippi, ex Belgico in Gallic. translatum à Virgilio de Lee,

Digitized by Google

Lat. 1626. ubi pleraque ſcripta Mennonis, Theodori Philippi, Iacobi Doyſi, Matthiæ Ieurienii, Henrici Alevini, Iacobi Candelarij. Ex *iſtis* occurrit Martyrologium Anabaptiſtarum, & Eclogarum faſciculus, Henrici Montani contra Pædobaptiſmum, quam ex antiquitate refutat. Ex *his* Anabaptiſtæ vel 1. *mutuis colliduntur* diſſenſionibus: Ita Andreas Erdenpryſ. Hutterianus, non ita pridem ſcripſit Epiſtolam ad Helvetios de communione bonorum, quam hi hactenus non admiſerunt. Et non ita pridem Hamburgenſes, Epiſtola ſatis prolixa, Tremulos, aliòsque, qui uſum verbi & Sacramentorum voluerunt ſublatum, erroris conviceruut. Ejusdem commatis ſunt recentiora aliquot ſcripta, ut Eccleſia viſibilis triumphans contra Portas inferni; oppoſita contradicentibus Galeno Abrahamidæ, & Davidi Spruyt, 1660. Diſsidium Mennoniſticum &c. 1663. Gallicinium Socinianum, ſive D. Galeni Abrahamidæ ſcandaloſæ, Socinianæ concionis publicè in Ioh. 1. 9. in cœtu Anabaptiſtico Vlam. habitæ contra Chriſti perfectam ſatisfactionem, refutatio Theodori Vander Meer, Amſtel. 1663. vel 2. *Reformatis* ſe oppoſuerunt. Ad hanc Claſſem pertinent, Refutatio Manifeſti Tigurini, Amſtelodami 1644. vulgata, Abſterſio accuſationum gravium Petri Bontemps, facta per P. V. K. 1643. ubi doctrinam author Anabaptiſtarum defendit &c. Smegma Hollandicum contra maculas, quas P. Bontemps Mennonitis adſperſit. Opuſculum tripartitum 1. de conſcientiæ coactione. 2. Baptiſmo. 3. Blaſphemijs in Majeſtatem tam diviná, quàm humanam. G. V. V. id eſt Gerhardi Vryburgh, quod ipſum tamen nomen fictitium eſt, pro, Abraham Davidis: Amſtel. 1644. Confutatio argumentorum, quibus P. Bontemps probare conatur, Anabaptiſtas injurios, eſſe in Deum & homines, 1643. Spongia ad abluendas maculas Petri Bontemps contra certam Anabaptiſtarum ſectam Iodoci Henrici Lixivium contra ejuſdem maculas &c. Apologeticum ſcriptum eſt de ſingulis Confeſsionis Anabaptiſticæ capitibus Amſtel. 1644. Probatio lixivij D. Bontemps: ubi per G. V. V. fides potiſsimùm authoris & Methodus agendi ſolicitatur: Húcque tendit author, ut probet ſibi, ſuisque falsòque quædam imputari. Confeſsio de præcipuis fidei Chriſtianæ capit. adverſus Babylonem Anabaptiſtarum Hermanni Fauckelij, 1650. Babel Pædobaptiſtarum, contra Fauckelium, Antonij Iacobi Medici & Miniſtri Anabapt. De ratione regni Chriſti, utrum Chriſtianus poſsit Magiſtratum gerere; 1657. *Praxeos* fortè etiam fieri poſſet mentio, ſi eo referri velimus *Scholam* nuperam I. V. Brougt. Catechiſmus enim eſt Practicus, certis lectionibus abſolutus, ea, quæ in vita & morte obſervanda commendant, exhibens: Dordraci 1658.

II. *Socini & Socinianorum* impietatem adeò impunè publicis erupiſſe ſcriptis, meritò dolendum eſt. Ipſe certè Lælius Socinus antehac frontem adeò impudenter non perfricuit, ut S. S. Trinitati ἄσπονδον indicere bellum auderet; id quod ſuo loco, C. 9. ex Mſc. ejus indicabimus. Vbi verò infauſtiſsimus ille Fauſtus, nepos ejus, Photini damnati ſemel reſorpſit ſordes, patroni peſtilentiſsi- II. Socinian.

ſtilentiſsimæ ſectæ nunquam defuerunt. Socini ſcripta multa ſunt, vix tamen alij plus tribuitur, quàm qui de Servatore ab ipſo eſt conſcriptus. Videatur *Hornb.* T. II. cont Soc. p. 611. Scabiem ſuam homo contagioſiſsimus affricuit non Poloniæ tantùm, ſed & Germaniæ, Belgio &c. Vnde varii Socinianorum abortus. *Socini* extant opera, prælectiones, Epiſtolæ, de ſtatu primi hominis: *Dudithij* Epiſtolæ ad Ioh. de Laſco, & Ioh. VVolfium: *Smalcij* Catecheſis Racovienſis: Moſcorovij contra Skargam & Smiglecium Ieſuitas: *Oſtorodi* inſtitutiones, de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus, adverſus Tradeliũ: *Enjedini* explicatio Scripturæ: Volckelius Miſnicus de vera religione, cui *Crellius* Franc. librum primum de uno Deo Patre præmiſit: *Nicolaides* de Eccleſia: *Coslavius* adverſus Keckermannum, *Schlichtingius* adverſus Meiſnerum, Comment. in Epiſt. ad Hebræos: Et Confeſsio fidei ad Symbolum Apoſtolorum. Addi poſſunt corruptelæ illę ſup. p. 164 allatæ. Impium illud & blaſphemum ſcriptum, ob cujus Editionem an. Chr. 1658. Polonia ſunt ejecti, de quo *Lat.* in Hiſt. p. 34 Ejuſdem farinæ ſunt lib. 7. de Trinitatis erroribus Michaelis Serveti alias Reves ab Arragonia, Dialogi Bernh. Ochini, Blandrata & F. Davidis adverſus Trinitatem contra Majorem: Eorundem & aliorum Tranſſylvaniæ miniſtrorum maledicum ſcriptum de falſa & vera Dei cognitione, Gregor. Pauli adverſus Palæologum.

III. Armi-nian.

III. De *Arminianorum* origine, progreſſu, hypotheſibus, differentia &c. agendi hic locus non eſt. In ſcripta jam tantùm & labores eorum inquirimus. Ipſius, præter alia, *Arminij* edita ſunt, Oratio de Sacerdotio Ieſu Chriſti: Orationes tres de Theologiæ Objecto, auctore, fine, & certitudine: Oratio de componendo religionis diſsidio inter Chriſtianos: Declaratio, qua auctor ſententiam ſuam profitetur de Prædeſtinatione, Providentia Dei, Libero arbitrio, Gratia Dei, perſeverantia ſanctorum, certitudine ſalutis, perfectione fidelium in hac vita, divinitate Filij Dei, juſtificatione hominis coram Deo: Reſponſio ad 31. articulos in vulgus ſparſos: Quæſtiones novem cum reſponſis & anterotematis alijs. Diſſertatio in c. 7. ad Romanos: Diſputationes publicæ & privatæ. Defendit Arminium contra Tilenum, ejuſque editam conſiderationem Arnoldus Corvinus, Eccleſiaſtes Leidenſis: Auxit malum Sociniano veneno Epiſcopius Arminij diſcipulus & ſucceſſor, fuſis ſcriptis. Reliquam Arminianiſmi ſupellectilem facile conſtituunt Collatio Hagienſis, ſcripta Anti Synodalia, Confeſsio cum Apologia, Reſponſio ad excerpta Profeſſorum Leidenſium, Vedelius Rhapſodus, Catecheſis, Catecheſis defenſio, Epiſcopij Refutatio ſecundæ contra Remonſtrantiæ, Decretum Illuſt: Ordd. Holland. Grotii pietas Ordinum, hujuſque defenſio per Corvinum contra Bogermanum, ſcripta Vtenbogardi, Tileni, Grevinchovij, Poppi, Curcellæi, Pœlenburgij. Ex Arminiana etiam Schola, vel Anabapt. prodiiſſe videtur nuperum ſcriptum 1662. ubi judi-

dicis

Digitized by Google

diciis Eccleſiarum, Academiarum, Theologorum probatur diſsidium inter Remonſtrantes & contra-Remonſtrantes non fundamentale.

IV. *Conradi Vorſtij* errores, totam ferè Theologiam infeſtantes, cum Arminianiſmo quidem multa habent communia, meretur tamen inſignis Novator, cujus ſcripta diſtinctè à nobis enarrentur. Extant ejus Oratio Apologetica, habita in pleno Conſeſſu Ordd. Holl. & VVeſtfris. Ejuſdem Apologetica Exegeſis locorum ex libro de Deo excerptorum, eique pro erroneis impoſitorum: Modeſta reſponſio ad articulos ex Anglia transmiſſos: Prodromus plenioris reſponſi ad declarationem Sibrandi Lubberti: Ejusdem brevis refutatio ſpeciminis à Leovardienſibus Eccleſiaſtis adverſus ipſum editi. Ejusdem reſponſum plenius. Ejuſdem Catalogus errorum ſive hallucinationum Sibrandi Lubberti ex ipſius libello, cui titulum fecit: Declaratio reſponſionis &c. fideliter excerptus. Ejuſdem Paræneſis ad Lubbertum, qua recentes aliquot ejus injuriæ, apertæque calumniæ refutantur. Ejuſdem Ἀλεξίκακος, Scholia ad Lubberti Commentarios, ad errores Vorſtij; Ejusdem appendix ad Scholia Alexicaca, qua continetur Examen doctrinæ Lubberti de Prædeſtinatione. Ejusdem amica collatio cum Piſcatore. Ejusdem amica replicatio & duplicatio ad Apologeticum Piſcatoris. Ejuſdem plenior Idea doctrinæ Ioh. Piſcatoris de Prædeſtinatione, & annexis capitibus: Ejuſdem reſponſio ad Matthæi Sladi Scholaſticæ, quàm vocat, cum Vorſtio diſputationis &c. Acceſsit Sylloge argumentorum, quibus Eſſentiæ & voluntatis in Deo diſcrimen oſtenditur. Aliaque induſtriæ non obſcuræ, ſed in mala cauſa periculoſiſsimæ & pernicioſæ reliquit documenta. Magnos in pietatis & Orthodoxiæ ſtudio progreſſus facere potuiſſet, ſi intra carceres & limites modeſtiæ ſubſtitiſſet: veterique contentus doctrina, nimio novaturiendi pruritu totus non fuiſſet infectus.

V. Reliquam, quæ ſupereſt, Novatorum ſentinam ſimul exhauriemus. *Huberus* Confeſsionem edidit, Epiſtolas, diſputationes reliquit, quibus velut alter Iſmael omnium Reformatorum, Lutheranorum, Pontificiorum, invidiam, turbulento ſuo ingenio, in ſe concitavit. *Schvvenckfeldius* ſcripſit de carne Chriſti, Hominem Ieſum Chriſtum à primo conceptionis momento, verum & naturalem Dei Filium fuiſſe. Item de Totalitate Chriſti tam in Paſsione, quàm gloria; De peccato & Gratia; Adamo & Chriſto. Aliàque opuſcula. M. *Valentinus Vveigelius* ſcripſit libellum de beata vita, Poſtillam, Noſce te ipſum. Ad hanc Claſſem referunt *Henrici Nicolai* ſpeculum juſtitiæ, *Davidis Georgij* librum Mirabilium cum Apologia: Hujus defenſionem per Andream Hagelmumſoon; *Sebaſtiani Franeken* Arcam Noæ, Theſaurum agri, Paradoxa: Scripta *Paracelſi*, Val. *Stifelij*, *Behmi* Sibyllina folia: *Nicol. Titinge* de Myſterio incarnati verbi: Lac Catecheticum *Hilarij Van Pronchorſt*: *Antonij Pocquij*. *Joh. Tricht*. *Pauli Bacleri*, *Petri Colorij*, *Pauli Felgenbavveri*, *Hartvv. Loh-*

man. Independentiſmum ſcriptis defendunt Robinſonus, Ioh. Canne, alii, de quibus ſupra. *Tremulorum* etiam nonnullas habeo ἀπορροίας obſcuras & intricatas, quas vix legere operæ pretium eſt, niſi tum ob Hiſtoriam, tum ut videamus, quid non poſsit tenebrarum Princeps in filijs inobedientiæ. Periculoſa hæc ſcripta ſunt omnia, multis de cauſis, ea maximè, quòd Miniſterium Eccleſiaſticum elevant, verbum Dei authoritate ſua ſpoliant, uſum Sacramentorum novo & inaudito antehac ferè exemplo conculcant, & dum Chriſtianiſmum in ore ſemper habent, nullis partium ſtudijs abreptum, ipſi tamen ſegreges ſuos inſtituunt conventus: Illi tamen, qui novas novæ religionis hypotheſes inſtillare aliis volũt, quod Eduardus Baro Herbert tentavit, periculoſiſsimi.

VI. In Orientem jam tandem migrandum, *chriſtianorum*que, *Iudæorum, Muhammedanorum, Gentiliũmque, Indorum* præſertim & *chinenſium* excutiendi eſſent foruli; quando verò de plerisque jam ordine & pro diverſitate objectorum actum à nobis eſt in *Promtuario* noſtro, & *Archæologia* Orientali, reliqua verò in *Bibliotheca Philologica* commodiùs proponi poſſunt, pedem hîc figemus: Illud obiter monituri, Iudæos quoque & Muhammedanos ſuam excoluiſſe Theologiam *Exegeticè*, & *Topicè*, & Topicam quidem *Didacticè*, *Elenchticè*, *Hiſtoricè*, *Caſuiſticè*, *Aſceticè & Eccleſiaſticè*, id quod ex *Promtuario* noſtro facilius promi, quàm hoc loco repeti poterit.

VII. Hiſtoricè ergò tantùm, & paucis tũ de *Orientalibus* Eccleſijs, tum de *Iudæis*, *Muhammedanis*, παρέργου ὁδὸν indicabimus, quæ quovis tempore ſtudia Theologica in pretio maximè fuerint. Ex *Orientalibus* Eccleſijs prima eſt & antiquiſsima *Syriaca*, de cujus ſtudiis Theologicis, Exegeticis, Didacticis, Leiturgicis, Aſceticis, Hiſtoricis, ſuprà pag. 137. à nobis diſtinctè fuit actum. Hodie natio illa cum reliquis Orientalibus frigere videtur, ſubſidiis literas publicè excolendi deſtituta: Ita ut Eccleſia, à qua cæteri olim Scholaſticam Theologiam mutuârunt, ipſo teſte Maſm. *More Hannev.* P. I. c. 71. vix jam Leiturgias ſuas retineat. *Græca* Eccleſiæ florentiſsimæ olim fuerunt, cùm adhuc, ut Celeb. *Heinſij* utar verbis, in *Baſilio Magno facilitatem cum cura, in Gregorio ſingularem cum pietate vim Græcia admiraretur; in Theodoreto lenitatem in dicendo, in interpretando ſine ambitione ulla maximũ candorem, in errorum confutatione planam & nervoſam argumentorum copiam; vaſtiſsimam Clementis eruditionem, Chryſoſtomi digreſsiones melle dulciores;* Orat. pag 88. Habuit enim Græcia *Exegetas* eximios Baſilium Chryſoſtomum, Cyrillum, Alexandrinum, Procopium, Origenem, Iſychium, Apollinarium, Gregorium Nyſſenum, Theophilum Antiochenum, Didymum Alexandrinum, Theodoretum; Habuit *Elenchticos*, contra *Simonem Magum*, Menandrum, Ebionem, *alios*; Ignatium: *Valentinum*, Gnoſticos &c. Irenæum

Digitized by Google

Irenæum. *Arianos* Athanaſium Alexandrinum, Gregorium Bæticum, Gregorium Nazianzenum: *Eunomium* & Eunomianos Baſilium, Gregorium Nazianzenum; *Neſtorium* aggreſſus eſt, Cyrillus Alexandrinus; Omnes *hæreſes* Theodoretus, Epiphanius: *Origenem* Theophilus Alexandrinus. Habuit *Oratores ſacros* Origenem, Athanaſium, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyſſenum, Chryſoſtomum &c. Habuit *poetas* ſacros, Gregorium Nazianzenum, Sidonium Apollinarem. *Hiſtoricos* Eccleſiaſticos, Euſebium Cæſarienſem, Theodoretum, Socratem, Sozomenum Evagrium Scholaſticum. *chronologos* habuit, Euſebium, Nicephorum &c. *Aſcetica* ſcripſit Baſilius, Chryſoſtomus, alij, vel ex profeſſo, vel incidenter. *Caſuum* examen Epiſtolis potiſsimùm, & quæſtionibus proponebatur. Poſtquam verò Græcia ſervilis eſſe, Imperij dignitas langueſcere, literarum ſtudium ſordere, ignorantia in Monaſterijs ſtabulari, ab aliquot ſeculis, cæpiſſet, certum èſt, ſtudij etiam Theologici culturam incredibilem accepiſſe ſtragem. In *Exegeticis* unus fermè circa a. Ch. 1071. occurrit *Theophylactus*, qui Chryſoſtomi ſcripta & diligentiſſimè legit, & in Epitomen contraxit, novitatis tamen ſtudio, præſertim in doctrina de Cæna Domini, abreptus, inſolita ſubinde uſus fuit phraſeologia, quam tamen noſtri ex ipſo illo authore non infeliciter emollire fuerunt conati. In *Elenchticis* hæc Eccleſia ab aliquo tempore ſolicitè fuit occupata. Cùm *Latinis* congreſsi pridem fuerunt, in *genere* omnes illi, quorum nomina dedimus in nupera *Enneade*, pag. 189. In *ſpecie*, qui Synodum VIII. quam Photianam nuncupant, defendunt, eique titulum *Oecumenicæ* præfigunt: Georgius Gemiſtus, Philagrius, Bryennius, & qui illius Canones illuſtrârunt, Theodorus Balſamo, Iohannes Zonaras. Nilus item Theſſalonicenſis, Macarius Ancyranus. 2. Eccleſiæ Romanæ primatui contradicunt; Barlaam, Nilus &c. 3. Purgatorium ex profeſſo deſtruunt, ijdem. 4. De Proceſsione Sp. S. Latinis contradicunt. Michael Glycas; Georgius Boila, Matthæus Philaretus, Calliſtus Angelicudes, Angelus cognomento Aidarus, Nicolaus Cabaſilas, Demetrius Chryſolora, pluresque alij, de quibus *Allat.* Synod, Phot. pag. 445. 5. uſum azymi in communione ſacra damnant, enzyma urgentes, Nicolaus Hydruntinus, Euſtratius Nicenus, Nicolaus Methonenſis, Nicolaus Cabaſila, Niceta Studites, Niceta Choniates, Leo Bulgariæ Archiepiſcopus, Marcus Epheſius, Simeon Patriarcha Hieroſolymitanus, Barlaam Monachus. Quæ cum Eccleſijs *Auguſtanis* Patriarchæ Ieremiæ interceſſerint, multis ultrò citròque miſsis Epiſtolis & actis, vulgatum eſt. Extant *VVittebergenſium* Theologorum, & *Patriarchæ Ieremiæ* acta & ſcripta, quæ utrique ab an. Chr. 1575. usque ad 1581. de Auguſtana Confeſsione inter ſe miſerunt, Græcè & Latinè, Ieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani ſententia definitiva, de doctrina & religione VVirtenbergenſium Theologorum: una cum Antidoto ultimæ Confeſsionis Stanislai reſponſionis eorundem ad cenſurã Patriarchæ de articulis Confeſsionis Auguſtanæ, Con-

ſtantinopoli ex Patriarchio allatæ; Addita Stanislai Socolovij ad VVirtenbergenſiū invectivam brevis reſponſio: Ioh. Bapt. Fickleri Spongia contra VVirtenbergenſium aſpergines. Ioh. Groſcii Animadverſio in Theologos VVirtenbergenſes, ſua acta & ſcripta apud Patriarcham C. jactantes, & Socolovij operam in edenda Eccleſiæ Orientalis cenſura calumniantes. Sed & Schærerus Ieſuita quædam edidit. Quæ ſcripta Elenctica ſub *Cyrillo* Patriarcha & Martyre, ejuſque ſucceſſore, prodierint jam ſup. p. 100. breviter indicavimus. *Armenis* ſe oppoſuit Theorianus: Inter ſuos verò Eccleſia Romana refert eos qui 1. fortiter *reſtiterunt Iconomachis*, ut ſunt Iohannes Damaſcenus, & Theodorus Studites. 2. *cauſam Romanorum contra* Græcos *defenderunt*, cujusmodi jam olim erant Beſſarion, Georgius, ſive Gennadius Scholarius: Illi cumprimis, quos duobus Tomis edidit Orthodoxæ Græcæ ſcriptores Leo Allatius. *Primo* tomo continentur Nicephorus Blemmida, Iohannes Veccus Patriarcha Conſtantinopol. Gregorius Pachymeres, Eſajas Cyprius, Iohannes Argyropulus, Gregorius Protoſyncellus, Patriarcha Conſtantinopol. Georgius Trapezuntinus, Iohannes Pluſiadenus, Hilario Monachus, de Proceſsione ſp. S. à Patre & Filio, Nicetæ Byzantij Philoſophi & Magiſtri refutatio Epiſtolæ ſcriptæ ab Armenorum Principe. *Secundo* verò, Iohannes Veccus, Conſtantinus Meliteniota Chartophylax, Gregorius Metochita, Diaconus magnæ Eccleſiæ, Maximus Chryſoberga de Proceſsione Sp. S. Prodierunt etiam Euſtratius Conſtantinopolitanus de animabus ſeparatis, Ioh. Veccus ad Sugdææ Theodorum de cauſa Schiſmatis; alii ex Collegii de propugnanda fide Typographia, de quibus ſup p. 33 & Novo conatu probare hactenus ſategit *Leo Allatius* in genere perpetuam Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis tum in dogmate, tum in ritibus conſenſionem, in *ſpecie* de Purgatorio, peculiari tractatu; de παννυχισμῷ à Græcis rejecto in Henric. Hotting pag. 156. & Synod. Photian. pag. 535. Proceſsione Sp. S. à Filio, pag. 445. *Hiſtoriæ* etiam *Eccleſiaſticæ* ſtudium ab intermediæ ætatis ſcriptoribus, Græcis, ſed diverſo admodum ſucceſſu, fuit cultum. Duo ſunt *Nicephori*, ille Patriarcha Conſtantinopolitanus circa an. Chr. 750. floruit, hic, cognomento *Calliſtus*, ſub Andronico Majore, natus an. Chr. 1300. inſulſus ſcriptor, quem *Georgius Cedrinus* ſequitur, cujus totum opus Scaliger *ſtabulum quisquiliarum* appellat, Voſsius *centonem*. *Georgius Syncellus*, ejuſque continuator, *Theophanes* verbotim à Cedreno eſt exſcriptus. *Zonaræ* tertius Tomus hoc laudis habet, quòd ea pleraque tradit à Conſtantino Magno ad ſua tempora, quæ præter ipſum nemo alius, & ſine quibus multa Orientis ignoraremus. Hunc excepit *Nicetas Acominatus*, ſive Choniates qui 85. annorum res geſtas fuſiùs ac liberiore nonnihil Orationis ductu proſequitur, uſque ad urbem Conſtantini captam à Balduino Flandro. Intercedit *Georgij Logothetæ*, i. e. ſummi Cancellarij Hiſtoria captæ Conſtantinopoleos. Nicetam verò *Nicephorus Gregoras* ſequitur qui 145. annorum conſequentium Hiſtoriam literis conſignavit, qui tamen

nec

nec fide, nec eruditione, nec induſtria *Niceta*, aliisve accedit. Vid. releƈt. Hiſtor *Dbegor. VVbear*, p. 247. Majorem laudem *Cantacuzenus* reportavit, qui, ex Imperatore Monachus factus, luculentam condidit Hiſtoriam ſub nomine *Chriſtoduli*, quam proinde & *Voſſius* luculentiſsimo ornavit elogio. Vltimus eſt *Laonicus Chalcocondylas* Athenienſis, qui qua ratione Conſtantinopolis ſub jugum tandem Turcarum ſit miſſa, poſteritati reliquit: quæ tamen ad ſupellectilem Hiſtoriæ profanæ rectiùs referuntur. *Aſcetica* recentiorum Græcorum in Liturgiis, Euchologiis, Menologiis (præſertim Simeonis Metaphraſtæ) Anthologiis, &c. quæ ſatis ſunt nota, traduntur. *Caſuiſtica* erui poſſunt ex Nomo Canone Græcorum Photii, illuſtrato Commentariis Theol. Balſamonis, ubi quicquid ad Politiam maximè, ſeu regimen ſpectat Eccleſiæ, examinatur, & deciditur. Edidit & *Leunclavius* jus Orientale Græcorum. *Moſcovitarum* ſcripta nulla ſunt niſi fortè pauca, ex Patribus Græcis tranſlata: Natio enim à literarum commercio planè aliena, ut ex *Olearij* patet *itinerario* p. 176. & nupera diſputatione de *Moſcovit. relig. Arabicæ* Eccleſiæ, Hiſtoricæ, Aſceticæ, Exegeticæ, Polemicæ etiam Theologiæ fuerunt cultores: Magis tamen de *Aſceſi*, quam *Elencho* ſoliciti, ut ex iis patet, quæ habet *Promtuar.* noſt. P. II. c. 2. Cl. 1. De *Armenis* pauciſsima habemus: Confeſsio quædam eorum VVittebergæ prodiit de Trinitate & Filio Dei, nos aliam inſeruimus *Topograph.* Eccleſ. p. 63. Nihil etiam ferè apud *Æthiopes* reperias, quod non à Græcis ſit mutuatum, ut ex Bibliotheca eorum Theologica *Promtuar.* pag. 319. &c. inſerta patet. Eadem ratio *Coptitarum* eſt, pag. 313. qui præter Hiſtoriam domeſticam Eccleſiaſticam, parum ad hanc ſupellectilem contuliſſe videntur. De *India* nihil polliceri poſſumus, quod non intulerit Europa. Illud de Orientalium Theologis, recentioribus cumprimis eſt obſervandum, Menologiis, Leiturgiis, vel aliis etiam ſcriptis Aſceticis, ita eos ſuam impendere operam, ut priſcæ & maſculæ veterum Theologiæ veſtigia non ſatis religiosè ab iis obſerventur. Certum eſt, ad ſimplicitatem pleraq; potiùs tendere, ζυμπαθεία noſtra, conſilio etiam & auxilio, ſi fieri poſſet, dignam, quàm malitioſam ſuperſtitionem, aut profligatam impietatem.

VIII. *Infideles* ſuperſunt, *Iudæi* & *Muhammedani*. Et *illi* quidem Theologiam Exegeticam ab anno Chriſti milleſimo magno ſatis tractàrunt conatu: *Scholaſticam* à Muhammedanis Arabibus mutuàrunt, ut ex ijs manifeſtum Iudæorum exemplis, quæ ſupra ex *Leone Africano* adduximus. Hinc tot eorum Syſtemata *Didactica*, *Elenctica*, de quibus in Promtuar. pag. 16. & *Leiturgica* utramque ferè hodie apud eos facit paginam, ut *Talmudica* ſex primis poſt Chriſtum natum ſeculis. *Aſceticæ* præcepta varia tradiderunt, ſuis Claſsibus diſtincta. Alia ſunt de Pœnitentia, alia de formanda vita, de Mundi vanitate, pietatis ſtudio &c. de quibus ibid. pag. 27. *Caſuum* examen rariùs apud eos inſtituitur. *Kabbaliſticis* calculationibus, & tranſpoſitionum ſuaviludijs, mirè delectati Magiſtri, totam nonnulli ſcripturam in Allegorias commutàrunt. Vel ſoli tituli indi-

cium dabunt inſolitæ Theologiæ; ſpecimina vide l.c. pag. 31. *Muhammedani* denique primam curam impenderunt *Exegeſi* Alcorani tam verbali, quàm reali: Illa circa ſenſum verſatur, hæc circa criſin, & ſuperſtitioſiſsimam Maſoram, qua variæ variorum Codicum lectiones notantur, verſus & voces numerantur, quod ſcribendi genus Arabibus primum placuit, poſtea & Perſis. *Scholaſticum* ſtudium, tum *κατὰ διδασκαλίαν*, tum *καὶ ἔλεγχον*, ubi ſemel Muhammedanos occupavit, multum religioni novæ faceſsit negotii. Variæ enim mox Scholaſticorum ortæ, & diverſiſsimæ ſectæ, de quibus in *Hiſt. Orient.* pag. 556. Caput etiam extulerunt quatuor Schiſmaticorum Patriarchæ, qui rituum diverſitate odium implacabile inter Muhammedanos invexerunt. Originem, ſcripta, nomina dedimus l.c. p. 550. & *Promtuar.* p. 173. &c. *Aſcetica* Muſelmanni ſtudioſiſſimi fuerunt, tam Arabes, quàm Perſæ. Vnde & varia in hoc genere ſcribendi documenta, de quibus *Promt.* pag. 207. 208. & *Archæol. Orient.* p. 95. *Eccleſiaſticæ* etiam, ſive *concionatoriæ* non minùs, quàm Hiſtoricæ locum reliquiſſe Scholas Arabum, ibidem pag. 207. 209. indicavimus. Atque hæc ſunt, quæ ferè per περίληψιν de Oriente hoc loco ponenda potiùs, quàm exponenda erant.

CAPUT. VI.

CAPUT. VI.

SPECIMEN THEOLOGIAE SYſtematicæ Particularis.

Speciali enumeratione oſtendentur authores, qui agunt 1. de Theologia. 2. Scriptura. 3. Concilijs, Patribus. 4. Deo. 5. Cultu Dei & Sanctorum, tum vero, tum falſo. 6. Decretis. 7. Creatione. 8. Providentia generali & ſpeciali. 9. Peccato, originali, actuali &c. 10. Libero arbitrio. 11. Lege. 12. Evangelio, Promiſſionibus. 13. Perſona & officio Chriſti. 14. Eccleſia, ejus Natura, Notis in genere: In ſpecie de Orientali & Occidentali. 15. De Sacramentis in genere. 16. De Baptiſmo & Cœna Domini; Item ſpurijs Sacramentis in ſpecie. 17. De reditibus Eccleſiaſticis, decimis, donatione Conſtantini. 18. De varijs ritibus Eccleſiaſticis, cantu, horis Canonicis, Feſtis. 19. Sepultura fidelium; Cura pro mortuis, purgatorio. 20. Conjugio, cælibatu, votis, divortio, Polygamia. 21. Magiſtratu. 22. Donatione reſipiſcentiæ ac fidei per vocationem. 23. Juſtificatione, remiſſione peccatorum, Indulgentijs. 24. Libertate Chriſtiana. 25. Perſeverantia Sanctorum. 26. Glorificatione.

I. OStendimus hactenus aliquot capitibus rationem Theologiæ Syſtematicæ in *genere*; à quibus, & quot modis exculta illa fuerit. *Specialis* ſequeretur tractatio, quæ uniuscujusque loci Communis indicaret ſortem & fatum: Quando verò operoſior eſt tractatuum *ſpecialis* enumeratio, quàm quæ vel pro dignitate, vel neceſsitate poſsit hac vice expediri, ſpecimen Methodi noſtræ dediſſe ſatis fuerit. Non de ſunt quidem hujus etiam ſpecialis ſupellectilis ſubſidia, & particularium locorum indices quorum alii Alphabethico recenſent ordine, quicquid de una quaque materia obſervari aut colligi potuit, quæ ſcribendi ratio *Draudio* placuit, in *Bibliotheca claſsica*, ſtudiosè potiùs

quàm

Digitized by Google

quàm judicioſè collecta. *Alij* certis tantùm ſcriptoribus, in Elencho præſertim, certa oppoſuerunt Antidota, cujusmodi in Bellarminum edidit *Vorſtius*. *Alij* authores tam Reformatos, quàm Pontificios, qui controverſiam aliquam ſive in utramque, ſive ulterutram tractârunt partem, enarrant, ut *Chamierus* in Panſtratia, *Grotius* in Anti-Becano. Idem antehac inſtitutum in explicatione Confeſsionis Helveticæ obſervare cæpimus. Hoc verò noſtrum inſtitutum paulò aliam requirit operam, quam tamen difficulter jam impendere poterimus. Oſtendendum nempe eſſet, quibus initijs, progreſsibus ſingulorum Locorum communium tractatio conſtaret, à tempore præſertim Reformationis, &c. Quo ſubſidio res Theologica magnum acciperet lumen non Hiſtoricum modò, ſed & (errorum enim fontes oſtendere, eſt eosdem refutare) Elencticum. Id verò cùm expectari hac vice non poſsit, alia, ζῶντι θεῷ, fiet occaſione. Hic enim, niſi fallor, ſupremus eſt apex. Ne tamen promiſsi noſtri immemores videamur uſibus ſtudioſorum conſulturi, ordine potiſſimùm Confeſsionis Helveticæ obſervato, ſingulis Locis communibus eos aſsignabimus authores, qui in cujuslibet examine particulari vel primi ſunt, vel maximè nobis obvij: Ad locum de I. *Theologia* pertinent, qui ſcripſerunt,

I. Theologia. 1. *de veritate Religionis Chriſtianæ* Savanorola, Vives, Eraſmus, Mornæus, Grotius. 2. *De ſtatu religionis per orbem*: Brerevvordi religionum ſcrutinium: Hottingerus Ἀρχαιολογίαν Oriental. *De ſtatu Eccleſiarum Reformatarum* per Europam Anon. 4. De *religione in genere*, Martinius de Naturæ Theologiæ. 4 *De Philoſophia Theologiæ ancillante*, Baronius, Mareſius, Hottingerus. 6. *De uſu rationis in Theologia*, Mareſius, Vedelius, Fabricius &c. 7. *De Theologia Scholaſtica*, Danæus, Voetius, Binderus; Extat & VVimpheling. defenſio Theologiæ Scholaſticæ contra turpem libellum Philomuſi. 8. προθεωρία *Theologica Generalis*, Hottingeri. 9. Ejusdem de *abuſu diſtinctionum Theologicarum*. 10. *De fundamentalibus*, Voetius, Duræus, Spanhemius.

II. Scriptura. II. De *Scriptura & Traditionibus*, & *Reformati* quidem *Didact.* in genere, Zuinglii de certitudine de claritate verbi Dei, Petri Martyris exhortatio juventutis ad SS. Literarum ſtudium: Ejusdem encomium verbi Dei in S. Scriptura traditi, Bullingerus, de Scripturæ Sacræ authoritate, certitudine & firmitate: Sohnii libri duo de Scriptura: Hyperij libri duo de S. Sc. lectione & meditatione: Polani Didaſcalia de verbo Dei: Riveti Iſagoge ad Scripturam ſacram: Bucerus de Typicis expoſitionibus Scripturæ certis allegoriis ac anagogis: Mornæi tractatus, quo probat, in religione ad Scripturam tantùm attendendum: Ionſtonus de libris S. ſc. Leuſden Philologus Hebræus, & Mixtus, Anonymus de Majeſtate Scripturæ, ex translatione Conradi Vlmeri. Ioh. Dallæi de fidei ex Scripturis demonſtratione adverſus novam quandam Latinorum Methodum: Danæi Methodus S. ſc. in publicis lectionibus & concionibus utiliter tractan-

dæ

dæ. Cameronis prælectiones de verbo Dei: Ejuſdem de ſupremo controverſiarum judice. Carolſtadii 370. Apologeticæ concluſiones pro ſacris literis. *Elenctice*, Sadeel de verbo Dei ſcripto adverſus traditiones. Relatio fidelis colloquii habiti inter D. Bedacier, & Davidem Ancillon de Traditionibus potiſsimùm: Polanus de unico S. Sc. principio, S. Sc. judice &c. Adjuncta refutatione Sophiſmatum Bellarmini, quibus evincere conatur, Papam Romanum, cum Concilio, ſummum eſſe judicem. Johannis Serrani Anti-Ieſuita ſive pro verbo & vera Catholica Eccleſia, adverſus Iohannis Hagi Ieſuitæ commenta. Reſponſio Th. ex T. ad Iacobi Ledeſimæ Ieſuitæ libellum, quo probare nititur, divinas Scripturas, quavis paſsim Lingua non eſſe legendas. Axiomata Pacimontani, Iohanni Eckio examinanda propoſita,: de judice controverſiarum potiſsimum agitur. Hottingeri, ſcripti Hodegetici P. I. Ejuſd. Exercitationes Anti-Morinianæ, & Clavis ſcripturæ ſeu Theſaurus Philologicus, Duæ Quæſtionum Theolog. centuriæ. *Auguſt. confeſs.* Ægidius Hunnius de S. Sc. Majeſtate, authoritate, fide ac certitudine, quo eruditè probat Gentilium etiam teſtimonijs, Scripturam magni faciendam; prout Henricus Urſinus Exercitationibus de Zoroaſtri, ultimam Moſis oſtendit antiquitatem. Petrus Palladius, Epiſcopus Roſchildenſis dedit Iſagogen ad libros Propheticos & Apoſtolicos: David Chriſtianus diſputationes Anti-Ieſuiticas de S. Sc. Schererzius Animad Philol. de S. Script. *Pontific.* Apologia Friderici Staphyli de verò germanóque S. Sc. intellectu; de Sacrorum Bibliorum in Idioma vulgare tranſlatione. Lindani Panoplia. Becanus de circulo Calviniſtico. Ejuſdem Apologia pro judice controverſiarum contra Gardum. Dialogus ſive ſcrutinium ſcripturarum Pauli de S. Maria Epiſcopi Burgenſis, Caniſii comment. de verbi Dei corruptelis. Foreri Dial. de S. Sc. & Præfatio Abbatis de Marolle, in N. T. hominis quidem Pontificii, minimè tamen Pontificia, libertatem Biblia in quamvis Linguam vulgarem transferendi concedens. Cornelii à Lapide Encomium Scripturæ, & Canones in Pentateuchum. In ſpecie verò de *Fontium Hebræorum & Græcorum integritate* Reformatorum, tum contra Pontificios, tum Ludovici Capelli hypotheſes: Epiſtola Armachani ad Bootium; Ejuſdem, de Cainan & variantibus Lectionibus Textus Hebraici: Ioh. Buxtorfii filii Anticritica ſeu vindiciæ veritatis Hebraicæ adverſus Ludovici Capelli Criticam. Epiſtola Arnoldi Bootii de textus Hebraicæ certitudine contra Capelli Criticam: cui Capellus Epiſtolam oppoſuit Apologeticam. Ex *Auguſt.* Glaſsii Philologia, & *Pontific.* Simeonis de Muis aſſertiones de veritate Hebraica, pro cauſa bona militant. Capelli Critica, Morini variæ Exercitationes, Voſsii Iſaaci de vera ætate Mundi, ejusdemque caſtigationes contra Hornium, (cui Schotanus & Hornius ſua de authoritate Græca oppoſuerunt μελετήματα) valdè periculoſas de utriusque Teſtamenti contextu originali defendunt hypotheſes.

III. *Conciliis, Patribus, ſcripturæ explicatione.* Refor. Bullingeri libri 2. de Conciliis III. Concil. Pat.

ciliis, Lubberti lib. 5. de Conciliis: VVhitackeri prælectiones de Conciliis. Mareſii diſſertatio de cauſa Cyrilli & Neſtorii: Rationes cur Cantones Helvetiæ Reformatæ Concilio Tridentino intereſſe noluerint. Compendium Gabrielis Alba ſpinæi ſeptem Sanctorum & Oecumenicorum Conciliorum, ex lectionibus Rittershuſii depromtum. De uſu Patrum Iohannes. Dallæus, Cocus, Rivetus, Hottingerus de abuſu & Cenſura Patrum: Mejerus Catalogum ſcripſit Patrum. *pontific.* Bellarminus, Labbæus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Ludovici de Roma de Majeſtate authoritatis Conciliorum generalium. Geſta Archiepiſcopi Craynenſis in facto indictionis Concilii. Inſtitutiones Apoſtolicæ Ludovici Nogarolæ: Theſes Ieſuitarum aliquot impiæ de verbo Dei & traditionibus. Conradi Tregarii Helvetii Auguſtiniani de Eccleſiæ Conciliorumque authoritate ad Fabianum de monte Falcono.

IV. Deo IV. De *Deo*, Ref. Didact. Et 1. de cognitione Dei, Molinæus &c. 2. Nominibus Bullerus append. ad Miſcell de voce יהוה: de יהוה & אלהים Altingus: de nominibus Hebraicis Buxtorfius, Amama, Capellus: de nominibus Orientalium Hottingerus: Gathackeri diſſertatio, qua vocis Iehova recepta lectio defenditur. 2. *Eſſentiæ unitate*, Perſonarum Trinitate, Hieron. Zanchus lib. 13. de tribus Elohim: Ejuſdem lib. 5. de divinis attributis. Matth. Martin. lib. 2. de Eſſentiæ Dei unitate, & Perſonarum Trinitate. Ejuſdem de duabus Chriſti nativitatibus & una filiatione: Danæi fides Conciliorum de Trinitate, Bucerus de divinitate Chriſti, Matth. Turnemain de unitate Eſſentiæ & Trinitate Perſonarum. *Elenctice.* Expoſitio fidelis errorum Michaelis Serveti & brevis eorum refutatio Ioh. Calvini, qua etiam aſſeritur jure gladij coercendos hæreticos. Ejuſdem Valentini Gentilis impietatum & triplicis perfidiæ ac perjurij brevis explicatio ex actis publicis deſcripta. Theodorus Beza de tribus Perſonis. Danæi confirmatio contra Genebrardum. Hieron. Zanchij ad cujuſdam libellum de vero Chriſto & Anti-Chriſto reſponſio: Simlerus de æterno Dei Filio, de duabus in Chriſto Naturis. Valentini Gentilis blaſphemiæ, ſupplicium, à doctiſſimis Theologis Beza, Calvino admonitoria Epiſtola ad Fratres Polonos: Ioſia Simlero, eleganti Epiſtola, Andreæ Hyperii theſibus, Iohannis VVigandi Arrianorum refutatione, Alexandri Aleſii tractatu de Trinitate, Miniſtrorum Genevenſium de Trinitate Epiſtolâ, deſtructio. Aſſertio vera de Trinitate contra Serveti & aſſeclarum ejus deliria Stephani Szegedini: Ioh. Henrici Biſterfeldij libri duo de uno Deo Patre, Filio & Sp. S. contra Crellium. Diſceptatio Matth. Sladi cum Conrado Vorſtio de æterno Dei Filio & Sp. S. Hydra Socinianiſmi expugnata à Samuele Mareſio. Explicatio 1. Ioh. c. 5. v. Vedelij. *Auguſt.* Articulus de Trinitate per quæſtiones & reſponſiones illuſtratus per Egid. Hunnij. Virulentus valde eſt in Præfat. in Calvinum. *Pontif.* Genebrardi lib. 3. de SS. Trinitate, Mercurii Viperæ Apologeticum de divino & vero nomine. Lopes Stunica in quaſdam Eraſmi notas. Eraſmi reſponſio. Sanctii Car-

ranza

tanzæ defenſio contra Eraſmum, &c. quæ in examine tantùm locorum S. Sc. de SS. Trinitate occupantur.

V. De *cultu Dei & Sanctorum, tum vero tum falſo; Angelolatria, Leipſanolatria, Reformat.* Orthodoxa Senatus Tigurini reſponſio ad Hugonem Epiſcopum, de Idolis & Miſſa: Zuinglii de ſemper Virgine Maria: Oecolampadii de laudanda in Maria Deo: Ejuſdem libellus, quòd imagines, quæ ad cultum proſtant, ſint tollendæ è templis. Calvini admonitio, quâ oſtenditur, quàm è re Reipublicæ Chriſtianæ foret, Sanctorum corpora & reliquias velut in inventarium redigi. Andreæ Riveti Apologia pro Maria, Matre Ieſu Chriſti. Hottingeri Hodegetici P. II. de Deo, cultu Dei, invocatione Sanctorum, adoratione imaginum. Inſtitutio Catholica de Sanctorum invocatione Caſpari VVaſeri. Didaſcalia, quid de B. M. Virgine ſentiant Eccleſiæ Reformatæ Scripſit etiam Ludovicus Hezerus Epiſcopicell. Iudicium Dei & ſponſi noſtri, quid cum imaginibus ſeu ſimulachris agendum ſit. *Auguſt.* Lutheri de Purgatorio &c. invocatione ſanctorum: Ejuſdem Epiſtola de Sanctis. Nicolai Hunnij libellus, quo probatur, Eccleſiam Romanam non eſſe Chriſtianam, quia Deum veneratur cultu à vero Chriſtianiſmo alieno. Civis Apologia explicationis cauſarum, cur cum Gregorio à Valentia, Hiſpano, Evangelicus, qui inter alia de origine Iconolatriæ agit: Quòd de hominum mortuorum, ſtatuarum, imaginum, &c. adoratione non amplius ſit diſputandum Heerbrandi: Ejuſdem contra Zangerum diſputatio de ſimplici & Orthodoxa Catholicorum veritate contra novatorum ſectariorum ſeculi noſtri Idolomaniam. *Pontif.* Apologia diſputationis de adoratione & ejus ſpeciebus habitæ Friburgi 1576. à Lorichio. Laurentij Foreri de imaginum & Sanctorum cultu Dialog. Catalogus reliquiarum in Fano Dionyſiano aſſervatarum. Drexelius de cultu cælitum; Pſalterium B. M. Virginis: Becanus de invocatione Sanctorum. Eraſmi obſecratio ad Virginem Mat. Mariam in rebus adverſis. Ejuſdem Pæan Matri Virgini dicend. Auguſtini VVichmanni Sabbatiſmus Marianus. Iacob. Rubus de reliquiarum miraculis. Trophæa Mariana ob hæreſin triumphatam; fixa in tholo Lauretano: La Santa Caſa Arbellita. De non tollendis Chriſti & Sanctorum imaginibus contra hæreſin Felicianam; ſub Carol. M. damnatum & ſub Carolo V. renaſcentem, Eccii. V. Cultu Dei.

VI. *De Decretis* in genere: in ſpecie de *Prædeſtinatione, Electione & Reprobatione. Reform.* Didacticè. Calvinus de æterna Dei Prædeſtinatione, ubi tamen multa Elenctica contra Pighium adſperguntur: Subjicitur ejdem reſponſio ad diluendas calumnias nebulonis cujuſdam, quibus doctrinam de æterna Dei Prædeſtinatione fœdare conatus eſt. Rennecheri aurea ſalutis catena. Vireti Dialogi de Providentia & Prædeſtinatione: Spindleri Didaſcalia de miraculis, Providentia & Prædeſtinatione. Theodori Bezæ de Prædeſtinationis doctrina, tractatio abſolutiſſima: Ejuſdem ad Sycophantarum quorundam calumnias: VI. De cretis.

Digitized by Google

Raphaelis Eglini excerpta ex Bezæ lectionibus de prædeſtinationis doctrina & vero uſu. Amandi Polani de æterna Dei Prædeſtinatione Διδασκαλία. Methodica explicatio doctrinæ de æterna Dei Prædeſtinatione: Mſc. eſt, quod VVeſenbecio I. C. contra Nicolaum Selneccerum tribuitur. Theologorum Palatinorum brevis Didaſcalia de Prædeſtinatione: Camero, Gomarus de Electionis & Reprobationis Objecto. Quæſtiones & Reſponſiones, quibus probatur in articulis de verbo Dei, uſu Sacramentorum, de Prædeſtinatione inter Anglicas & Belgicas Eccleſias convenire. Altingi Synopſis veræ doctrinæ de Prædeſtinatione. Ejusdem conciliatio Orthodoxorum in articulo de Prædeſtinatione in ſpecie diſsidentium. *Elenctic.* Examen controverſiæ de impulſiva Prædeſtinationis cauſa. Alting. de cauſa Particularitatis, contra Lutheranos, maximè Haſenrefferum. Ejuſdem de conſenſu & diſſenſu Arminianorum & Lutheranorum in Articulo de Prædeſtinatione. De Maccovio & VValæo ſupra actum. Iudicium Theologicum de diſcrimine inter Philippum Melanchthonem & Allobroges in doctrina de Prædeſtinatione, Clariſſ. Viri, C. P. D. ad Iacobum Monavium. Iudicium Synodi Dordracenæ anno 18. & 19. de quinque doctrinæ capitibus in Eccleſiis Belgicis controverſis. I. B. A. D. Elenchus Apologeticus de Objecto Prædeſtinationis. Ejuſdem Elenchi Apologetici ad S. M. Anti Synodicam cenſuram Appendix. *Auguſt.* Paulus Anti-Calvinianus, abſolutum decretum per totam Romanorum Epiſtolam elidens, Anarnæ VVæberi. *Pontif.* Tractatus optimus, & cunctis neceſſarius de cognitione Electorum à Reprobis. Zodiacus Chriſtianus, ſeu ſigna Prædeſtinationis Drexelij. Martini Becani de Prædeſtinatione Calviniſtarum deſperata, & Catholicorum Orthodoxa. Ejusdem Quæſtiones Calviniſticæ contra Pareum. Ejusdem quæſtio de differentia inter Calviniſtas, Pelagianos, & Catholicos in negotio Prædeſtinationis.

VII. Creatione.

VII. De *creatione* Reformat. in *genere* Danæi Phyſica Chriſtiana, Hottingeri Hexaemeron: In *ſpecie* a. de animarum propagatione & immortalitate, Koleri, Rob. Baronii, Hoſpiniani, Ludov. Fabricii. b. De Paradiſo, Davidis Chriſtiani, Hottingeri. c. Grynæus de prima hominis origine, corruptione, reconciliatione. d. *ſpecie* Adamo. Novam nuper de Præ-Adamitis ſententiam extruſit Iſaacus Peyrerius, quod tamen ἔκτρωμα ſæpius jam conculcatum eſt. Hinc Samuelis Mareſii refutatio fabulæ Præ Adamiticæ: Henrici Vrſini nova, Prometheus contra Præ Adamitas. *Pontif.* Hexaemeron Hugonis: Becani de officiis Angelorum. Drexelii Angelus tutelaris. Thomæ Angli de origine Mundi, in qua ſpecimen datur, quantum Philoſophia Theologiæ ſubſerviat.

VIII. Providentia.

VIII. De *Providentia*, tum in genere *Refor.* Zuinglij ſermo de Providentia Dei: Ioh Spinæi tractatus de Providentia Dei ad fidelium conſcientias: Ioh. Fabricii Montani lib. de Providentia Dei. Spindlerus de Providentia omnium rerum, Calvinus de occulta Dei Providentia. Diſputatio Scholaſtica de Providentia.

videntia Sam. Riterfortii contra Arminianos, Socinianos &c. *Pontific.* Thomæ Aquin. Comment. in conſolationem Philoſophiæ Boethii, VVeſſelus Groninganus de Providentia: Tractatus de pugna partis ſenſitivæ & intellectivæ, ubi multa de Providentia. Drexelij Heliotropium, ſive conformatio voluntatis divinæ cum humana. Leſsius de Providentia Numinis. Addatur And. Fricius de Providentia & Prædeſtinatione. In ſpecie, de *Termino vitæ*: Epiſtola Riveti, de termino vitæ fatali, peſtis contagio & fuga: Epiſtola ad Bovervic. Med. de termino vitæ, Palladis Vltrajectinæ; Gabrielis Naudæi quæſtio de fato, & fatali vitæ termino. Ad locum *Providentiæ extraordinariæ* tum effectivæ, tum permiſſivæ pertinent *miracula*, iisque oppoſitæ *præſtigiæ Magicæ*, & quæ de utriſque ſcripta ſunt. De *miraculis* ex noſtris haberi poſſunt Hug. Rolin Marſeille ſans miracles. Berneggeri Idolum Lauretanum, Dæmonologia Perreaudi, Gallicè nuper edita Diſtymmelius, &c. Ex *Pontificijs* Iacobi Bidermanni Ἀγωνιστικῶν libri pro miraculis, ubi pro exiſtentia & veritate miraculorum Pontificiorum prolixè agit. Les beaux miracles de noſtre. Dame, &c. De proſtigijs, illuſionibus, ſpectris, conſuluntur ex *Reformatis* Lavaterus, Voetius, de re quadam memorabili ad Poſonium geſta, VVeijerus: Danæus de ſortilegis; & ex noſtris nuper Rod. Guerbius. *Auguſt.* Heerbrandus &c. Quidam in infauſtiſsimum Fauſtum notas ſcripſit. Ex *Pontificijs*; Author Fortalitij fidei de bello Dæmonum: Malleus maleficarum, ex varijs authoribus compilatus, & in tres Tomos diſtinctus. Delrionis diſquiſitiones Magicæ &c.

IX. De *peccato* originali, actuali, primo, orto &c. *Reformat.* Huldrici Zuinglij declaratio de peccato originali ad Vrbanum Rhegium: Diſputatio Theologica de vero diſcrimine peccati mortalis & venialis, deque impoſsibilitate implendi Legem Dei; ob quotidianam peccatorum venialium incurſionem. Rob. Baronij; Cameronis, an ex Theologorum noſtrorum ſententia de concurſu Dei in actionibus humanis ſequatur, Deum eſſe authorem peccati: Teſtimonia de imputatione primi peccati Originalis, collecta per Andream Rivetum, Decreti Synodici Carentonienſis de imputatione primi peccati explicatio & defenſio Antonij Gariſolij, Breitingeri de peccato in Sp. S. *Auguſt.* Michael. Schæferi de peccato Orig. & origine animæ: Antidotum contra impium & blaſphemum dogma Matth. Flaccij Illyrici, quo aſſerit peccatum originale eſſe ſubſtantiam, Tilemanni Heſshuſii; Goclenii Oratio de nativa & hæreditaria in nobis labe, contra idem dogma. Calixti Exercitatio de peccato originali. *Pontific.* Summa Cardinalis Cajetani de peccato. Robertus Holcot. de imputabilitate peccati; De authore peccati Martini Becani. F. Malachiæ Hibernici ſeptem peccatorum mortalium venena, eorúmque remedia deſcribens, Iohannis Vivaldi, de monte regali aureum opus de contritione, ubi ordine de peccatis contra Legem Dei commiſsis agitur. Quadrageſimale ſive tractatulus M. Pauli VVann, de præſervatione IX. Peccato.

Digitized by Google

ſervatione hominis à peccato. Lycani de ſeptem peccatis mortalibus: Ejuſdem de triplici modo peccandi in Deum.

X. Libero arbitrio.

X. De *libero arbitrio*, in ſtatu peccati. *Reform.* De arbitrio hominis vere captivo F. Lamberti: Defenſio ſanæ & Orthodoxæ doctrinæ de ſervitute & liberatione arbitrii humani adverſus calumnias Alberti Pighii Calvini. Diſputatio Tileni de liberò arbitrio Sedani habitæ, Cameronis de gratia & libero Arbitrio. Ejuſdem defenſio oppoſita libello, cujus titulus: Epiſtola docti viri ad amicum, in qua expenditur ſententia ejus de gratia & libero arbitrio: Alexandri Mori victoria Gratiæ contra Petavium. *Auguſt.* Lutherus de ſervo arbitrio ad Eraſmum Roterodamum: Titius de viribus humanis ſive libero hominis poſt lapſum arbitrio, converſione, perſeverantia ejúſque certitudine. *Pontif.* Laurentius Valla, Eraſmi διατριβὴ de libero Arbitrio. Ejuſdem Hyperaſpiſtes διατριβῆς. Synopſis Dramatii S. Sodalium Academicorum minorum. Sed & Andreas Fricius de libero arbitrio ſcripſit.

XI. Lege.

XI. De *Lege*, tum in genere Chriſtiana pietas, & æquitas, ſive Lex divina, Naturæ, & Gratiæ & Politiæ tractata per Matth. Martinium; Legum Moſaicarum forenſium explanatio VVilhelmi Zepperi: De poſſibilitate præſtandi Legem, conſiderata ſecundum *Ἀναίκεσιν* Evangelij, Roberti Baronii, Eccleſiaſtæ Abredonenſis. Moſaicarum & Romanarum L.L. collatio inſtituta per P. Pithæum I. C. Mareſius de Moſis & Chriſti convenientia: Ejuſdem diſputationes in quædam præcepta Moſaica, ex Iudæorum traditione. Lex Dei moralis, ceremonialis & Politica ex libris Moſis excerpta à Theodoro Beza. Theodori Bibliandri Interpretatio ſermonis divinæ Majeſtatis: Hottingeri Aphoriſmi juris Hebræorum; Ejuſdem Νομοθεσία Moſaica. In *ſpecie*, de *Decalogo*, Buxtorfius; de *decimis*, Sixtinus Amama: de *Sabbatho* Henricus Ernſt, Hottingerus; VValæus: De *die ſolis*, Cocceius, Hornbeckius &c. Lutherus de *uſura*; Item de bonis operibus juxta Decalogum. *Pontif.* Præceptorium Nicolai de Lyra ſive expoſitio trifaria in Decalogum Legis divinæ. Vid. ſup. in Symbolic.

XII. Evangelio.

XII. De *Evangelio*, *promiſſionibus*, *ſpiritu & litera*. Zuinglii ad Fridolinum Lindovverum ſuper publica de gratia Dei hallucinatione expoſtulatio. Bullingeri expoſitio de Teſtamento veteri, ſeu fœdere Dei: Vrbani Pierij, Cameronis; Gernleri theſes de fœdere Dei cum homine: Lamberti de Symbolo fœderis nunquam rumpendi. Spindleri Chriſtiana explicatio doctrinæ de Dei fœdere: Bernhardi Textoris nucleus Bibliorum, ſive de Mediatore fœderis gratiæ; fructibus item ex Fœdere illo promanantibus: Vedelius de fide Patrum T. V ex Act 15. Heerbrandus de promiſſione Abrahæ.

XII. Chriſto.

XIII. De *perſona, & officio Chriſti Reformat.* 1. Didact. Matth. Martinij de veritate divinæ Naturæ Ioh. Iezleri de fructu mortis Dominicæ, ubi 1. Claſſe demonſtrat, quòd quibus mors Chriſti fructuoſa, ijſdem ſit revelata: 2. Quòd

Gentibus

Gentibus ante Chriſtum exhibitum, non revelatus ſit Chriſtus, exceptis tamen proſelytis. 3. Quòd poſt Chriſtum ſublatum in cælos, Mundi ætate demum quarta omnes in toto orbe homines ad Chriſtum vocati, & admiſsi ſint. 4. Refutat ſtrictæ univerſitatis objecta, certas in Claſſes diſtributa. 5. Recenſet abſurda ex ſtricta, & nuſquam limitata univerſitate ſequentia: Gariſſolius de Chriſto Mediatore: De forma & effectis unionis Hypoſtaticæ diſputationes tres Baſil. habitæ. Camero de ſatisfactione Chriſti, & univerſalitate lytri: Lavaterus & Drelincurtius de deſcenſu Chriſti ad inferos. Pro veritate carnis Chriſti triumphantis anacephalæoſis Vadiani: Dialogus de utraque in Chriſto Natura, quomodo coeant in unam Chriſti Perſonam inſeparabilem, ut interim non amittant ſuas proprietates, Petri Martyris: Simleri de præſentia Chriſti in his terris ſecundum humanum Naturam: Spanhemius de Præſepio Chriſti. Bullingerus ſcriptum reliquit de nomine Ieſu. De veritate humanæ Naturæ Chriſt Sadeel, Hofmeiſterus Panacæam ſanctiſsimi Nominis Ieſu. Raph. Eglinus Genealogiam D.N.I.Ch. ex regia ſtirpe Davidis, per Solomonis lineam deductam: Grynæus de unione Hypoſtatica: Extat & Demonſtratio, Ieſum Chriſtum Verum eſſe Meſsiam juſti Soldani. II. *Elench.* in hunc locum plura ſunt, quorum A. *alia Naturarum diſtinctionem concernunt*, de myſterici incarnationis Verbi & unionis Hypoſtaticæ, contra ubiquitatem & realem communicationem Idiomatum, aſſertio vera. Theologia de unica Domini noſtri I.Ch. perſona in duabus naturis contra Socinianos, Arianos, Lutheranos, nominatim contra Menzerum, Matth. Martinii. Analyſis diſputationis Andreanæ de religioſa carnis Chriſti adoratione, Beumleri, Benedicti Talmanni (edit. Tigur. & Heidelberg.) aſſertio veræ & Orthodoxæ doctrinæ de unitate Perſonæ & diſtinctione duarum Naturarum cum refutatione ubiquitatis. Eſt & ſcriptum Bezæ contra Flacum: Ejuſdem ad Ioh. Brentii argumenta, quibus omnipræſentiam carnis Chriſti nititur firmare. De unione Hypoſtatica duarum in Chriſto Naturarum unione & effectis placida diſceptatio Theodori Bezæ cum Ioh. Pappo, Argentinenſi. Methodus totius controverſiæ ubiquitariæ Davidis Parei: Vtriusque in Chriſto Naturæ tam divinæ, quàm humanæ contra varias hæreſes, pro Confeſsione fidei Catholica aſſertio per Henricum Bullingerum. Refutatio dogmatis de fictitia carnis Chriſti omnipræſentia, & reali Idiomatum communicatione, Chriſtiani Heſhandri, cum præfat. Theodori Bezæ, pro Corporis Chriſti veritate. Simleri reſponſio ad duas diſputationes Andreæ Muſculi, de Sacramento Altaris, ubi de ubiquitate corporis Chriſti potiſsimùm agitur. Hieronymi Zanchii, ad partem Prodromi VVilhelmi Holderi, reſponſio, in qua de viſionibus, quibus Chriſtus poſt aſcenſionem apparuit, diſputatur. Elenchi Paradoxorum, quibus Eccleſias Germanicas ab exceſſu Philippi onerârunt, de Perſona Chriſti, Pars I. à Bremenſibus edita. Ad Teſtamentum Brentii Miniſtrorum Tigurinorum reſponſio. *Ανώνυμος* contra ubiquitatem, Mſc. Exa-

men

men libri de duabus in Chriſto Naturis, de earundem hypoſtatica unione à Chemnitio conſcripti per Danæum: Modeſtè in Præfatione indicatur, quomodo Lutheri controverſiæ paulatim creverint. De veritate carnis Chriſti, contra novos Marcionitas, Buceri. Alia B. *officium Chriſti, ſatisfactionem cumprimis ejus, contra Socinianos, defendunt*, ut ſunt Specimen, authore L. V. Larnovvecius contra Socini tractatum de Servatore Chriſto Polonicè primùm prodiit, poſtea à Conrado Nubero Latine. Triumphus Crucis, ſive fides Catholica, de ſatisfactione D. N. I. Ch. aſſerta ab exceptionibus Socinianis, nominatim verò ab illis, quos Iohannes Crellius in reſponſione ſua ad librum Hugonis Grotii protulit, authore Andrea Eſſenio. Caſmanei integritas Chriſtianiſmi, de ſatisfactione. Appendicis loco huic Claſsi addi poterunt ipſa Reformatorum de univerſali gratia, & amplitudine meriti Chriſti ſcripta Spanhemii, Mareſii ex una; Amyraldi & Dallæi ex altera parte. *Auguſt.* Lutheri libellus, Chriſtum Ieſum verum eſſe Iudæum, & ſemen Abrahæ: Ejusdem ſermo de paſsione Chriſti. Adverſus libellum Cochlæi de Sacerdotio ac ſacrificio novæ Legis VVolfgangi Muſculi. Davidis Chriſtiani Gieſſenſis diſputationes 4. de Meſsia Balthaſaris Cellarij diſſertatio de unione Perſonali. Chriſti Servatoris faſciæ ac meditationes. Boecleri; Martini Chemnitii, Michaelis Schæferi, Nic. Selnecceri de duabus Naturis in Chriſto, & de unione Hypoſtatica, Communicatione item idiomatum, Ioh. Brentii Νουθεσία in librum Bullingeri, de cælo & dextera Dei. Refutatio vera & ſolida, frivolæ accuſationis Bremenſium Eccleſiæ Miniſtrorum in duobus articulis de Perſona Chriſti, & Sacra D. Cœna. *Pontific.* Rejectio erroris articuli, quaſi Chriſtus locali in Infernum deſcenſu cruciatus Infernales fuiſſet paſſus, Caſp. Salgeri; VVeſſelus de cauſis & effectis Dominicæ incarnationis. Scrutinium Scripturarum Pauli de S. Maria, Epiſcopi Burgenſis, contra Iudæos.

XIV. Eccleſia.

XIV. De *Eccleſia*, ejus Natura, Notis, Reformatione &c. tam Reformatorum, quàm Auguſtanorum in *genere*, I. *Didact.* Theodori Bezæ de veris & viſibilibus Eccleſiæ notis tractatus: Ejusdem & Iohannis VVolfii reſponſio ad Dudithium, ubi vera & Catholica Ieſu Chriſti Eccleſia ſit invenienda. Tractatus de Eccleſia anonymi cujusdam, in qua demonſtratur, quibus ſenſim gradibus Eccleſia Dei, Apoſtolorum gradibus gubernata, in manum Anti-Chriſti inciderit. Meſtrezatius de Eccleſia. Cameronis tractatus de Eccleſia: Ejuſdem de præjudiciis Romanæ Eccleſiæ contra Reformationem. *Elenct.* Poſnanienſium Aſſertionum de Chriſti in terris Eccleſia, quænam & penes quos exiſtat, analyſis & refutatio per A. Sadeelem. Subjungitur ejuſdem argumenti liber contra Turrianum de noſtris Eccleſiis. Ejuſdem ad repetita Turriani Monachi, Ieſuitæ Sophiſmata de Eccleſia, & ordinationibus Miniſtrorum Eccleſiæ reſponſio. Prælectiones VVhitackeri de Eccleſia contra Pontificios præſertim Bellarminum. Iohannis Serrani Anti-Ieſuita, Iohanni Hajo oppoſitus, de verè Catholica Eccleſia;

ſia: De viſibilitate & inviſibilitate Eccleſiæ Cameronis & Mareſchal. Teminiæ colloquium. Vmbellæ ſomnium de viſibilitate, & inviſibilitate Eccleſiæ Melchioris Nicolai, contra P. Forerum. Vedelij Eccleſiaſtes Catholicus, an Romana ſive Pontificia Eccleſia ſit Catholica contra Schillerum. Sex theſes de S. Sc. & Eccleſia Iohannis Rainoldi, Briſtoo Ieſuitæ oppoſitæ: Theologicæ diſputationis de Eccleſia in theſes diſtributæ, quas defendit Carolus à Lotharingia Cardinalis, præſide Luca Pinello, Ieſuita, refutatio Th. Q. T. In *ſpecie* vero א. de *Miniſtris, Miniſterio Eccleſiaſtico*: Paſtor Zuinglii; Bullingeri de Epiſcoporum inſtitutione & functione, ejuſdem de Prophetæ officio. Ejuſdem exhortatio ad verbi Miniſtros, ut, ſepultis tandem diſsidiis ſuis, vitæ emendationem commendent Thomæ Hall τὸ ἄλας τῆς γῆς, ſive Apologia pro Miniſterio Evangelico, ubi ejus neceſsitas & dignitas oſtenditur. Guil. Stuckij Oratio de munere Eccleſiaſtico; VVolfii de officio præconis: Bucerus de Miniſterio: *Florilegium* ſeu Paſtorale VViſsij: Encomium Paſtorum, Ioh. Menſingi lib. 2. de Eccleſiæ Chriſti Sacerdotio. Hieronymi VVelleri de officio Eccleſiaſtico & Politico. ב. *Formulæ Examinis Theologici*, ordinatio ad Miniſterium. Hodie ferè Buchanani, VVendelini, Vrſini, Altingii, Mareſii, VVollebij ſcripta vel ſyſtemata adhiberi ſolent. In Eccleſia Tigurina ſinguli fermè Theologi ſingula habebant Compendia. Extat adhuc Bullingeri Mſc. *Auguſt.* Examen eorum, qui audiuntur ante ritum publicæ ordinationis, VVittemb. 1554. Examen Epiſcopi in Ducatu Luneburgenſi, Vrbani Rhegii; Lytichii quæſtiones ex Melanchth. ג. De *ὑπάρξει* ſive *Exiſtentia veræ Eccleſiæ ante Zuinglium & Lutherum*. Refor. Graviſsimæ quæſtionis de Chriſtianarum Eccleſiarum in Occidentis præſertim partibus &c. Hiſtorica explicatio Iacobi Vſſerii. Iac. Huldrici de Eccleſia Electorum Dei in medio Papatu: *Auguſt.* Lutheraniſmus Beckij ante Lutherum. Binderi demonſtratio, quomodo doctrina Chriſti ab Apoſtolis fideliter tradita, aliquot centuriis cuſtodita, tandem Romani Anti Chriſti tyrannide fuerit extincta. In *ſpecie* 1. de Eccleſiis *Orientalibus vel conjunctim, vel ſigillatim*. *Conjunctim*; Davidis Chytræi Oratio de ſtatu Eccleſiarum hoc tempore in Græcia, Aſia, Africa cum aliquot Epiſtolis Patriarchæ Byzantini & aliorum ex Oriente recens ſcriptis; Brerevvodi ſcrutinium; Hottingeri Topographia Eccleſiaſtica: *Sigillatim* de Eccleſia I. *Græca*, ubi Confeſsiones & ſcripta occurrunt vel *Græcorum*, vel de *Græcis Reformatorum*. Ad *illam* Claſſem pertinent Nilus & Barlaam de Primatu Papæ, & Purgatorio: Confeſsio Catholica Metrophanis Critopuli, Hiero. Monachi, Syntheſis cum Confeſſ. Helv. Meletij, Patriarchæ Alexandrini, & poſtea Conſtantinopol. Stromat, de Eccleſia. Cyrilli Patriarchæ Confeſsio, tum ſimplex, tum Sc. & Antiquitatis teſtimonijs veſtita: Variæ Epiſtolæ, ſcriptáque Græcorum, de quibus ſuprà. Ad *hanc* verò poſteriorem referri poſſunt, Catecheſis Græca Legeri, Iacobus Huldricus de Eccleſiarum Græcarum tum veteri, tum nova religione, Davidis Chytræi reſponſio ad Poſſevini & Mylonij criminationes;

De Eccleſiis Orientalibus.

 nes;

nes: Phelavij Chriſtophorus Angelus, cum Notis; Eliæ Vejelii Exercitatio de Eccleſia Græca; Hottingeri Leo Allatius nimiæ temeritatis convictus. 2. *Moſcovitica* Olearij itinerarium Moſcovitico-Perſicum, Phelavius ad Chriſtophorum Angelum; Mich. von Oppenbuſch de Eccleſiis Moſcoviticis. 3. *Indica*. Deſcriptio Eccleſiarum Indiarum Orientalium, Roberti Iunii, & Occidentalium Keſleri; utrumque Mſc. eſt ἀνέκδοτον. Epiſtola Heurnii ad VValæum. Epiſtola N. ad Calvinum; utriusque fragmenta Topographiæ Eccleſiaſticæ inſeruimus. VValæi neceſsitas erigendi Collegii ſeu ſeminarii Indici. Leges ad quarum normam Studioſi in eo Collegio ſunt inſtituendi. Inſtitutio Catechetica pro Braſilianis, Belgico Luſitano-Indica. Converſio Indorum in Nova Anglia. 4. *Armenica*. Nicetæ Byzantij Philoſophi ac Doctoris refutatio Epiſtolæ ab Armeniæ Principe miſſæ. 5. *Æthiopica*. Confeſsio Zagazabo: Luculentior & terſior Claudij, Æthiopiæ Regis, Æthiopicè & Latinè cum Notis & obſervationibus Iobi Ludolfi; Preces Eccleſiarum Æthiopicarum quædam à Petræo editæ. 6. *Ægyptiaca Alexandrina*. Eutychij Ægyptij, Patriarchæ Orthodoxorum Alexandrini, Eccleſiæ ſuæ origines tranſlatæ ex Arabico, notiſque illuſtratæ, à Iohanne Seldeno. II. Pro *Occidentali* Eccleſia occurrunt A. de *Eccleſia Reformata* conjunctim ubi I. *Apologetica pro Reformatoribus, Reformatione* &c. quo pertinent ſequentes tractatus; Admonitio ad omnes Chriſtianos, qua oſtenditur, ad quid miſſus fuerit Lutherus; Rectè ne fecerint Calvinus & Zuinglius, quod Eccleſiis, per Germaniam, & Galliam auctores fuerunt, ne quid cum Papa Romano haberent commune, Samuelis Piſonis; Hottingeri ſcripta de neceſsitate Reformationis, cauſa Reformationis, Diatypoſis Hiſtoriæ Reformationis; Periculum opinionum aliquot præjudicatarum Bellarmini, Gretſeri &c. pro Catholicis Orthodoxis, Lutheri & Calvini nominibus hodie perperam diſcretis, Ludovici Crocij, Reſponſio Vergerii ad librum Anti-Chriſti Romani, qui in Eccleſias Chriſti, atque in doctos viros, qui ſunt in Germania, debacchatus eſt horribiliter. Ioh. Crocii de Eccleſiæ unitate & Schiſmate. Aſſertio omnium Articulorum Lutheri per Bullam Leonis X. damnatorum. Lutherus de captivitate Babylonica. Ejuſdem ad articulos quoſdam ſibi impactos reſponſio, Gualtheri Apologia pro Zuinglio. Calvini adverſus Balduini, & Antonii Cathalani calumnias, reſponſio. 2. *De duratione & antiquitate Reformatæ religionis*. Breitingeri, utrum ſecta duratione excedat ſeculum; quæ item nova, quæ antiqua ſit fides. 3. *Variæ conſultationes Irenicæ de pace religionis vel tolerantia ſaltem, inter Reformatos potiſsimùm & Pontificios inſtituenda*. Huc faciunt, Eraſmus Roterodamus de ſarcienda Eccleſiæ concordia, deque ſedandis opinionum diſsidiis: Ejuſdem de puritate Tabernaculi, ubi conciliationem ſolicitè tentat. Ejuſdem querela pacis. Viſio diſsidentium Hermanni Bodii. Iacobi Arminii Oratio de componen-

dis

dis religionis diſsidiis. De pace Eccleſiarum Chriſtianarum conſtituenda conſilium ad Imperat. & Principes Imperii. Nuper prodiit Thomæ Henrici Irenicum Catholicum, quod Dannhavverus in ſua refutatione vocavit Hyænam Friburgicam. Reſponſio item Catholica, ut vocatur ad Epiſtolam Irenicam quandam, quæ paucis ab hinc annis nomine Electoris Moguntini, & Landgravii Darmſtatenſis circum ferebatur: aliis reconcilliationis ineundæ oſtenſis mediis. Quæ ſit fides & religio capeſſenda conſultatio Leonhardi Leſsii, Adami Konzen de unione & Synodo generali Evangelicorum conſultatio. Ejuſdem de Pace Germaniæ Calixti deſiderium ac ſtudium concordiæ Eccleſiaſticæ. Quid de Religione in conciliis Germanorum potiſsimum conſiderandum ſit, Conſilium viri boni, qui cupit ut & Romanæ ſedis dignitati & publicæ tranquillitati ſatisfiat. Varemundus Luitholdus de optima ratione componendi diſsidia religionis. Ioh. Amoſi Comenii admonitio de Irenico Irenicorum, hoc eſt, conditionibus pacis à Socini ſecta, reliquo Chriſtiano orbi oblatis. 4. *Conſilia Irenica ipſorum inter ſe Reformatorum*: Talia ſunt, ex parte *Noſtrorum*, Plena deductio, quid Eccleſiæ Germanicæ vel credant, vel non credant, Ambergæ prodiit 1608. ubi conſenſus & diſſenſus inter Reformatos oſtenditur. De origine controverſiarum religionis inter Evangelicos, *ἀνωνύμως* 1633. & 1617. Veſaliæ. Concordia Marpurgenſis 1529. VVittenbergenſis 1538. Lutheri cum Bucero & Helveticis Eccleſiis, tum Ambroſii VVolfii, tum Bullingeri Mſc. Lipſiaca 1632. Caſſellana ſive Rhinthelenſis nupera cum Hornbeckii obſervationibus. Deſiderium pacis, ſeu brevis expoſitio cauſarum, ob quas hoc tempore concordiam Evangelicorum non omnino deſperare oporteat; Rod. Stuckii, Ejuſdem dulce triennium. Henrici Alting. Syncretiſmus Religionis. Concordia Chriſtiana, Neoſtadii edita. Gothofredi Hottonis de Chriſtiana inter Europæos Evangelicos concordia ſive tolerantia in charitate ſtabilienda. Mareſii diſputatio de Syncretiſmo partium in religione diſsidentium. Hottingeri Meletemata Irenica. Crocii Societas Auguſtanæ Confeſsionis. VVirzii de Sanctorum communione. Conciliatio pugnæ Sacramentariæ Sadeelis. Concordia Sendomirienſis. Fraterna admonitio ad omnes Eccleſias Europæas, pro conſenſu religioſo. Fundamentales Tabulæ ad explicandam controverſiam de I. Ch. & Sylloge Dianœtica Theologorum Suevicorum, Saxonicorum & Palatinorum de orali manducatione. Arbiter controverſiæ Sacramentariæ Hugonis Rollemi. Decretum ordinum Evangeliorum Francofurti. Syllabus Actorum in cauſa concordiæ Eccleſiaſticæ Duræi 1654. Ejuſdem concordiæ inter Evangelicos quærendæ conſilia; Ejuſdem de modo procedendi: Ejuſdem Irenicum, in quo caſus præcipui conſcientiæ proponuntur. Ejuſdem relatio de negotio Irenico, Formula Inſtrumenti Catholicæ panis; cæteraque in Prodromo ejus prolixè expoſita. Riveti Oratio inauguralis, de bono pacis & concordiæ in Eccleſia. Comberi Candor Evangelicus.

Digitized by Google

gelicus: Varia judicia Eccleſiarum Helveticarum & Genevenſis de pace Eccleſiaſtica. Ioh. Henrici Heiling Hypotypoſis ſummaria omnium ferè fundamentalium, ſanorúmque verborum &c. cum adhortatione ad veram charitatem & concordiam. *Auguſt.* Ramus Olivæ Septentrionalis Matthiæ Epiſcopi Stregnenſis. Ejuſdem Epiſtola ad Regem Sueciæ. Diſſertatio Academica de concilianda pace inter Eccleſias per Germaniam, Ioh. Matth. Meyfarti. Iudicium Georgii Calixti de Controverſiis Theologicis, quæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur, & de mutua partium fraternitate atque tolerantia, propter conſenſum in fundamentis. Deſiderium & ſtudium concordiæ. Præfatio Conradi Graſſeri in c. 9. Daniel. Petri Streuberi fraterna admonitio ad pacem & concordiam, & qua ratione diſsidium poſsit componi. Moderatum & ingenuum ſcriptum. *Duriùs de hac pace ſtatuit* Salve Irenicum D. Dannhavveri: Author quæſtionis, cur Lutherani cum Pontificiis potiùs, quàm noſtris debeant inire concordiam. 5. Accurata cumprimis eorum habenda ratio librorum, qui quocunque modo ad *Reformationis* Hiſtoriam pertinent, cujuſmodi ſunt a. *Conſilia pro Reformatione.* Adhortatio de corrigendis Eccleſiæ Chriſti erroribus, authore Leopoldo Dickio, Suevo. Epiſtola Gerhardi Novio-magi ad Illuſt. Principem, Carolum Ducem Gelriæ, de prædicando verbo Dei. Admonitio ad Cæſar. Majeſt. ut attendat ad doctrinam Chriſtianam, Epiſtola Landſchadii ad Ludovicum Elect. Palat. ut divinam defendat doctrinam. Pia admonitio Argulæ Staufsin ad Iohannem Palatin. & Sen. Ingolſtad. Exhortatio ad Helvetios, ne à falſis Doctoribus ſeducti, doctrinæ Chriſtianæ contranitantur, Myconii Lucer. ad Sacerdotes Helvetios, qui Tigurinis malè loquuntur, ſuaſoria, ut malè loqui deſinant. b. Varia his accedunt gravamina contra Pontificem, & errores Pontificios, ſcripta item tum ætiologica pro Reformatione, Apologetica pro Reformatoribus, ex quibus quo loco res tempore Reformationis fuerint, tutiſsimè colligitur. Talia ſunt X. gravamina nationis Germanicæ, Concilio Baſileenſi propoſita, & ab Ænea Sylvio confutata. Ejuſdem nationis gravamina Pontificia, VVormatiæ expoſita. Prolixa tractatio nomine XV. Confœderatorum edita, & Pontificis erroribus maſculè oppoſita. Addantur, quæ ſupra jam exhibuimus: Sequentia item, Martini Lutheri reſponſio VVormatiæ facta. Ejuſdem contra Papatum à Diabolo inventum: ubi Papatus doctè perſtringitur. Ejuſdem de captivitate Babylonica. Recriminatio Iohannis Gertophii adoleſcentis Germani adverſus Eduardum Leum Anglum: Epiſtola Argyrophylacis ad Germanorum Principes, qua probatur, Reformatos nihil aliud docere, quàm quod è re ſit & Eccleſiæ & Reipublicæ. Contra malignum Ioh. Eccii judicium, ſuper aliquot articulis à Fratribus quibuſdam ei ſuppoſitis, Martini Lutheri defenſio: *Errores* item 34. Ex Eccii Fratrúmque dogmatibus conſectanei. Suggeſtio deliberandi, ſuper propoſitione Adriani, Norimbergæ facta ad Principes Germaniæ, à quodam Germano

ſuo.

favente ſcripta. Lutheri Melanchthonis, Carolſtadii theſes de Miſſa & celebratione ejus, Sacramento panis & vini, promiſsione & præcepto, fide & operibus, cantu Gregoriano, conjuratione Spirituum, cælibatu Presbyterorum, decimis ac votis. Apologeticis etiam pro Luthero annumerari debent Nikolai umbellæ ſomnium, Clavis Davidis, vita Lutheri nuper edita. Apologeticus, Archeteles appellatus, quo reſpondetur Paræneſi à R. D. Conſtantienſi ad Senat. Tigurin. miſſæ, per Zuinglium. Huldrici ab Hutten in Hieron. Aleandrum & Marinum Caracciolum, Leonis X. Oratores in Germania, invectivæ ſingulæ. In Cardinales, Epiſcopos & Sacerdotes Lutherum VVormatiæ in Concilio Germaniæ impugnantes, invectiva; ad Carolum Imperatorem pro Luthero & veritatis ac libertatis cauſa exhortatio. Adverſus furioſum Pariſienſium Theologaſtrorum decretum Philippi Melanchthonis pro Luthero Apologia: Vlrici ab Hutten cum Eraſmo expoſtulatio. Ottonis Brunfelſii pro Huldrico Hutteno defuncto ad Eraſ. Roterod. Spongiam, reſponſio. Lutherus contra Angliæ Regem. Bulla Leonis X. contra errores Martini Lutheri & ſequacium, addita Martini refutatione: Ejuſdem reſponſio ad librum Ambroſii Catharini, defenſionis Silveſtri Prieratis. Aſſertiones articulorum Arſaci Seehofer contra Ingolſtadienſes damnatores per Huldricum Stratum, Engadinum. Confutatio Billicani adverſus propoſitiones Leonhardi Marſtalleri Ingolſtadienſis. Lutheri, Carolſtadij & Melanchthonis Propoſitiones, viva voce pertractatæ. Carolſtadii 370. Apologeticæ concluſiones pro ſacris literis compoſitæ: Ejuſdem defenſio adverſus Monomachiam. Simon Heſſus Luthero oſtendit, quare Lutherana opuſcula à Colonienſibus ſint combuſta. De raptu Epiſtolæ privatæ præfixa illi criminatione contra Ludum, Sylv. Heſſi, expoſtulatio, cum hoſte Iona. Nemo Hutteni. Didymi Faventini adverſus Thomam Placentinum pro Luthero Oratio. c. *Varia Syſtemata Hiſtorica de Reformatione*, vel in genere, ex *Reformatis*, Iohannis Sleidani, quem doctiſsimis vindicavit obſervationibus contra Surium, Cel. Frenshemius. *pontific.* Laurentii Surii Carthuſiani, Iacobi Auguſti Thuani; in ſpecie *Palatinæ* Altingij; *Tigurinæ*, Bullingeri Mſc. & Iacobi Huldrici Oratio anniverſaria. *Bernenſis* Stetleri; *Schafhuſiana* Mejeri. De *Argentinenſi* etiam prodierunt cauſæ & rationes, ob quas mutatio ſuſcepta ſit in cœna Domini, Baptiſmo, diebus Feſtis, Imaginibus, cantu &c. Magnam etiam Reformationi accendunt lucem *Epiſtolæ* virorum magnorum ante, in, & poſt Reformationem ſcriptę, cujusmodi quidem plures hactenus lucem viderunt, plures tamen adhuc in publicis & privatis aſſervantur Bibliothecis. Obvia ſunt Epiſtolarum volumina integra; Poſt Reformationem *Calvini* cum reſponſis; *Bezæ*, Petri *Martyris* quædam tantum; Aliquot ſelectiores *Melanchthonianæ*, VVittenbergæ pridem editæ; ſed ex Camerarij Editione auctiores. *Zuinglij* & *Oecolampadij* Epiſtolarum libri quatuor. Sed & *ſigillatim* extant Epiſtola Oecolampadij, de non habendo pauperum delectu Bugenhagij ad Anglos; Zuinglij ad Pe-

trum Sebivillum Gratianopolitanum Eccleſiaſten: Ejuſdem Parænetica ad Ioh. Froſch. Ejusdem reſponſio ad Epiſtolas, Billicani & Rhegii Epiſtola Hugvvaldi ad omnes qui Chriſtum ex animo quærunt. Agricolæ de capitibus Eccleſiaſt. doctrinæ. Lutheri ad Illuſt. Princip. Carolum Sabaudiæ Ducem: Ejuſdem ad VVolſgang. Fabricium Capitonem: Ejuſd. ad Eccleſiam Erphordienſem. Epiſtolæ ad Carolum Imperatorem duæ, ad Albertum Cardinalem Moguntinum, ad Bilibaldum Pirckhaimerum una. Epiſtola Capitonis ad Albertum Moguntinum: Bugenhagii ad Anglos. Annemundi Cocti Equitis Galli: Epiſtola Pauli III. ad Carol. V. Eraſmi ad Marcum Laurinum: Ejuſdem ad Dorpium: Ejuſdem ad Lovanienſes. Ante reformationem, Epiſt. VVeſſeli, de variis Thematibus Epiſtola 54 Nobilium Moraviæ, pro defenſione Iohannis Huſſi ad Concilium Conſtantienſe; Pogii de Hieronymo Conſtantiæ combuſto, Frickii ἀνέκδοτα. d. *Paſquilli*, Dialogi, comœdiæ, aliaque ſcripta *διατριβικὰ, quibus Papa & Papiſmus, ante & poſt Reformationem, & in ſcenam fuit productus, & ſuperioris ſeculi detecta infelicitas.* Epiſtola de non Apoſtolicis quorundam moribus, qui in Apoſtolorum ſe locum ſucceſſiſſe gloriantur; Luciferi 1351. Paſquillus contra Leonem, variasque ejus artes corradendi pecunias. Epiſtola Paſquilli Romani ad Marforium Romanum: Reſponſio Marforii. Supplicatio ejuſdem Paſquilli ad S.D.N. Papam. Decretum Papæ ſuper ſupplicatione Paſquilli. Epiſtola P. Maironis ad Alveldianum Franciſcanum Romaniſtam: Iulius, i. e. Dialogus, quomodo Iulius II. poſt mortem cæli fores pulſando ab janitore illo Petro intromitti nequiverit. Colloquium Paſquilli & Cyri, Pontificiam Simoniam & avaritiam graviter depingens: circa Leonis tempora prodiit. Cælij Secundi Curionis Paſquillus Ecſtaticus, una cum aliis aliquot ſanctis pariter & lepidis Dialogis, quibus præcipua religionis noſtræ capita elegantiſsimè explicantur. Adjectæ quoque ſunt quæſtiones Paſquilli in futuro Concilio à Paulo III. indicto, diſputandæ. Noſtra ætate prodierunt Menippus ſive Dialogorum Satyricorum centuria, vanitatum noſtrarum ſpeculum, Il divortio Celeſte, Il Corriere ſvaligiato 1644. La diſgratia del Conte d'Olivarez, Baccinata, Overo Battarella par le Api Barberine, in occaſione della moſſa delle armi di N.S. Papa Vrbano ottavo contro Parma, 1644. Neque negligi debent Apologi Italici, Richardo Moriano, Equiti, antehac dedicati. Habet etiam Germania, inferior & ſuperior, ejuſmodi quædam feſtiva ſcripta, ut ſunt, Marnixii de S. Aldegund. Apiarium li. Overii Van Haſtem libellus ſupplex ad Pontificem, Dialogi Huttenici, Bullicida, Monitor primus, ſecundus, prædones; Dialogus inter Paſtorem & Scultetum, de miſero ſtatu cleri. Querela Nationis Germanicæ ex Ieremia. Thomæ Naogeorgi Straubingenſis Tragœdia nova, in qua in conſpectum ponuntur Apoſtolica & Papiſtica doctrina, quantum utraque in conſcientiæ examine valeat. Sixti V. gratiarum actio, facta omnibus Chriſtianis Catholicis pro tot à longo tempore collatis beneficiis, 1604.

Digitized by Google

1604. Bacchanalia Germ. Faſtnacht Küchlein. Quadruplex Pontificis querela, de amiſſa fide, valetudine, authoritate &c. Item, der geſtreyfte Schweytzer Baur. Huic claſsi proxima eſt ea, quæ e. *Acta* continet inter *Reuchlinum* & *Horbenſtratum*, cæteroſque μισογλώττους καὶ μισομούσους, quò faciunt, Hochſtratus ovans. Ejuſdem Dialogus feſtivus: Commentum cujuſdam Theologorum ſuper intimationem Iohannis Romani à VVonneck &c. Rectoris Baſileenſis. Flores ſive Elegantiæ ex diverſis libris Hochſtrati, Nicolai Quadi: Ejuſdem Epiſtola de memorabilibus Prædicatorum & Carmelitarum, Carmen Ricardi Strubii contra Theologos Lovanienſes quoſdam. Carmen Nicolai de Edmunda Terminarii Lovanienſis: Murnari Leviathan: Ex obſcurorum virorum ſalibus cribratus Theologus. Epiſtola Magiſtri Benedicti Paſſavantii reſponſiva ad commiſsionem ſibi datam, à venerabili D. Liſeto: Determinatio Facultatis Pariſienſis ſuper aliquibus Propoſitionibus, &c. f. *Varia ſcripta authorum media & ultima ante Reformationem ætatis qua, ut multa reformanda fuiſſe concedunt, ita Reformationē ſi nō ex toto ex ſaltem, tanta excuſant.* Talia ſunt opera Gerſonis, Thomę de Kempis, libellus de emendatione Eccleſiæ Petri de Aliaco, Nicolaus Clemangius, de corrupto Eccleſiæ ſtatu. Determinatio facultatis Theologicæ Pariſienſis, ſuper aliquibus Propoſitionibus &c. ubi multa contra Pontificem & Cardinales. Formicarius Nyderi, operæ VVeſſeli, Ludov. Vivis, Keiſerſpergii, Iohannes Huſſ locorum aliquot ex Oſea & Ezechiele Prophetis c. 5. & 8. de abhorrendo Mundo Sacerdotum & Monachorum: Ejuſdem ſermo ad populum Tom. III. reſpondens priori de anatomia, Regno, & populo Anti Chriſti. Malleoli Paſsionale. Regiſtrum querelæ, lamentatio duorum captivorum. Narratio ſimplex & rei novæ And. Fricii contra Stanislaum Orichovium. g. *Reformationis remora*, ut ſunt a. Iacobi Sadoleti Romani, Cardinalis, Epiſtola ad Senatum Populumque Genevenſem, qua in obedientiam Romani Pontificis eos reducere conatur, una cum Calvini reſponſione. Lazari Bendri Bononienſis exhortatio ad Germanos, ut deſerta hæreſi nunc tandem ad Eccleſiæ gremium redeant. Cochlæi ad ſemper victricem Germaniam Paræneſis, ut in conſtantia fidei permaneat. Eodem pertinent Sixti V. brutum fulmen in Henricum IV. Admonitio paterna Pauli III. ad Carolum V. cum Calvini Antidoto, Bulla Leonis X. contra errores Lutheri & ſequacium. F. Iohannis Naſſ admonitio ad Germanos, ut à novis impietatibus, Idololatria &c. abſtineant: Acta Cardinalis Andreæ, Piſtorii Apoſtatæ cum Tigurinis. VValenburgiorum, Maſenii ſcripta. 2. *Inquiſitio.* Hiſtoria Inquiſitionis P. Pauli Veneti. 3. *Formula interimiſtica.* Interim Adultero Germanicum, cui adjecta eſt vera Chriſtianæ pacificationis & Eccleſiæ Reformandæ ratio Calvini Ratio, cur formula illa non ſit admittenda. Cæſareæ Majeſt declaratio, qualis ſtatus eſſe debeat Religionis, donec Concilium inſtituatur 1548.

4. Inter-

4. *Interdictum librorum*: Epiſtola Vdelonis Cymbri Cuſani de exuſtione librorum Lutheri, & Monachorum Dominicanæ factionis nequitia. Lutheri διδασκαλία ad confitentes, de prohibitione ſuorum librorum. Index librorum prohibitorum & expurgatorum auctus à Turretino. Condemnatio doctrinalis librorum M. Lutheri, cum reſponſione ejus. 5. *Aperta vis, doli, fraudes*: Vlrici de Hutten ad Carol. V. adverſus intentatam ſibi à Romanis vim & injuriam conqueſtio. Ejuſdem ad Albertum Brandeburgicum, Fridericum Saxonem, alioſque Epiſtolæ. 6. Martyrologia: vel *verbalia*, aſſertio veritatis in ipſo Papatu, Flaci Illyrici. Cygnus Evangelicus Huld. Grobii: vel *perſonalia*, ſive *univerſalis*: Actiones & monumenta Martyrum Genevæ edita: ſive particularia, *Anglicum* Foxi, *Africanum* Victoris uticenſis: *Bohemicum* Comenij, Huſſi etiam & Hieronymi Pragenſis Hiſtoria prodiit. Amandi Hanaveri Hiſtoria perſecutionis in Stiria, ejuſque Metropoli, Græcio &c. Hæc de Eccleſiæ ſtatu *conjunctim*: *particularis*, ſingularum Eccleſiarum, ſtatus exactioris etiam eſt indaginis, placet tamen rudiori quædam Minerva adumbrare, & diſtinctè quidem rationem habebimus. 1. *Reformatorum* 2. *Confeſſorum Auguſtanorum*. 3. *Pontificiorum*. In *illis* conſiderandi primò veniunt illi, qui *Calvinianos*, quos vocant, & *zuinglianos* ſeparatim aggrediuntur, ut ex *Pontificijs* occurrunt Privilegia Calviniſtarum deſcripta à Martino Becano: Ejuſdem quæſtiones Batavicæ: Ejuſdem tituli Calviniſtarum. Confeſſ. ſup. pag. 409. & 403. Luther, quibus oppon. p. 378. & Dialog. Nemeſii & Agathonis, ubi & ratio Calviniſtarum conſolandi ægros. Catalogum addimus Eccleſiarũ particularium, ordine Alphabetico. Ad *Anglicas Scoticas, Hibernicas* referri poſſunt. 1. Scriptores Hiſtorici Antiqui Hiſtoriæ Anglicanæ, Eccleſiaſticæ maximè, uno nuper volumine editi. Vſſerii Antiquitates Britannicæ. Rerum in Anglia geſtarũ Hiſtoria Foxi, Hiſtoria Eccleſiaſtica Bedæ. 2. *Leiturgici*. Liber precum publicarum & aliorum rituum in Anglia. Politia ſive regimen Eccleſiæ Anglicanæ, Tabulis expreſſa. Quo etiam pertinent, quæ circa regimen illius Eccleſiæ prodierunt tum à Pontificiis: Diſſidium Anglicanum de Primatu Regis, Becani. Ejuſdem duellum cum Guilhelmo Tookero de primatu Angliæ Regis. De eodem Examen concordiæ Anglicanæ in Richardum Harris, Becani. Ejuſdem de primatu Regis. Ejuſdem Refutatio torturæ torti. 3. De *Reformatione* illius Eccleſiæ, Apologetica, congratulatoria. Apologia Epiſcoporum & Miniſtrorum Angliæ contra Pontificiorum ſcommata. Edictum Regiæ Majeſtatis in Anglia de ejiciendis Ieſuitis &c. Buceri gratulatio ad Anglicanam Eccleſiam de reſtitutione religionis. Laurentii Humfredi Apologetica ad Academiæ Oxonienſis Cancellarium. Hugonis Latimeri Anglicani Pontificis Oratio. 4. *Varia Pontificiorum impedimenta*. Rationes Edmundi Campiani. De confuſione Calvinianæ ſectæ apud Scotos, Eccleſiæ nomen ridiculè uſurpantis, Archibaldi Hamiltoni, Scoti 5. *De nuperis circa Religionem*

De ſtatu Eccleſiarum particulari.

Digitized by Google

ligionem, ritus, regimen Eccleſiaſticum, diſſidijs &c. Honorius Reggius Stevardus, Finmery, Ἀνώνυμος de ſtatu Eccleſiæ Anglicanæ. Irenæi Philadelphi Apologia de motibus obortis in Anglia circa religionem, & excutitur Ioſephi Halli liber, quo aſſeritur Epiſcopatū eſſe juris divini. Diſſertationes quatuor Hamondi de jure Epiſcopatûs divino. Friderici Spanhemij Epiſtola ſuper Controverſijs quibusdam, quę in Eccleſiis Anglicanis agitantur. Ludovici Molinæi Apologia pro Epiſtola Irenæi Philadelphi. Ejuſdem Epiſtola ad Rivetum. Hiſtorica narratio de Tremulis, ſecta Robinſoni. Legatio Regis Pſittacorum. *Belgica.* Meteranus, Acta Irenica inter Legatos Regis Hiſpaniarum, & Ordinum Belgii, Coloniæ ſuſcepta. Huc pertinent ſcripta Remonſtrantica, Anti Remonſtrantica &c. Vorſtiana. Cornelij VVigerij, qui perfectiorem in quibuſdam articulis optavit Reformationem, ijs præſertim, quos & Arminius poſtea repetijt. *Bernenſis.* Diſputatio Bernenſis. Ejuſdem prolixa & Hiſtorica recenſio & vindicatio à Schuleri Friburgenſis exceptionibus, additis actis Huberi & Alberij, per Chriſtophorum Luthardum. Ejuſdem brevis demonſtratio, doctrinam Eccleſiarum Bernenſium non eſſe novam. Præpotent. Rempubl. Bernenſem ſufficientes habuiſſe rationes, ab Eccleſia Romana ſecedendi. Ejuſdem ſcripti brevis Apologia. *Bohemorum* Fratrum ſive Eccleſiarum Huſsiticarum: Iohannis Laſitii de rebus geſtis & origine Fratrum Bohemicorum. Ratio diſciplinæ, ordiniſque Eccleſiaſtici in unitate F F. Bohemorum, ad antiquum excuſa, notiſque illuſtrata, cum præfat. de Eccleſiæ Bohemicæ ortu, progreſſu &c. Am. Comenii, Martyrologium Bohemicum ejuſdem: Collatio Huſsi & Lutheri Samuelis Martinij: Addi poſſunt Epiſtola Nobilium Moraviæ pro defenſione Huſsi ad Concil. Conſtant. Sylvius de Taboritis: Invectiva in ſectam Bohemorum. *Emdana.* Chriſtiana admonitio de falſa & inconſtanti refutatione Ægidij Hunnii, per Miniſt. Emdan. *Gallicana.* Commentarius de ſtatu religionis in Gallia: Ordo ſeu Leiturgia Eccleſiarum Gallicarum. Literæ ſcriptæ ad Regem per Synodum Loudonenſem 1659. Cum Orationibus Euſtachii & Mirabilii. Adde Ieſuitæ, Bernhardi Meinyeri Executionem Edicti Nannetenſis. *Glaronenſis.* Hiſtoria Mſc. Acta Glaronenſium de anno 1560. Conciones Ludovici Ammiani Navalienſes. *Haſſiaca.* commercium Epiſtolicum inter Sereniſſ. Landgraviæ, Caſſellanum & Darmſtatenſem in cauſa Religionis, & bonorum Eccleſiaſticorum. *Palatina.* Hiſtoria Eccleſiarum Palatinarum Altingi Mſc. Oleviani Concio contra calumniatores, qui aſſeruerunt Heidelbergenſes vocare omnipotentiam Chriſti in dubium. Admonitio Lucæ Oſiandri ad concionatores & Auditores Palatinos, eique oppoſita Ἀντιθέσις Miniſtrorum quorundam Heidelberg. Calviniſmus Heidelbergenſis, Chriſtiana exhortatio ad Senatum populùmque Ambergenſem, ad obſervationem piæ concordiæ in Eccleſia & Schola, Daniel. Toſſani. Sohnius de Academia Heidelb. Hottingeri Collegium ſapientiæ. *Rhetica.* Eccleſiarum Rheticarum Reformatio prolixè deſcripta à Spræchero. An-

Digitized by Google

hornio. *Sangallenſis.* Concio de Reformatione Sangallenſi, Iacobi Hofmanni. *Schafhuſiana.* Hiſtoria Reformationis Eccleſiæ Schafhuſianæ Leonhardi Mejeri. *Slavonicæ.* Syſtema Hiſtorico Theologicum Eccleſiarum Slavonicarum per varias Provincias, præcipuè Poloniæ, Bohemiæ, Lituaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Moraviæ, Adriani Regenvultii. *Tigurina.* Bullingeri Antiquitates Tigurinæ. Ejuſdem de Reformatione Eccleſiæ Tigurinæ Mſc. Ejuſdem vita & obitus per Simlerum & Stuckium, ubi compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tigurinæ. Lavateri de ritibus & inſtitutis Eccleſiæ Tigurinæ. Ejuſdem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ compendium, Mſc. Carolſtadius de Schola, Synodis, Prophetia &c. Eccleſiæ Tigurinæ; Apologia pro Eccleſiæ Tigurinæ Reformatione ad aliquos Helvetios 1525. Iacobus Huldricus de Religione antiqua & Catholica Felicis & Regulæ, Protomartyrum Tigurinorum. Querela Dei ad Helvetios Bullingeri, cum Ioh. VVirzij prolixa Apologia. Ioh. Fabricii Epiſtola ad Hyperium de Eccleſia & Schola Tigurina. Mſc. Breitingerus de regimine Eccleſiaſtico & Scholaſtico Tigurinorum. Oſvvaldi Myconij ad Sacerdotes Helvetiæ qui Tigurinis malè loquuntur ſuaſoria, ut malè loqui deſinant. Hottingeri Oratio de magnis in Rempublicam, Scholam, & Eccleſiam Tigurinam Dei tum beneficiis, tum pœnis. Ejuſdem Schola Tigurinorum Carolina, Bibliotheca Tigurina, cum appendicibus de origine & progreſſu, privilegiis Collegii Carolini &c. *Tranſylvanicæ, Hungaricæ.* Apologia & abſterſio Eccleſiæ Debrecienſis à calumniis quibus accuſatur, Petri Melii. *VValdenſes.* De his Eccleſiis multa extant ſcripta Hiſtorica, Elenctica, offenſiva, defenſiva, Latina, Italica, & Germanica Linguis, cujuſmodi ſunt: Brevis narratio Introductionis Hæreticorum in valles Pedemontanas Marci Aurelii Rorenci, Prioris. Lucerna Chriſtianæ veritatis ad cognoſcendam veram Eccleſiam à falſa prætenſa Reformata. Apologia ad Epiſtolam cujuſdam Miniſtri, Rorenci. Vtramque refutavit P. Gillius, nomine Conſiderationis &c. Relatio Theodori Beluedere ad Congregationem de Propaganda fide, de locis quibuſdam Pedemontanis. Turris contra Damaſcum, oppoſita Conſiderationi P. Gillii, authore Belvedere. Conſideratio & reſponſio in duas Epiſtolas, alteram Roreni, calteram Belvedere &c. facta per quendam Eccleſiæ Paſtorem. Hiſtoria lanienæ Merindolenſis & Cabrierenſis. Refutatio errorum VValdenſium per Claud. Couſordum. Hiſtoria VValdenſium Ioachimi Heſterberg. Chronica VValdenſia ab an. Chr. 1160. ad 1655. Apologia Eccleſiarum Reformatarum in Pedemontio 1662. De miſero ſtatu Eccleſiarum Pedemontanarum, &c.

2. Auguſtanis. 2. De *Auguſtanis* in genere, obſervari poſſunt varia ſcripta Elenctica, iisdem oppoſita 1. à *Pontificijs*, de quibus ſuprà: Addi poſſunt Theologiæ Lutheri trimembris Epitome *a.* de Theologicis principiis. *b.* de materia præſentium controverſiarum Theologicarum. *c.* de conceſsione & concordia diſcipulorum Lutheri, Friderici Staphyli. Ejuſdem de concordia Miniſtrorum Lutheranorum,

rum. Andreæ & Petri VValenburgii, ubi Eccleſia fuerit ante Lutherum. 2. *Reformatis.* Chriſtiana concordia, ſive colloquium; quomodo poſt Lutheri obitum augmentum tam in doctrina, quàm ritibus acceſſerit. De variis etiam Eccleſiarum Lutheranarum mutationibus agunt Elenchi Paradoxorum à Miniſtris Eccleſiæ Bremenſis editi. 3. *Domeſtica eorum diſſidia*: tùm de libro *Concordiæ*, inter Brunſuicenſes & VVittebergenſes, utrum ubiquitatis dogma in libro concordiæ ſtabiliatur; tum *ſtudiis Irenicis* inter Helmſtadienſes, Rhintelenſes, & Saxonicos, quæ nuper demum recruduerunt. In ſpecie a. de *Danicis.* Præfat. Hemmingi in Epiſt. Paulin. b. *Noricis.* Acta Prædicatoris cujuſdam. &c. c. *Saxonicis* Declaratio Elect. Saxon. Iohannis VVilhelmi, qualis in Elect. Saxonica obtinere debeat religio. 1668. d. *Suevicis.* Fidelis admonitio Ioh. Eterlin ad Senatum Vlmenſem, quibus hactenus damnis à Monachis ſint tractati. e. *Suecicis.* Hiſtoria Iohannis Loccenii &c.

3. De *pontificijs* Eccleſiis alia ſunt *objectiva* Reformatorum de Pontificiis, alia *ſubjectiva* Pontificiorum. Ex Claſſe *Reformatorum* de Pontificiis agunt, qui ſcribunt *de Eccleſia Romana*: Eam non eſſe Chriſtianam, quod probare vult Hunnius, quia Deum veneratur cultu à Chriſtiano alieno. Idem inſtitutum eſt Lutheri in Papatu à Diabolo invento; Hutteni in Triade Romana. Addantur Marnixius tum in Apiario, tum in Tabula de differentia religionum. Franciſcus Albanus in Anatomia; Molinæus in Novitate Papiſmi. Proſopographia Papæ. Nathan. Hofmanni inſtitutio de vero Dei cultu, quantum Papatus ab eo abeat, & utrum Chriſtianus ſalvâ conſcientiâ illi ſe poſſit applicare. Thomæ Naogeorgi regnum Papiſticum. 2. *De Pontifice, ejusque poteſtate & ſucceſſione in ſede Petrina*; Lutherus contra Papæ & Epiſcoporum uſurpatam poteſtatem. Ejuſdem adverſus execrabilem Anti-Chriſti Bullam. Vlricus Velenus, Petrum Romam non veniſſe, neque ibi paſſum eſſe. Apologia Simonis Heſſi adverſus Roffenſem, ſuper concertatione ejus, an Petrus fuerit Romæ, & quid de primatu Pontificis ſit cenſendum. Epiſtola de Eccleſiaſticorum authoritate & officio in ſubditos, Salmaſius de primatu Papæ, Danæus de Eccleſia, ubi, quibus gradibus in tyrannidem inciderit, oſtenditur. Lubbertus de Pontifice contra Bellarminum. Lutherus adverſus falsò nominatum Epiſcoporum ordinem, & adverſus Bennonem Epiſcopum Miſnicum. Hutteni querela de nimia Pontificis & Cleri ejus poteſtate. 3. *Anti-chriſto.* Huſſus de vita & regno Anti-Chriſti. Numerus à Deo definitus Anti-Chriſti. Dialogus de Anti-Chriſto & diſcipulis ejus. Rennecherus de Anti-Chriſto. Dannhavveri Anti-Chriſtoſophia. Mareſii concordia diſcors & Anti-Chriſtus revelatus. Gualtherus de Antichriſto. Ideæ reformandi Antichriſti tomi tres, Eryci Rhonæi. Antichriſtus demonſtratus ex 2. Theſſ. 2. & Apoc. 13. Chriſtiani Pegæ. Theatrum Antichriſti Nicolai Vignieri. Prophetia Apoſtolica 1. Tim. 4. v. 1. 2. 3. de Apoſtaſia noviſſimorum temporum & Theologia Dæmonum, Ioſephi Medi. Explicatio numeri beſtiæ 666. 3. Pontificijs.

Potteri. Gloſſa ordinaria ad literas circulares Alexandri Papæ VII. quas prætextu pacis procurandæ inter Catholicos Principes ſcripſit. Romæ ruina finalis. Abominationes Papatus, ſive invicta demonſtratio, Papam Romanum eſſe Antichriſtum. Poveli de Antichriſto libri duo. Notæ Simplicij in doctiſsimi cujuſdam viri commentationem ad 2. caput poſterioris ad Theſſalonic. Antichriſtus, hoc eſt, diſputatio lenis de Antichriſto, non eſſe hominem ſingularem, &c. Apologia duarum diſputationum de Antichriſto, Heerbrandi; Ejuſdem diſputationes de Antichriſto. 4. *Vita & praxi Romanæ Curiæ, clero*, &c. Humfredi Praxis Romanæ curiæ & Ieſuit. Legat. Albani aſinus Romanus. Bulla Luciferi ad Prælatos. 5. *De Iohanna Papiſſa*. Conr. Deckeri de Papa Romano, & Iohanna Papiſſa. Ipſi verò *Pontificij*. 1. *Pontificum ſuorum vitas ſcribunt*, Stella, Simonetta, Onuphrius Panvinius, Platina, &c. In *ſpecie* de Iohanna Papiſſa, Labbæus, Allatius. 2. De *poteſtate Pontificis & cleri*. Barclajus de poteſtate Papæ, an & quatenus in Reges jus habeat. Ejuſdem de regno & regali poteſtate. De officio Papæ & ejus officialibus. Varia, tam Facultatis Theologicæ, & Curiæ Pariſienſis, quàm aliorum Theologorum & Iuriſconſultorum opuſcula, Decreta & cenſuræ, quibus primarium Ieſuiticæ doctrinæ caput de poteſtate Papæ ſuper omnem poteſtatem ſecularem evertitur. Epiſtola Adriani ad Barbaroſſam, cum reſponſo. Scripta Sigiſmundi Archid. Auſt. contra Pontif. & contrà. Bzovius de Pontifice Romano. Philippi III. edictum contra Baronii tractatum de Monarchia Siciliæ. Epiſtola Innocentii III. Iſidori Iſolani de Imperii Eccleſiæ militantis dignitate lib. 4. 3. *Eccleſiæ Romanæ veritate*. Franciſci Turriani defenſio locorum S. Sc. de Eccleſia Catholica, & ejus Paſtore Epiſcopo Romano, contra Sadeelem. De Eccleſia Romana, an defecerit Martini Becani: Ejuſdem comparatio inter Synagogam & Eccleſiam. Ejuſdem de Eccleſia Chriſti, itèmque de Eccleſia Romana & Reformata; Tractatus de unitate ovilis & Paſtoris Michaelis de Aninyon. Viti Erbermanni Anti Muſæus, hoc eſt, Parallela Eccleſiæ veræ & falſæ. 4. *De Particularibus* quibuſdam Eccleſiis, A. *Orientalibus*. Concordia Nationum Chriſtianarum per Aſiam Africam & Europam in fidei Catholicæ dogmatibus Abrahami Ecchellenſis Syri, & Leonis Allatii Græci. Duo Epigrammata Bartholdi Nihuſii; Leonis Allatii de perpetua Eccleſiæ Latinæ & Græcæ conſenſione; quam poſtea materiam tribus magnis pertractavit libris, annexa appendice Diſſertationum de Dominico, & Hebdomadibus Græcorum, de Miſſa præſanctificatorum, annotationibus Bartholdi Nihuſii de communione Orientalium ſub unica ſpecie. Ejuſdem Iohannes Henricus Hottingerus. Ejuſdem de ætate & interſtitiis in collatione ordinum, etiam apud Græcos ſervandis. Ejuſdem de Synodo octava Photiana, addita reſponſione ad Hottingeri diſputationem de Leone Allatio temeritatis convicto, adeòque Orient. & Occidentalis Eccleſiæ conſenſu. Ejuſdem de conſenſione utriuſque Eccleſiæ in Purgatorio. Ecchellenſis Notæ ad Bibliothecam Ebed Ieſu; ejuſdem

Pontificij ipſi.

dem Epiſtola ad Allatium, contra Vejelium Vlmenſem, & Hottingerum de conſenſu Eccleſ. Orient. & Occid. B; *occidentalibus*. *Anglica* Richardi Smithæi Florum Hiſtoriæ Anglicanæ libri 7. Ejuſdem Epiſtola ad Regem Iacobum; qua de Anglorum in ſedem Romanam obſervantia prolixè agitur. *Scotica*; de confuſione Calvinianæ ſectæ &c. Hamiltoni; *Helvetica* Henrici Mureri Helvetia Sancta: Idem & de Monaſteriis Helvetiæ ſcripſit librum. Quæ *VVimphelingius* in ſoliloq. de precibus Helvetiorum obſervat; *quòd ceremonias ſibi quasdam præter morem Chriſtianorum reliquorum, impoſuerint*; illis, ex *Oſvvaldi Myconij*, Lucernatis commentario de tumultu Bernenſium (Interlacenſium nempe, Reformationem ægrè admittentium) in feſtino Mſc. (pro ut Mſc. etiam habeo, Concionem, quam in ordinem tum redactis ſubditis habuit Berchtoldus Hallerus) majorem afferemus lucem, propterea quòd, quantum nobis conſtat, id à nemine hactenus fuit obſervatũ: *Habebant*; inquit, *Subſylvani veterem conſuetudinem, quâ ſex hebdomadibus, tribúsque diebus orare continenter, bellicis temporibus, conſueverunt. Modus orandi talis eſt. Viri deputati vel in templum, vel in domum aliquam capaciorem certus hominum numerus congregatur, atque dum tempus eſt, quini ſeu deni pro numeri facultate genuflexo manibus, expanſis, Orationem Domini, cum Angelica ſalutatione, quinquies reciprocant, quo facto mox alij ſuccedunt, & numero, & precatione pares: Id ita continuatur deinceps diu noctúque, donec nemo eſt ejus loci, qui non hac ratione penſum abſolverit. Hoc idem, ut inter homines; ſic inter vicos habet ſucceſſionem, usque dum temporis jam dictum ſpatium fuerit expletum. Cavetur imprimis, ne qua penitus orandi fiat intermiſſio. Longas vocant has preces, nam & breves habent communes cum Urijs & Suitenſibus. Has finitas continuò militum conſequitur delectus. Sed hæc ἐν παρόδῳ.* Referimus huc, appendicis loco, quæ agunt 1. de *Scholis* & *Academijs*, 2. *Monaſterijs*, *Fraternitatibus*; 3. quæ *Hæreſiologiam* tractant. Et ad illam quidem pertinent materiã 1. *Varia*, *Theologorum judicia*, *Heidelbergenſium* de pœna Hæreticorũ, cauſa Vorſtiana &c. *Belgarum* de fœnore, Trapezitico, quibuſdam matrimonialibus caſibus judicia. in Apocalypſin Primeroſii, Inſtitutiones Forbeſii, Conciliatorem Menaſſe ben Iſrael. Determinatio Facultatis Pariſienſis. De authoritate conſultationum Theologicarum: Ienenſium VVittebergenſium de conſiliis Irenicis Duræanis. 2. *De origine, progreſſu Scholarum*, & Academiarum tum in *genere* Hoſpinianus, Middendorpius, Svvertius, tum in *ſpecie* vel *Judæorum*, Altingus de Scholis Hebræorum: vel *Chriſtianorum* Sabi-

nius de ortu & progreſſu Academiæ Heidelbergenſis. Hottingerus de Collegio Sapientiæ Heidelbergenſi; Ejusdem de ortu & Privilegiis Academiæ Heidelbergenſis, Ejusdem Schola Tigurinorum Carolina. Hiſtoria fundationis Academiæ Groninganæ, Academiæ Duisburgenſis dedicatio. Philippi Parei Oratio Panegyrica pro Muſis Hannovicis. Oratio Secularis de Academiæ Baſileenſis ortu & progreſſu Lucæ Gernleri. 4. De *Bibliothecis*: Hoſpinianus, Middendorpius, Schvvertius. Hottingeri Bibliothecarius, & Bibliotheca Theologica. Ejuſdem Bibliotheca Orientalis. Ejuſdem Bibliotheca Tigurina. 5 *Collegiis, Auditoriis*. Spanhemij de Auditorijs veterum Oratio. Hottingeri de origine & progreſſu Collegii Carolini apud Tigurinos. 6. *Promotionibus*, gradibus Academicis. Spanhemii Orat. de Doctore Theologo. Hottingeri Vrim & Thummim. 7. *Proſopographiæ Eccleſiaſticæ & Academicæ*, vel 1. *univerſales*, integrarum Academiarum, Groninganæ, in Fundatione; Heidelbergenſis in Parnaſſo. Extat & ſyllabus Rectorum & Profeſſorum Ienenſium, judicum item, Decanorum Paſtorum, Adriani Bejeri. Huc referri poſſunt Reuſneri & Pantaleonis imagines virorum illuſtrium; Boiſſardi Biblioth. Chalcographica. Nos etiam non Catalogos tantùm habemus Eccleſiæ & Scholæ noſtræ Miniſtrorum à Reformatione; ſed & à multis retrò ſeculis, Cleri accerſitam ſeriem Alphabethicam, noſtræ inſeruimus Scholæ Carolinæ, inſuper Virorum de Eccleſia noſtra præclarè meritorum Herologium antehac jam collegimus: vel 2. *ſingulares*, certorum Individuorum. Nobis hactenus ſequentium virorum celebrium obtinere licuit Proſopographias: Altingi, Aſchami, Sebaſtiani Beckii, Caroli Borromæi, Cardinalis: Ioh. Iacobi à Brun, Budæi, Henrici Bullingeri, Ioh. Calvini, Iohannis Crocii, Iohannis Druſii, Dionyſii, Carthuſiani Monachi: Iohannis Ecii, per Pontanum Severum: Farelli, Ioh. Iacobi Feſchii, Ioh. Iacobi Frey, per Toſſanum, Ioh. Getſoni vita & miracula, Samuelis Grynæi, per Ioh. Iacobum à Brun; Marſilii ab Ingen; Huldrici Hutteni, Andreæ Hyperii, Iohannis Huſſi tum ſeparatim, tum parallelè cum Luthero, Ioh. Martini, Thomæ de Kempis; Ludovici Lavateri, Lutheri per Paulum Seidelium, & nuper Fridericum von der Straß. Ignatij Loiolæ; Philipp. Melanchthonis, Petri Martyris, Franciſci Mercurilliodi, VVolfgangi Muſculi. Oecolampadii per Simonem Grynæum, & Capitonem; Pellicani, Paſoris Matth. Parei Davidis & Philippi, Nicolai Claudii Fabricii Peireſcii, Petri Rami, Zach. à Rochavv, Ruperti Abbatis Tuicienſis, Savanorolæ, Guil. Stuckii, Stephani Szegedini, Spanhemii Friderici; Danielis Toſſani, Vadiani, Zachariæ Vrſini, Vlmeri, VValæi, VVittackeri, Iohannis VVolfii, Xavieri, Huld. Zuinglii per Gualtherum & Myconium, Theodori Zuingeri. Eandem etiam operam præſtant tum *conciones funebres*, de quibus ſupra, tum etiam *Programmata exequialia*, qualia jam occurrunt Theodori Tronchini, Danielis Toſſani, Antonij Legeri, Iacobi Gothofredi, Noachi Sonorii, Iohannis Deodati, Petri à Streitenhagen, Andreæ Pilgeri, Philippi Heuſeri, M. Iohannis

Iohannis Fuchſii. De *Monaſterijs, Monachis*, & *Fraternitatibus* &c. vel Hoſpinianus de origine & progreſſu Monachatus ſufficit. Affinia ſunt, Lutheri judicium de votis Monaſticis. Ejuſdem de Fraternitatibus. Inſtitutio Iacobi Strauſsij, quem habeant uſum Fraternitates. Nithartus de Fraternitatibus. Hiſtoria quatuor Hæreſiarcharum Bernenſium. Antiquitates Laurishaimenſes: Series Antiquitatis & ſucceſsionis Abbatiſſæ & Conventualium Cænobii Ruperti montani. Monachorum Dominicanæ factionis nequitia ad Germaniæ Proceres, Vdelonis Cymbri, Cuſani, Regula Benedicti Iohannis Bertels, Catalogus Abbatum Monaſterii D. Mariæ juxta muros Civitatis Luxemburgenſis, ejuſd. Capucinus Molinæi, qui etiam in Rhæticam translatus eſt Linguam. De Ieſuitis ſuprà actum. 3. *Hæreſiologia*, quia falſam nobis exhibet Eccleſiam, ab hac tractatione non poteſt excludi. Ex *Reformatis* hanc occupârunt materiam vel *univerſaliter*, Henricus Floccenius, qui dedit narrationem Hiſtoricam omnium Hæreticorum à tempore Chriſti ad noſtrum ſeculum. Idem ſcopus noſter fuit in Hiſt. Eccleſiaſt. Sect. de falſa Eccleſia. Ex *Pontificijs*, obvii ſunt Alphonſus de Caſtro, de hæreſibus. Catalogus Hæreticorum F. Bernhardi Luzenburgi. VVicelius de moribus veterum Hæreticorum. Ex *veteribus Latinis*; Græcorum, enim nomina ſupra expreſsimus, Auguſtinus ad Quodvult-Deum cum comment. Danæi, Philaſtrij Brixienſis Epiſcopi Hæreſ. Catalogus. In *ſpecie Iudæorum*. Scaligeri & Druſii Trihæreſion. 2. *Pelagianorum*, Gerardi Iohannis Voſsii Hiſtoria Pelagiana. 3. *Socinianorum*. Hottingeri Parallelismus Socino-Muhammedicus. 4. *Eutychiana*. Theodori Althuſii Hiſtoria Eutychiana. 5. *Ezechielis Meth*. Saxonicum Electorale mandatum contra Hæreticum Ezech. Meth. qui ſe Filium Dei jactavit. Specialem Hæreſiologiam, quàm ex adverſariorum ita nuncupamus hypotheſi, *Pontificij* ſcriptores inſtituunt varii variam: *Bellarminus* 1. contra *omnes* (Latinorum hîc tantum habebimus rationem) commendat Vincentium Lirinenſem, Guidonem Carmelitam 2. Contra *Manichæos, Arianos, Donatiſtas, Pelagianos, Iovinianiſtas*, Auguſtinum. 3. *Pelagianos* & *Semi-Pelagianos*, Innocentium Papam, Proſperum Aquitanum, Fulgentium Ruſpenſem, Petrum Diaconum, Iohannem Maxentium. 4. *Eutychianos*, Iohannem Caſſianum, Leonem Papam. 5. *Neſtorium*, eundem. 6. Arianos, Hilarium Pictavienſem, Luciferum Caralitanum, Ambroſium, &c. 7. *Novatianos*, Pacianum Barcinonenſem, Cyprianum. 8. *Marcionem* Tertullianum. 9. *Donatiſtas*, optatum Milevitanum. 10. *Origenem*, *Iovinianum* &c. Hieronymum. 11. Græcos, Humbertum Cardinalem, Anſelmum Cantuarienſem, Hugonem Etherianum, Thomam Aquinatem, Bonaventuram, Gennadium, Beſſarionem Cardinalem. 12. *Huſſum*, Æneam Sylvium. 13. *VViclefum* Thomam VValdenſem. 14. *Marſilium de Padua*, & alios impugnantes Pontificiam poteſtatem, Pelagium Alvarum, Ioh. de Turrecremata. 15. *Berengarium*, Lanfrancum Canturienſem, Guitmundum Averſanum, Algerum Scholaſticum. 16. *Abailardum*

Henri-

Henricianos, *Petrobruſianos*, Bernhardum, Petrum Cluniacenſem. 17. *Lutherum*, & *Lutheranos*, Sylveſtrum Prieratem, Iohannem Eccium, Iacobum Latomum, Iohannem Driedonem, Thomam Cajetanum, Thomam Morum, Ioh. Roffenſem, Ioh. Fabrum, Ioh. Cochlæum, Dominicum Sotum, Ambroſium Catharinum.

XV. Diſciplina Eccleſiaſtica.

XV. De *diſciplina Eccleſiaſtica*, *regimine Eccleſiaſtico* in genere, & in ſpecie Lutheri de excommunicatione: ejuſdem, adverſus Bullam Pontificis, Bileami aſina de excommunicatione, illam propter debita pecuniaria, aut alias cauſas leves non poſſe ſtringi, Matth VVarm. Hottomanni fulmen brutum Sixti V. Seldenus de Synedriis, & præfecturis juridicis Hebræorum. Salmaſius de Primatu Papæ. Idem de regionibus & Eccleſiis Suburbicariis. Vedelius de prudentia veteris Eccleſiæ: De diſciplina Eccleſiaſtica Zepperi: De eadem judicia Eccleſiarum Tigurinæ & Bernenſis, Thomæ Blareri &c. quæ tamen ferè ſunt ἀνέκδοτα. Beza, Bullingerus Mſc. Eraſtus de excommunicatione. De Politia, Prudentia Eccleſiaſtica, Voetius, Carpzovius. Iunii lib. 3. de Natura & adminiſtratione Eccleſiæ Dei, Cunæi, Bertrami de Repub. Hebræorum, Zuinglii Eccleſiaſtes, de ratione & officio concionandi, liber oppoſitus Anabaptiſtis ſponte currentibus, ubi de requiſitis Miniſtri, Linguis præſertim agit. Lutherus adverſus falsò nominatum ordinem Epiſcoporum, adverſus Bennonem Epiſcopum Miſnicum, liber. Inſtitutio viſitatorum per Ducatum Electoralem Saxoniæ, per Luth. emendata. Ejuſdem conſilium, quomodo bonus & conſtans inſtitui poſſit in Eccleſiæ regimine ordo. *pontific.* in genere 1. de *Ordinatione*. Comentarius de ſacris Eccleſiæ Ordinationibus, ſecundùm antiquos & recentiores Latinos, Græcos, Syros, & Babylonios Ioh. Morini. 2. *regimine Eccleſiaſtico*. Caſpari Schioppii Eccleſiaſticus, authoritati Regis Britanniæ oppoſitus. 3. *Privilegiis cleri*. Rogeri VVidringtoni diſputatio Theologica de juramento fidelitatis. Stella clericorum. Immunitatis & libertatis Eccleſiaſticæ, ſtatúſque Sacerdotalis defenſio. Modus ſervandus in executione ſeu præſentatione, gratiæ expectationes 4. *Dignitate*, *officio cleri*. Epiſtola Dominici à Soto de officii Paſtoralis periculoſa cura. VVeſſelus de dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica. Chriſtophori Scheurl, I. V. D. defenſorium Sacerdotum, quo probat, immunitatem clericorum, & clericos honorandos. 5. Vocatione Reformatorum. De miſſione Proteſtantium &c. VValenburgiorum. In *ſpecie* de *Papa*. a. Ejus officio, & poteſtate, vide ſuprà. b. *Non eſſe Antichriſtum*: Becanus de Antichriſto Reformato, Leſſius de Antichriſto, & ejus præcurſoribus: De nativitate, vita, morte Antichriſti, Grotii explicatio locorum 2. Theſſ. 2. &c. Petri Tyræi rationes 20. ob quas Papa non poſſit dici Antichriſtus. *Cardinalium*. Vita Borromæi, Cardinalium bilanx. *Epiſcoporum*. Petavius de dignitate Epiſcoporum.

XVI. Sacramentis.

XVI. De *Sacramentis* 1. in genere, *Reform*. Bullingeri de ſalute fidelium, quomodo illa ab initio Mundi per verbū Dei & uſum Sacramentorum ſit propoſita:

Iacobi

Iacobi Huldrici Diatribe de Sacramentis. Calvini defenſio ſanæ doctrinæ de Sacramentis, eorumque natura. *Auguſt.* Reſponſio Lutheri ad aſſertion. VII. Sacram. Regis Angliæ. Simon. Paul. de Sacramentis, Selneccerus de Sacramentis N.T. *Pont.f.* De gratia Sacramentorum liber 1. Cochlæi, Aſſertio ſeptem Sacramentorum Henrici, Angliæ Regis contra Lutherum, cum Epiſtola Eraſmi commendatitia. Hugo de S. Victore lib. 18. Quæſtiones in IV. Sentent. circa Sacramenta Papæ Adriani.

XVI. De *Sacramentis* in *ſpecie* 1. de *Baptiſmo Reform.* Hottingerus de cauſis Baptiſmi. Zimmermanni diſſertatio in verba Tertulliani; Chriſtiani non naſcuntur, ſed fiunt. Andreæ Boſij de Clinicis Eccleſiæ veteris. 2. *De Cœna Domini*, Didactic. *Reformat.* Zuinglij de Cœna Domini inſtitutio, quæ, falſis remotis explicationibus, commodam ponit. Subſidium Zuinglij, ſive coronis de Euchariſtia, ubi & rationes reddit, quibus motus ſententiam ſuam de Cœna protulerit. Ejuſdem de eadem materia Epiſtola, ad Theobaldum Billicanum, & Vrbanum Rhegium. Bullingeri de origine erroris in negotio Euchariſtiæ ac Miſſæ: Vadiani Aphoriſmi de Euchariſtia. Conſenſus Orthodoxus S. Sc. & veteris Eccleſiæ de ſententia & veritate verborum Cœnæ Dominicæ, adeoque de tota controverſia Sacramentaria. Quid de Euchariſtia Sacramentaria veteres tum Græci, tum Latini ſenſerint, Dialogus, in quo Epiſtolæ Melanchthonis & Oecolampadij inſertæ. Oecolampadij duo ſermones Apologetici de dignitate Euchariſtiæ. Billicani ad Iohannem Hubelium, quæ illi de Euchariſtia cogitandi materiam conſcripſit. Tractatus, Ioh. Calvini de Cœna Domini. Mutua conſenſio in re Sacramentaria Miniſtrorum Tigurinorum & Genevenſium. Ejuſdem aliquot defenſiones Orthodoxæ fidei contra VVeſtphalum. Dilucida ejuſdem Cœnæ Dominicæ explicatio. Petri Martyris ſcripta Euchariſtica. Reſponſ. Conradi Liſſa ad Epiſtolam Bugenhagij. Commonefactio cujuſdam Theologi de Sacra Domini Cœna, & ejuſdem commonefactionis conſideratio. Martini Buceri de veritate manducationis Chriſti. De Symbolo fœderis, ſeu communione Franciſci Lamberti commonefactio. Vera inſtitutio & aſſignatio omnium cauſarum diſſidii in Religione, præſertim circa Cœnam Domini. Raph. Eglini aſſertio veritatis Euchariſticæ, Theſes & ſententię, quibus veri Corporis Chriſti vera & realis communicatio in Dominica Cœna breviter explicatur, Hermanni Pacifici. Elegans tractatus. Iezlerus, de diuturnitate belli Euchariſtici. Sadeel de manducatione ſpirituali. Ambroſius Blaurerus de Palinodia, quæ in Cœna Domini ei fuit tributa. Polanus de Cœnæ Dominicæ partibus. Ejuſdem theſes Didaſcalicæ de Cœna Domini. Grynæi quæſtiones analyticæ de pane, ad Frideric. IV. Elect. Ratio totius controverſiæ de Cœna ex mente & verbis Teſtatoris inſolidum decidendæ: Mareſii Quæſtiones de Cœna Domini, Riveti inſtructio præparatoris acceſſuris ad C.D. Ejuſdem de ſpirituali & unica vera manducatione corporis Chriſti. Ioh. Buxtorfij Exercitatio

XVI. Sacramentis in ſpecie.

do in Hiſtoriam Inſtitutionis cum vindiciis contra Capellum. Iohannis Voſſij Diſſertationes Sacræ. M. Henrici Erzbergii & Grynæi commonefactio de Cœna Domini. 3. *Elenctici* 1. contra *pontif.* Zuinglii de Canone Miſſæ Ἐπιχείρησις. Ejuſdem de Canone Miſſæ libelli Apologetici. Ejuſdem adverſus Hieronymum Emſerum Canonis Miſſæ aſſertorem; aliâs Antibolon. Ejuſdem Orthodoxa Senatus Tigurini reſponſio ad Hugonem Epiſcopum Conſtantienſem: comparatio Cœnæ Dominicæ & Miſſæ Pontificiæ. Lutheri declaratio articuli, utrum ſub utraque ſpecie ſit communicandum. Ejuſdem contra Miſſas privatas ſeu angulares. Leonis Iudæ Elenchus contra Sacerdotium Miſſaticum Matth. Kretzeri. Ad Iacobi Ledeſimæ, Ieſuitæ libellum, quo probare nititur, ſacrificium Miſſæ Hebræa tantùm, Græca aut Latina Lingua celebrandum, Th. Q. T. reſponſio. Elenchus errorum, quibus Orthodoxia Eccleſiarum reformatarum de S. Euchariſtia à Pontificiis impetitur. Ad repetitionem primam F. Claudii de Sainctes de rebus Euchariſtiæ controverſis, Bezæ reſponſio. Defenſio veræ ſententiæ de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, contra Tranſſubſtantiationis dogma Andreæ Volani ad Petrum Scargam Ieſuitam Vilnenſem. Refutatio tractatus de Miſſa Pontificia. Oecolampadij libellus, quòd Miſſa non ſit ſacrificium. Hoſpiniani & Lavateri Hiſtoria Sacramentaria. Materia cogitandi de toto Miſſæ negotio, partim ex ſcripturis Sacris, partim ex priſcæ Eccleſiæ ruinis eruta. Simplicii Verini tractatus de Tranſſubſtantiatione contra Hugonem Grotium. Sadeel de unico Chriſti Sacrificio contra commentitium Miſſæ Sacrificium; Modeſta Hottingeri Apologia contra Tranſſubſtantiationem, nuperrime edita de qua ſuprà, pag. 346. 2. *Lutheran.* Zuinglii amica Exegeſis Euchariſtiæ ad Lutherum. Ejuſdem Apologia contra Lutheri ſermonem. Ad librum ejuſdem de Sacramento reſponſio Reſponſio ejus ad Confeſsionem Lutheri. Orthodoxa Tigurinorum Confeſsio tum de aliis, tum de Cœna Domini, contra Lutheri brevem confeſsionem. Refutatio Confeſsionis de Cœna Domini Matth. Hebler, Dion. Aleſii, &c. Theodori Bezæ, contra Illyrici 30. demonſtrationes, quibus tum temporis Lutherani plurimum detuliſſe, ex Ampliſſ. viri, VVolfgangi Halleri, Ratisponenſis, ubi Flacus tum docuit, literis intelligo. Hoſpiniani Hiſtoriæ Sacramentariæ Pars 2. Diſputatio Heidelbergenſis Grynæi de Euchariſtica controverſia. Zachariæ Urſini reſponſio ad argumenta Tilemanni Heshuſii, & Martini Chemnitii. De duabus graviſsimis quæſtionibus, conjunctione videlicet Sacramentali, & vera communione corporis & ſanguinis Chriſti, adverſus novum Synuſiaſtarum figmentum, & futilem conſenſus Orthodoxi confutationem Marci Beumleri. Quæſtiones aliquot graves de vero verborum Cœnæ ſenſu, uſu & abuſu Stephani Tzegedini. Exegema argumentorum, quibus ſana doctrina de vera participatione corporis & ſanguinis Chriſti contra Synuſiaſtas defenditur, Benedicti Talmanni. Refutatio Confeſsionis de Cœna Domini Matthiæ Hebleri &c. per Petrum Mylium;

ium; Nervoſum ſcriptum, & doctum. De Cœna Domini adverſus Iodoci Harchi, Montenſis, dogmata, Theodori Bezæ reſponſio. Ejuſdem defenſio Chriſtiana ad Nicolai Selnecceri virulentam reſponſionem. Brevis notatio præcipuarum cauſarum diuturnitatis Controverſiæ de Cœna Domini; Refutatio cauſarum, quas Timotheus Kirchnerus pro defenſione τοῦ ῥητοῦ habet, Petri Boquini. Ad Nicolai Selnecceri librum, qui inſcribitur, Neceſſaria & brevis repetitio, Lamberti Danæi reſponſio. Apologetica expoſitio, qua oſtenditur, Tigurinæ Eccleſiæ Miniſtros nullum ſequi dogma hæreticum, in Cœna Domini, Bullingeri. Simplex inſtitutio de diſsidio Sacramentario inter Evangelicos; Puto Henricum VVolſium authorem eſſe. Cauſæ primariæ errorum in Cœna Domini, Caſpari Oleviani. Lavateri reſponſum contra Iacobum Andreæ. Vera commonefactio de communione corporis & ſanguinis Chriſti Iohannis à Kitliz. In *ſpecie* contra librum *Concordiæ*. Hoſpiniani concordia diſcors: Iohannis Balæi Examen recitationum Nicol. Selnecceri de lib. Concordiæ, Admonitionem Neuſtadianam luculenter confirmantium. Brevis deductio formulæ Concordiæ, quo ad Articulum de Perſona Chriſti, & Cœna Domini, variis additis Theologorum, Eccleſiarum & Academiarum judicijs. Reſponſio Petri VVarenburgi ab Altenkirchen ad ſcriptum Hermanni Hamelmanni, quo hic probare conatur, Ambroſium VVolfium falsò allegare pro ſe Theodoreti teſtimonia. Item: Ad judicium ab eodem editum de libro conſenſus Orthodoxi in cauſa Euchariſtica. VVilhelmi Concordia diſcors.

B. *Auguſt.* 1. *Didactici.* Iohannis Brentii vera ſententia C.D. quam inſeruit Exegeſi Ioh. c. 6. Michael Schæfer de Cœna Domini. Confeſsio Erhardi Snepfii de Cœna Domini. Diſputationes quædam Hamelmanni de re Sacramentaria. Formula Miſſæ & communionis pro Eccleſia VVittenbergenſi, M. Lutheri. Ejudem ſermo de digna præparatione cordis, pro ſuſcipiendo Sacramento Euchariſtiæ. Doctrinæ de Cœna Orthodoxæ expoſitio, quatuor homiliis comprehenſa Leonhardi Krentzheim. Brevis Confeſsio de C.D. in Comitiis Torgavienſibus tradita. Fidelis inſtitutio Illyrici de S.S. Ieſu Chriſti Sacramento &c. Ejuſdem demonſtrationes 30. præſentiæ corporis Chriſti in S. Cœna. *Elenct.* Solida refutatio compilationis Zuinglianæ & Calvinianæ per Theologos VVittenbergenſes. Brentius de C.D. Concio Iohannis Parſimonii, Concionatoris aulici Stutgardiani, de vera præſentia corporis Chriſti in Cœna Matth. Flaci Illyrici refutatio ſophiſmatum, quæ pro Sacramentario errore afferri ſolent. Martini Schällingij parentis de præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia inſtitut. lib. 3. Synodus vel chorus Sanctorum in Eccleſia Patrum, qui inde ab Apoſtolis vixere ad tempora Gregorij Papæ, de vera præſentia & manducatione corporis & ſanguinis Chriſti. Nicol. Selnecceri repetitio ſimplicis & veræ doctrinæ de Cœna Domini Mſc. Conſideratio declarationis ſententiæ de C.D. editæ à Dorotheo Cogentio, Regienſi, Dorſchæi; Diſſertatio

in Exod. 12. 11. Sebaſtiani Schmid, Refutatio oppoſita neceſsitati phyſicæ locationis in corpore Chriſti glorioſo, Andreæ Muſculi. *Pro libro Concordiæ.* Theologorum VVirtenbergenſium reſponſio, duorum Ieſuitarum libris Sycophanticis oppoſita, pro libro Concordiæ.

C. *Pontific.* de *Sacramentis* in ſpecie 1. de *Pœnitentia.* VVeſſelus de Sacramento pœnitentiæ, Savanorolæ Confeſsionale. Keiſerſpergij Argentinenſis navicula Pœnitentiæ. Ioh. Eccij de Pœnitentia & Confeſsione ſecreta ſemper in Eccleſia Dei obſervanda. Fructus pœnitentiæ Iacobi Lapiribolli. VVicelii de pœnitentia & Confeſsione. De contritionis veritate aureum opuſculum. Libellus de modo pœnitendi & confitendi. Huc pertinent *Canones pœnitentiales*, Caſus Papales Epiſcopales, Abbatiales. Commentarius Hiſtoricus de diſciplina in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, tredecim primis ſeculis in Eccleſia Occidentali, & huc uſque Orientali, obſervatus XII. lib. diſtinctus. Accedunt, quæ Judæi antiqui, & recentiores tradunt de Pœnitentia, Confeſsione peccatorum, Excommunicatione, abſolutione criminum &c. Excerpta librorum Mſſ. pænitentialium Ioh. Morini. 2. *Confirmatio.* Iulii Priſcianenſis diſputatio de Confirmatione. 3. *Miſſa.* Lanfrancus Epiſc. Cantuarienſis de Sacramento Euchariſtiæ. Miſſæ peculiares ſeptem ſive Miſſale itinerantium. Secreta Sacerdotum, quæ in Miſſa teneri debent, multum utilia, collecta per Henricum de Huſsin. Bernonis Abbatis libellus de officio Miſſæ, tractatus Stephani Eduenſis Epiſcopis de Sacramento Altaris. Veronii Miſſa in Scr. reperta: Duranti rationale divinorum officiorum, Concio Henrici Glareani, de Euchariſtia, Mſc. Libellus de Euchariſtia Solodori nuper emiſſus cum præfatione reſponſoria ad Hottingeri Apologiam. Epiſcopus Roffenſis contra Oecolampadium de vero corpore & ſanguine Chriſti in Sacramento. VVicelii concio de communione ſub una ſpecie. Nicolai Buchheim, quæ vera & Apoſtolica Miſſa ſit: Michaelis, Sidoniorum Epiſcopi conciones 15. de Miſſa. Becanus de Cœna Calviniſtica, Lutherana, Catholica. Ejuſdem de communione ſub utraque ſpecie. Ejuſdem de triplici ſacrificio Naturæ, Legis, Gratiæ Tractatus corporis Chriſti, quomodo Sacerdotes ſe habere debeant erga Euchariſtiam conſecrandam. Expoſitio Canonis Miſſæ Gabrielis Biel. Brevis refutatio quarundam propoſitionum Philippi Bleſſæi, Becani. Ejuſdem de inſtitutione & uſu Euchariſt. contra Sartor.

XVII. Reditibus Eccleſiaſticis.

XVII. De *reditibus Eccleſiaſticis, decimis, donationibus, cura pauperum.* 1. *Decimis* Lyranus, Bullingerus, Amama, Thomas Sagittarius, Frey Mſc. 2. *Donatione Conſtantini.* De hac ex ipſis Pontificijs ſcripſerunt Bartholom. Pinicrnus, Laurentius, Valla, Nicolaus de Cuſa, Antoninus, Hieronymus Paulus, Cathalanus. 3. *Leges*, pro cura pauperum, *& ratione tractandi mendicos*, N. rimbergenſium, Tigurinorum, Schafhuſianorum &c. Hochholzeri.

XVIII.

XVIII. De variis *ritibus Eccleſiaſticis, cantu, Organis, horis Canonicis, Feſtis* Huc pertinent 1. in genere de variis *ritibus, originibus rerum, & errorum*. Bullingerus, Hoſpinianus de origine errorum. Croji Papiſmus Gentilis. De diſsidio irreligione & collatione veterum rituum cum recentioribus. De ſeptem horis Canonicis reverenter legendis aut cantandis. Index perpetuus dicendarum horarum Canonicarum. Polydorus Vergilius de inventione rerum. Caſalius de veteribus ſacris Chriſtianorum ritibus. Vindiciæ defenſoris ſimplicitatis Eccleſiæ adverſus Irenæi Simplicij Philadelphi Epiſtolam; Petri Bacca, Mejeri explicatio illius Tertull. *chriſtiani fiunt non naſcuntur*. 2. *ratione orandi* De Oratione Clauſerus. Lutherus de precibus & proceſsionibus &c. Ioachimi Hildebrandi rituale orantium 3. *de Feſtis*. Hoſpinianus de Feſtis Iudæorum Gentilium, Turcarum, Chriſtianorum, Ionſtonus de feſtis Hebræorum & Græcorum, Capelli ἐπίκρισις ad Cloppenburg. de ultimo Chriſti Paſchate, & Sabbatho δευτεροπρώτῳ. Heideggerus de emortuali Chriſti Paſchate, Lutherus de Feſto Petri & Pauli eorundémque poteſtate. Hottingerus de jubilæo. 4. *jejuniis*, delectu ciborum, &c. Zuinglius de delectu ciborum. Apologia Eraſmi de eſu carnium, déque ſimilibus humanis conſtitutionibus. Chriſtiana inſtitutio de precibus, jejuniis, jubilæo, peregrinationibus religioſis Caſp. VVaſeri. Aqua luſtralis: *De aqua conſecrata & ſale* Caroloſtadii. 6. *Flagellationibus*; Gretſeri de flagellorum cruce; Zeæmanni Carnificina Eſavitica. Huc pertinent *Agenda* Reformatorum Eccleſiaſtica; Pontificiorum *Manualia, Breviaria, Rationalia*. Divinorum officiorum, &c. XVIII. Ritibus.

XIX. *Sepultura fidelium; cura pro mortuis, purgatorium*. Reformat. Pſychopannychia, qua refellitur quorundam imperitorum error, qui animas poſt mortem uſque ad ultimum judicium dormire putant, Ioh. Calvini. Marcſii, ubi anima Lazari quatriduani & aliorum, qui ad hanc vitam mortalem reſurrexerunt, exercitatio. Titius de ſtatu animarum ſeparatarum. Palinodia Lutheri de Purgatorio. Gerhardus à VVeſterburch Colonienſis, de Purgatorio contra Colonienſes. Catholica inſtitutio de Purgatorio Caſp. VVaſeri, VVeſſelus de purgatorio. *Pontific.* De officio pietatis in defunctos, & tam ſanctorum Patrum, quàm Gentilium, ac diverſarum Gentium authoritates & exempla adducuntur. Exhortationes faciendæ infirmo ægrotanti. De animarum purgatorio igne. Epitome contra novas ſectas Cochlæi. Artis bene moriendi perutilis tractatus. Liber de quatuor noviſsimis. F. Bernhardi Luzenburgi tractatus de Purgatorio. Becanus de Purgatorio Calviniſtarum. Ejuſdem de Oratione pro defunctis. Tabula de arte moriendi Gerſonis. Iacobi de Paradiſo, de animabus à corporibus exutis tractatus. Henricus Nidhart de receptaculis animarum. Hiſtoria Brandonis, ejúsque purgatorio. Allatius de conſenſione Eccleſ. Orient. & Occid. de Purgatorio. Ejuſdem Euſtratius de ſtatu animarum, Arcudius de Purgat. XIX. Sepultura Purgatorio.

XX. Conjugio.

XX. De *conjugio, cælibatu, votis*, divortio, Polygamia 1. ante *Reformat.* Huldrici Epiſcopi Auguſtani tract. contra cœlibatum ad Nicol. Papam. 2. *Reform.* Contra Papiſticas leges, Sacerdotibus prohibentes conjugium. Supplicatio quorundam apud Helvetios Evangeliſtarum ad Hugonem Conſtantienſem, ne ſe induci patiatur, ut quicquam in præjudicium Evangelii promulget, neve ſcortationis ſcandalum ultrà ferat. Apologia Paſtoris Combergenſis, qui nuper ſuæ Eccleſiæ conſenſu duxit uxorem. Alia defenſio ad Fridericum Ducem. Tractat de conjugio clericorum Huldrici Geer, contra Piſtorium. Buceri reſponſio ad duas Stephani, Epiſcopi, Epiſtolas, de cælibatu Sacerdotũ & Cœnobitarum. Adverſus Ioh. Fabrum ſcortationis Patronum pro conjugio Sacerdotali juſti Ionæ defenſio. Defenſio Petri Martyris ad Smithæi duos libellos de cælibatu Sacerdotum, & votis Monaſticis: Amica & pia Parænefis ad communem Helvetiorum civitatem ſcripta, ne Evangelicæ doctrinæ curſum impediant, nec licitis Sacerdotum connubiis ſeſe offendi patiantur, Zuinglii. De cælibatu, Monachatu & Viduitate Carolſtadii; Miſſa, de nuptiis Carolſtadii, & Sacerdotibus matrimonium contrahentibus. Lutheri inſtitutio de conjugio. Ejuſdem de votis Monaſticis, eorúmque origine Ioh. à Munſter de conjugalibus ſtipulationibus. Arbor affinitatis & conſanguinitatis Carpzovij & Breitingeri. Tractatio Bezæ de divortio & Polygamia. Heerbrandus, Piſcator de conjugio; Toſſanus pro ſecundis nuptiis, contra Tertull. diſputationes ſcripſerunt.

XXI. Magiſtratu.

XXI. De *Magiſtratu*. Zuinglii divina & humana Iuſtitia, quâ docet, Politiam cum Evangelio non pugnare: Buceri de officio Chriſtiani Magiſtratus in regimine Eccleſiaſtico. De officio Magiſtratus circa religionem, ex Auguſtino ad Bonifacium, VVolfg. Muſculi. De jure regni Diaſcepſis Irvini Scoti. De diſcrimine poteſtatis politicæ & Miniſterii Evangelici Melanchthonis. Theodori Bezæ de Politia, & diſciplina Civili & Eccleſiaſtica tum Iſraelitica, tum Chriſtiana. Vedelij Moſes & Aharon de concordia Magiſtratus & Miniſtrorum. VValæi de munere Miniſtrorum Eccleſiæ, & inſpectione Magiſtratus circa illud.

XXII. Fides reſipiſcentia.

XXII. De *donatione reſipiſcentiæ, ac fidei per vocationem*. De pœnitentia Evangelica & Confeſsione ſecundum veteris Theologiæ Profeſſores. Chriſtiani pœnitentis Confeſsio; è decem præceptis collecta per Iodocum VVindſemium. Quòd non ſit onerosa Chriſtianis Confeſsio, paradoxa Oecolampadij. Lutherus de pœnitentia. Ejuſdem inſtitutio de Confeſsione. Matth. Phænius de vitæ emendatione ex Taffino. Rollocus de vocatione efficaci. Mareſius de ſorte Ariſtotelis. Collatio Cameronis & Tileni de gratiæ & voluntatis humanæ concurſu in vocatione, & quibuſdam annexis. Ejuſdem commercium Epiſtolarum cum Theologis Leidenſibus de motu voluntatis. Roberti Baronii exercitationes de fide, ſcientia &c. Beumleri fides Chriſtiana, ſive de origine cauſis, effectis fidei. *Pontific.* Faber, quòd fides eſſe poſsit ſine charitate. Becani de auxilijs

xiliis gratiæ Chriſti ſecundùm Pontificios & Calvinianos. Tractatus devotiſſimus de duplici cauſa contritionis : ubi multa de converſione hominis, quod ſolius ſit Dei donum. Iohannis Vivaldi opus aureum de veritate contritionis. Vide plura ſuprà.

XXIII. De *Juſtificatione, remiſſione peccatorum, ſatisfactionibus, Indulgentiis* &c. *Reformat.* De vera peccatorum remiſsione, adverſus humanas ſatisfactiones, & commentitium Eccleſiæ Romanæ purgatorium, Sadeelis. Carolſtadii Epitome de juſtificatione. Ejuſdem contra virtutem Indulgentiarum. Lutheri diſputatio pro declaratione virtutis indulgentiarum. Bezæ Apologia pro juſtificatione, ex ſola fide, Evangelium Romanum, ubi Indulgentiis, vis adimitur remittendi peccata. Ioh. à Munſter de juſtificatione. Character Chriſtianiſmi, ſeu de fidei, ſpei & charitatis doctrina. Articulus de gratuita hominis coram Deo juſtificatione per quæſtiones & reſponſiones, Ægidii Hunnii. Schæferus de juſtificatione. Ottonis VVerdmylleri lib. 4. de ſummo ſalutis articulo. Diſputatio Ioh. Foxi Angli, contra Ieſuitas, & eorum argumenta, quibus inhærentem juſtitiam ex Ariſtotele confirmat. Iuſtificatio hominis coram Deo brevis & ſimplex demonſtratio ex ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum excerpta, & Ieſuiticæ factioni oppoſita. Sadeel de vera peccatorum remiſsione, adverſus ſatisfactiones humanas. Lucii de cauſa meritoria juſtificationis. Duo libri de remiſsione peccatorum per ſanguinem contra Papiſtarum indulgentias, per Caſp. VVaſerum tranſlati. Duæ conciones de juſtificatione & bonis operibus Polycarpi Leiſneri. Hottingerus de juſtificatione, jubilæo, & indulgentiis prolixè, P. III Hodeg. *Pontific.* Becani de juſtificatione Calviniſtarum & Catholicorum duo opuſcula. Ejuſdem de merito bonorum operum. Iacobi Gretſeri ſpontanea diſciplina, Caſpari Saſgeri Franciſc. de fide ſpe & charitate. XXIII. Iuſtificatione.

XXIV. De *libertate chriſtiana.* Zuinglius de tumultuum & ſeditionum authoribus, & quinam meritò ſeditioſi ſint dicendi; qua denique via ad Chriſtianorum pacem commodè perveniri poſsit. Oſtendit fruſtra decimas, annuos reditus, libertatis prætextu, negari. Lutherus de libertate Chriſtiana ad Leonem X. Zuinglius de delectu ciborum, Heideggerus de lege cibaria in cap. 15. Act. XXIV. Libertate Chriſt.

XXV. De *perſeverantia ſanctorum.* Iacobi Huldrici de certitudine ſalutis. Caſmanni an Chriſtianus de ſalute ſua poſsit eſſe certus. Iohannis VVolphii, de perſeverantia Sanctorum. *Pontific.* Roberti Kolb conſcientiæ ſcrutinium ſive Examen Calviniſticum de certitudine ſalutis. XXV. Perſeverantia.

XXVI. De *glorificatione.* *Reformati*; de vita æterna, ſtatu futuri ſeculi, repeti debent, quæ ſupra in Theol. Anglic. Symbolica, & Topica tum Aſcetica, tum Eccleſiaſtica citavimus. De *chiliaſmo.* Vrbani Rhegii contra Chiliaſtas. *Pontific.* Ex Drexelio huc referri poſſunt tractatus de æternitate, Prodromus XXVI. Glorificatione.

æter-

Digitized by Google

æternitatis, Tribunal Chriſti, Infernus damnatorum Cœlum Beatorum: Horologium auxiliaris tutelaris Angeli, &c.

XXVII. Brevis ἐπιχείρησις.

Noluimus, hac vice, in Syſtematica particulari polliceri ἀκρίβειαν; Hiſtoriam enim meditari debuiſſemus, non Bibliothecam: Probet, ſatis erit, exhibitus à nobis Catalogus, quæ diſponendorum thematum Theologicorum tutiſſima ratio, & quàm prompta ubique, in privatis etiam Bibliothecis (vix enim unum citavimus & alterum, qui non locum aliquem in noſtris occupet forulis) de ſingulis thematibus eſſe poſſit ſupellex. Iudicium de ſingulorum uſu & ἐξοχῇ *abſoluta* (*comparationes* enim ſi uſpiam alibi, hoc loco ſunt odioſæ) nemo jam à nobis expectet; unam tamen & alteram obſervationem: quibus tractationi huic colphonem imponemus; addimus, in ſelectu authorum inſtituendo probè obſervandas. Prima eſto: *In una quaque materia illorum, præ cæteris, habeatur ratio, qui Thema aliquod pertractârunt ex* profeſſo, *non tantùm κατασκευαστικῶς, ſed & ἀνασκευαστικῶς.* Sic, ut uno vel altero agamus exemplo, de *Scriptura*, ejus officio, authoritate, &c. illi & comparentur, & conſulantur, qui vel tempore Reformationis veram de Scriptura ſententiam maſculè aſſeruerunt Zuinglius, Lutherus, Bullingerus, Bucerus, &c. vel etiam poſtea in arenam pertracti, debuerunt φυλακτὴν ὑπόθεσιν, in Anglia contra Bellarminum & Stapletonum VVithackerus, Rainoldus, in Germania Pareus, Hyperius: Pro integritate fontium Græcorum & Hebraicorũ, Scaliger, Buxtorfii, Pater & filius, Caſaubonus, Glaſsius, fortiter dimicârunt. Authoritatem Canonicam libris Apocryphis maſculè abjudicavit Rainoldus. Iudicium controverſiarum ſoli aſſeruere Scripturæ, Mortonus, Cameron, Polanus &c. Traditionibus authoritatis larvam detraxerunt Rivetus & Mornæus. Verum Patrum uſum luculentiſsimè oſtendit Dallæus, qui & imaginum cultui antiquitatem falsò obtendi, monſtravit. De *Deo* illi primas occupent, qui pro aſſerenda S. S. Trinitate Socinum, & Arrium, cæteròsque profligarunt Anti-Trinitarios: In retinenda ὑποτυπώσει ὑγιαινόντων λόγων de Eſſentia & Attributis Vorſtij, cæterorùmque Novatorum pruritum repreſſerunt. De *prædeſtinatione* illi conquirantur præ cæteris, ad quos, obortis in Eccleſia turbis, tanquam ad triarios res rediit. Tales ſunt in Belgio Theologi, qui Arminio reſtiterunt, & Arminianiſmo; in Helvetia Huberianiſmo, quem etiam Lutherani, VVittebergenſes & Tubingenſes publicis ſcriptis, præſertim ob inſanum dogma de univerſali electione, fuerunt aggreſsi, ut ex Elenchis Matth. Hoe Gerlachii, Hunnii, Lyſeri, Geſſneri &c. manifeſtum eſt. De Providentia, præ aliis doctè, perſpicuè & & fusè ſcripſerunt Zuinglius Calvinus, Martyr, Toſſanus, & nuper Rittershuſius ſubtiliſsimè. In loco de *Lege*, ejus uſu & diſtictione multorum inſtar erit Beza, & cumprimis Zepperus. De *Chriſti Natura* luculentiſsimè & præclariſsimè ſunt

loeuti,

locuti, qui occaſione controverſiæ ubiquitiſticæ, hanc materiam occuparunt, Theologi ſupra à nobis commemorati pag. 437. Germani, Helvetij, Genevenſes. De meriti ejus ſive amplitudine, ſive reſtrictione plerarumque Eccleſiarum Reformatarum mentem poſuit & expoſuit Spanhemius, & ante eum Theologi Tetrapolitani Helvetij contra Huberum. Eadem ratio eſt reliquorum etiam capitum &c. de Eccleſia ubi Camero Reformatis, meo judicio, contra præjudicia Eccleſiæ Romanæ non contemnendam præſtitit operam; de Sacramentis, Chriſtophorus Herdeſsianus, (Syndicus Norimbergenſis, Orthodoxus conſenſu, & Hoſpinianus Hiſtoriâ Sacramentariâ, magno nos ſublevârunt labore, ipſi & laborioſiſsimi, & judicioſiſsimi) de regimine Eccleſiaſtico, vocatione, juſtificatione, Sanctificatione, Glorificatione, ubi vel unus cæterorum vicem ſupplere poterit, qui ſolidè non modò κατὰ διδασκαλίαν; ſed etiam καὶ ἔλεγχον locum aliquem communem tractaverit. II. *Authorum, quorum nomen celebre, ea in quolibet materia potiſſimùm colligantur ſcripta, per quæ famæ celebritatem potiſſimùm illi ſunt conſecuti.* *Bullingeri* (ut de noſtris jam obiter agamus) ſcripta, omnium conſenſu, digniſsima ſunt, quæ Bibliothecam ornent Theologicam; ubi tamen omnia haberi non poſſunt, de illis rei librariæ Studioſus ſit ſolicitus, quæ de *Scriptura Sacra* edidit, tum Didacticè, tum etiam Elencticè contra Cochlæum; de *Concilijs*, *Origine errorum*, contra *Brentium*, *Decades*, &c. Calvini *Inſtitutionibus*, toto orbe Reformato honoratis *tractatus* ejuſdem adderem *Theologicos*, quibus non modò Elenctica continentur, contra quoslibet veritatis adverſarios; ſed & Politia Eccleſiaſtica, & Caſuiſtica: Ita in controverſia de *Eccleſia* Iohannes VVolfius; *Perſona & officio Chriſti* Simlerus, *Antichriſto* Gualtherus; *Sacramentis* Zuinglius, *Prædeſtinatione*, *Providentia*; *Tranſſubſtantiatione*, *Cœlibatu*, *Martyr*, *Iuſtificatione* VVerdmyllerus, *perſeverantia* VVolfius; Beumlerus in controverſis, cum *Lutheranis*, capitibus, *præſertim*, Iacob. Huldricus varijs *antiquitatis* documentis, contra Papiſtas, ingenii, judicij, & dexteritatis ea reliquerunt monumenta, ut quamvis & in alijs excellerent, in his ſe ipſos fermè ſuperare videantur. Bibliandri noſtri ſcripta Exegetica & domeſticis, & exteris ita placuerunt Theologis, ut magno hinc inde numero fuerint deſcripta. In illis tamen ſtudiis, quæ vel Eccleſias, vel ſtatum, vel literaturam concernunt Orientalem, non minorem probavit ſive felicitatem, ſive induſtriam. Adeò ut, meo ſenſu, non malè faciat, qui, de rebus Orientis diſſerturus, Bibliandri noſtri in ſubſidium vocet meditationes. Quàm certa, maſcula, ſolida, piæ eruditionis plena ejus eſt *conſultatio ad nominis Chriſtiani Socios, qua nam ratione Turcarum dira potentia repelli poſſit ac debeat à populo Chriſtiano, ubi & de rationibus agit, quibus ſolida, certaque concordia & pax in Eccleſia & Re-*

Nnn *publica*

publica Chriſtiana conſtitui poſſit. Methodum & ſcopum ipſe non longè ab initio libri an. Chr. 1542. Baſil. impreſsi, ita exponit: *Propoſitum mihi eſt ſimplici veritate, quòd tempora & mores omnino poſtulant, aperire cauſas, ob quas tot annos, tam infeliciter pugnamus cum gente ferociſſima; ut q; noſtris vitijs, qui nomen Chriſti clariſſimũ inaniter jactamus, neq; reſpondemus vita ſancta actionibus, imperium Mahometicum una cum ſuperſtitione ad iſtum terrificum modum excreverit. Deinde oſtendam, non modò bonum & honeſtum; verùm etiam facile & neceſſarium, eas malorum noſtrorum cauſas præſcindere. Poſtremò indicabo, quibus armis & rationibus ſuperari poſſint ac debeant hoſtes nominis Chriſtiani.* Hæc jam ante ſeculum, & quod excedit, candidum pectus, de communi Chriſtiani nominis hoſte repellendo, coxit cura. Vt oppidò moroſus ſit, & temerarius, qui auſus fuit probrum neglecti hac in parte officij tum Helvetijs, tum alijs Reformatis, quos *Calvinianos* vocat, objicere *Petrus Bertius*, Breviar. totius terrarum orb. pag. 9. *Habent autem* (ita loquitur, poſtquam Cantones Helvetiæ Reformatæ ordine recenſuiſſet) *hoc proprium Calviniſtæ, ut non tantùm ipſi nihil conferant ad repellendam imminentem Chriſtianorum cervicibus Turcarum vim; ſed etiam moti, inteſtinis diſsidijs belliſque impediant alios Reges, id conantes: quin & opes Vireſque ipſorum à communi hoſte averſas, in mutuam Chriſtianorum perniciem concitant.* Quid alij hactenus Reges, Principes, Status Reformati conſilii, quid auxilij contulerint, ad communem Chriſtianiſmi coercendum hoſtem, noſtrum non eſt prædicare. Experientia multorum annorum, ἄλογον στόμα facilè compeſcit: De ordinis tantùm noſtri loquor Proceribus, contumelioſam eis, gravémque injuriam fieri. Nihil enim unquam eorum illi intermiſêre, quod quidem, quantum in ijs fuit, vel ad convictionem, vel converſionem infidelium facere potuiſſet; felicius profectò longè, quàm vel Collegium de propaganda fide, vel quicunque alij de Schola Pontificia Theologi. Et de Tigurinæ quidem Eccleſiæ Miniſtris non erubeſcimus cum Bullingero aſſerere, *non minori eos ſtudio, quàm ullos alios noſtro ſeculo, aut etiam plus alijs in confutandis Muhammeticis & Turcicis abominationibus laboraſſe.* Hæc de Ottomanicis non modò *gladio oris* confutandis, ſed etiam *ore gladij* confodiendis, noſtrorum & noſtratium fuerunt ſtudia, hæc conſilia. Si quando executioni aliqua interceſsit mora, alijs illa imputari debet cauſis, non Reformatæ Religioni. Sed neque

dum

dum conviciis abigendi, calumniis onerandi, dicteriis ducendi, aqua & igni prohibendi ſunt, quorum vita & fortunæ, non ut hominum, ſed ut Chriſtianorum, contra communem nominis Chriſtiani hoſtem, profundi debent. Si Chriſtiani ſumus, cùm Turca urget & inſtat, cur tanquam καθάρματα, & capita ſacra omnium exponimur libidini, ubi tempeſtas remiſit? *Bertio* hoc demus, aliiſque ei ſimilibus vertumnis, quibus convitiandi Cacoëthes εἰς ἔξω μετίβη. Sed hæc alius ſunt loci.

INDEX RERUM.

A.

Ægyptiacæ Bibliothecæ & olim, & nunc inſtructiſsimæ. 12.

Ætatis mediæ ſcriptores diligenter colligi debent. 93. quinam illi ſint. 93.

Alkorani exemplaria elegantiſsima Reginæ Sueciæ, & Ravij. 31.

Allatij perpetuo conſenſui jugulum ex Metrophane 100. 101. & ex ἀποσπασματίῳ Græco petitur 105. Ejus Synodus Photiana octava notata & perſtricta. 363.

Ambroſius magni ſemper fuit nominis. 201. Eraſmi de eo & Hieronymi judicium. 203.

Anabaptiſtica turbæ initio Reformationis ſtatim moleſtæ. 380. Helveticos montes veneno ſuo diffundendo aptos credebant, & propitios. 381. in Belgio altas egerunt radices. ib. cujus gladio ceciderint. 401. ad Syſtematicam tractationem ſeriùs pervenerunt. 420.

Anglicæ Bibliothecæ modernæ compendium. 33. 34. de Anglicana praxi non omnes æquum ferunt judicium. 34. cur Anglorum ſcripta tam ſolicitè quærantur. 35. Catalogus recentiorum Anglicorum Theologorum Alphabeticus, tum Perſonalis à pag. 36. ad 56. tum Realis, qui 1. Exegeticus. 56. isque generalis. ib. & ſpecialis, qui exhibet eos, qui in Canonicos Scripturæ Libros commentati 60. 2. Scholaſticus eorum, qui Topicè, Elencticè, Catecheticè, Caſuiſticè & Hiſtoricè ſcripſerunt. 61. 62. Cur Alphabeticus Index materiarum in Anglicana occurrentium practica neceſſarius. 65. ordine exhibetur. 65. ad 69.

Antverpienſe Regium opus Complutenſi perfectius. 136. etiam Pontificiorum fert punctum. ib.

Apocalyptica Theologia. 400.

Apologiæ ſcriptis ſymbolicis accenſendæ. 344. earum Catalogus Alphabeticus 345.

Arabica Eccleſia antiquiſsima 244. varia Arabum reperiuntur ſcripta, ſed pauca edita ib. Methodus Proſopographica Arabum exemplis quibusdam, ex Leone Africano, cum Authoris notis proponitur 246. ad 294.

An

Arminiani vid. Remonſtrantes.

Aſcetica à Patribus exculta 395. ejus ſtricturæ in medio Papiſmi. ib. in hac Reformati aliis præcurrunt ib. & 398. uſus hujus 397.

Athanaſius præclarè de Eccleſiâ meritus 203. in diſputando argutus ib.

Atheiſmus quinam varietatum 386.

Auguſta Wolfenbuttelenſis Bibliotheca refertiſſima. 13. ſeptem habet admiranda. 14.

Auguſtana Biblioth. ditiſſima Mſcr. cumprimis Græcis. 14.

Auguſtana Confeſſio tranſlata, explicata, vindicata. 331. ab aliis oppugnata 332. ab aliis defenſa ib.

Auguſtinus ingenii acumine, oris facunditate præſtans. 203. Magna delectatus eſt varietate ib. aliquot ejus libri ante Reformationem editis 205. quæ editiones Auguſtini aliis præſtent ib.

B.

Baſileenſis Bibliotheca referta libris & Mſc. Græcis. 14. Amerbachianæ acceſſione aucta ib.

Bergenſis Bibliotheca inſignis numero, ſelectu, varietate librorum, & Mſcr. 15.

Biblia Codices Mſcr. Europæis rari; in Oriente plures. 124. impreſſa Biblia quam lectionem ſequantur. 125. multa in Italia, Germania, Gallia, Belgio excuſa. 126. 127. quæ vel uſui, vel ornatui, vel Bibliothecarum complemento inſerviant, ib. Fragmenta Bibliorum Hebraicorum elaborata plura. ib. Notæ in eadem extant Judæorum & Chriſtianorum 156. 157.

Biblia Polyglotta Anglica ſuccinctè & Anatomicè exhibentur. a. quoad 1. Apparatum. 2. Textum. 3. Appendicem. 56. 57. b. quoad Textus ſingulos, & ſubſidia in eadem. 58. 59. ſub prælo ferventia ſuos experta invidos 139. quantum Pariſienſi præcellat. 140. 141.

Bibliothecariorum Veterum officium circa quod occupatum. 1. modernorum circa Inſcriptionem & Diſpoſitionem. 2. quæ Methodus *Bibliothecæ* tam conſcribendæ, quàm diſponendæ. 4. varius eorum, qui de Bibliothecis ſcribunt, ſcopus. 6. quis Authoris ſcopus. 7.

De origine Vocis *Bibliotheca* & Homonymia. 8. Eſt vel univerſalis

vel particularis. 8. In Univerſali vel temporis habetur ratio vel materiarum. 8. 9. particularis vel certorum eſt climatum. 9. vel certorum ordinum. 10. 11. vel certarum facultatum. 11. vel publicæ vel privatæ. 12. earum Catalogi ſunt varii 28. ſingulæ ſuis diſtinguuntur characteribus. 31. Hypomnemata in colligenda *Bibliotheca* obſervanda. I. initium fiat abintegra, etſi non pretioſa ab alijs collecta. 69. II. de perfectione partium colligens ſit ſolicitus. 70. III. inſtruatur, ut nihil, quod neceſſarium videatur, deſit. 71. IV. Editionum diverſitatem non poſtremo loco habeat. 72. V. Magna opera conjunctim & partes eorum diuiſim editæ colligendæ. 74. VI. ſua quisque Linguâ author habeatur 74. VII. veteres & recentiores conjungendi. 75. VIII. Librorum in publicis Bibliothecis ſelectus non obſervandus. 76. IX. ſint patulæ Bibliothecarum fores, ita tamen, ut pluribus illæ & diutſervire poſsint 77. Methodus diſponendæ & diſtribuendæ Bibliothecæ in locos comm. Theologicos maximè & Philologicos difficilis 79. varia doctorum in his diſponendis judicia 80. judicium Naudæi. ib. Jacobi Friſij 81. Bibliothecæ diſtributionem Author quinque complectitur partibus, 1. Theologica. 84. 85. 2. Philologica, quæ conſiſtit in Linguis 86. & Hiſtoriis 87. 3. Juridica. 88. 4. Medica. ib. 5. Philoſophica ib. Cur hanc conſcribendæ Bibliothecæ provinciam Author ſuſceperit. 89. Canones colligédæ generales. a. Theologica Bibliotheca reliquarum facultatum libros non excludit. 93. b. primæ, mediæ & ultimæ ætatis ſcriptorum ratio habenda ib. c. Theticæ Theologiæ cura non abjicienda. 95. d. Mſc. principem teneant locum 95. ad pag. 106. e. Archivo Epiſtolico multum impendatur colligendo. 106. ad 116. Quæ cauſæ difficultatis Catalogum Bibliothecæ contexendi abſolutum 117. 118. neceſsitas horum Catalogorum 118. diſtinctio eorum. 119.

C.

Cantabrigia ſelectiſsimas habet Bibliothecas: ib.

Caſmannus ſolidus & exercitatus Aſceta. 395. 396.

Caſuiſtica initio Reformationis quomodo excuſſa 394. quinam hanc tū attractârint. ib. quâ Methodo quæſtionum Practicarum examen Theologi

Theologi inſtituant. ib. huc judicia Facultatum Theologicarum ſpectant. 395.

Catalogi Bibliothecarum abſoluti difficulter contexuntur 11. horum neceſsitas. 111. diſtinguuntur in 1. Chronologicos. 119. 2. Logicos. ib. 3. Theologicos. 120. 4. Grammaticos. 121. 5. Topographicos. ib.

Catechiſmorum uſus antiquus. 333. Vix Religio, quæ non ſuum habeat Catechiſmum. ib. Tigurinus, facilis, ſolidus, perſpicuus 334. Palatinus accuratione & uſu nulli cedit. ib. Pontificii plures dederunt 336. Armenis etiam, Syris, Illyricis, Bulgaris &c. adornati. 337. quæ apud Judæos Catechizandi ratio & Methodus 339.

Chryſoſtomus ubique eruditos occupavit, vel per verſiones, vel Editiones, vel notas. 319.

Colloquia ad ſcripta Symbolica referenda. 350. ſunt univerſalia vel ſingularia 351. claſſes eorum ſunt IV. 351.

Commentatorum claſſes diverſæ, reſpectu 1. temporis. 181. 191. 2. Methodi 192. 3. Religionis. 193. Regionis. 194. quinam præſtent ex Commentatoribus Pontificijs 190. ex Reformatis 192. 196. 197. 491.

Complutenſe opus inſigne 134. Authorem habet Ximenium, ib. comparatio ei excidit incommoda 135. fontium tamen integritati optimè conſulit. ib.

Concilia ſunt ſcripta Symbolica 326. Omnium extant Editiones 326. 327. compendia 327.

Concordantiarum ſtudium excoluerunt Latini, Hebræi, Græci Germani, 171.

Confeſsiones aliæ ratione 1. loci 2. ætatis 3. authoritatis 4. ordinis 330. 331. ſerie Alphabetica conſideratæ ib.

Critica Biblica quid conferat ad Scripturæ explicationem. 169.

Critica Sacra Anglorum opus vaſtiſsimum IX. Tomorum. 59. ex quibus concinnata ſcriptoribus. ib.

Critica Studia Theonino à quibusdam roſa dente. 174. alij illa generaliter, alij ſpecialiter pertractant. 175. quæ circa hanc Criſin notanda 177.

Cyrilli Alexandrini Homiliæ Græcis valde acceptæ. 205.

Damaſo

D.

Dilmaſo ingenium in componendis verſibus largiuntur 205.
Didactica Theologia ſtricte dicta abſolvitur I. Iſagogica. II. Syſtematica 374. hæc verò vel mixta, vel pura. ib.
Diſputationes in recenſione Bibliothecarum non omittendæ. 55. & p. 95. inſignis earum uſus. 354. ſunt, 1. Exegeticæ. ib. 2. Syſtematicæ 355. 3. Symbolicæ ib. 4. Topicæ. 356. 5. Speciales de ſingulis Religionis Chriſtianæ capitibus. 357. ad 369. ſunt, qui diſputatorio ſcribendi genere inclareſcere tantum voluerunt 369.
Dordracena Synodi Acta ἀνέκδοτα in Bibliotheca Carolina Tiguri aſſervantur 328. ſcripta de hac & offenſiva & defenſiva. ib.

E.

Eccleſiaſtica Theologia vel concionandi Methodum præſcribit, vel conciones exhibet integras. 398. inſulſæ olim in Romana Eccleſia conciones auditæ ib. quę ad emendandum malum regulæ. 398, 399. in Eccleſiaſticis, quinam emineant. 401.
Editiones Bibliorum, Patrum, recentiorum, ubi haberi poſſunt, diverſæ non negligendæ. 72.
Elenctica Theologia exhibet, vel Catalogos Controverſiarum, vel Elenchos contra quosvis adverſarios, eósque vel breviores, vel prolixiores. 376.
Encyclopædia ſacra qua ratione Scripturæ explicationi inſerviat. 171. 174.
Ephræmi Syri voluminibus nulla apud Syros, juxta Maſium, habentur præſtantiora. 226.
Epiphanij crebra apud veteres mentio. 205. cornucopiæ antiquitatis dici meretur. 206. ejus ſcripta dignisſima operâ tam Exegetica, quàm Metaphraſtica. 317.
Epiſtolicum Archivum multiplici ſe commendat uſu 108. diſtingui poteſt ratione 1. eorum, qui vel Politici, vel Eccleſiaſtici officij 2. Patriæ. 3. materiæ 109. 110. demonſtratio utilitatis Archivi hujus per quædam exempla 112. 113.
Eraſmus verſionem N. T. Pontifex, aliíque probârunt. 163. eum Antitrinitarijs quidam accenſent 164. ab hoc reatu Antitrinitarii ipſi eum liberant. 164. Aſceticam ſeriò urſit. 395.
Euſebio ſingularem impendit operam Scaliger. 315.
Exegetica Theologia vid. Commentatores.

Florentæ

Digitized by Google

F.

Florentinæ Bibliothecæ ſex. 17. inter illas Medicea præſtantiſsima. ib. hujus Catalogum, affectum tamen magis quàm perfectum, Ernſtius & Langius dederunt ib. antiquam Mediceam, pretio comparatam Catharina in Galliam tranſportavit. ib. hæc per Thuanum in Bibliothecam Regiam illata. ib.

Frider. III. Imper. ſcripſit Henrico Roeſtio Conſuli Tigurino. 114.

Jacobus *Friſius* quam rationem Bibliothecæ diſponendæ iniverit. 81. 82.

Fulgentius, conſtantia potiſsimùm fulgebat, nobilitate, eruditione, vitæ ſanctimonia. 208.

G.

Gallia multas habet Bibliothecas. 17. Regia Mſc. abundat. 18. Mazariniana perfectiſsima, ni minui cæpiſſet. ib.

Qui *Gentiliſmum* detriverint. 386. pauci qui hanc materiam pertractârint diſtinctè. ib.

Geſneri Bibliotheca magni judicij opus. 8. Ejus continuationem docti deſiderant. ib.

Glaſſij Philologia circa Grammaticam & Rhetoricam eruditè occupatur 172. alicubi tamen affectibus litat. 172.

Græcia bonarum Literarum alumna. 310. Græcorum ſcripta ab Orientalibus ſæpe tranſlata. ib. Græciæ ruina Occidenti primas dedit tranſlationes. ib. Græcorum ſtudia hodie frigent. 424. quæ Græcis Patribus ſtudia in magno fuerint pretio. 425.

Gregorij Nazianz. laudes apud veteres crebræ. 209.

Grotij de veritate Religionis Chriſtianæ Libellus, in Arabicam tranſlatus. 386.

H.

Hieronymus tum ob eruditionem tum ob φιλοπονίαν in ore omnium. 211. Ejus ingenij felicitas, doctrina, induſtria 211. 212.

Hilarius exactus eloquentiæ Magiſter. 212. Hebrææ Linguæ imperitus 213.

Ad *Hiſtoriam* confugiendum, ubi de facto quæſtio. 113. ſtudium ejus jucundum 390. ubi accuratum, Adverſarijs defenſionis arma eripit. ib. non ſufficit in enumerato notiores ad Reformationem habere Hiſtoricos. 390. Chronologicos 391. plena & ac-

curata rerum in Eccleſia geſtarum hiſtoria, quomodo haberi poſsit ib. quâ Methodo Theologi Hiſtorici Theologiam percurrant Hiſtoricam. 392. Lexicon Theologico-Hiſtoricum in hoc ſtudiorum genere adhuc deſideratur. 393. 394. in Hiſtoricis quinam ſatisfaciant. 401.

Huberiani unde dicantur. 384. eadem, ſed, alia Methodo, quæ Arminiani, allatravit dogmata ib. ex Helvetia ejectus. 384. 385.

Hutteri Polyglotta rara ſunt 141. cur rarò reperiantur 142. ſunt ſumptuoſa ib. Literarum in ijs ſervilium à radicalibus diſtinctio non neceſſaria. 142.

I.

Ignatius veteribus πολύκλητος, celebratus à Polycarpo. 213.

Qui *Independentibus* in Anglia accenſendi. 386. Hornbekij contra eos Epiſtola 386.

Iohannes Chryſoſtomus Zelo plus valuit, quàm Scripturæ peritia. 213.

Iohannes Damaſcenus eruditus, ſed primus Ariſtotelem cum Paulo confundens. 214.

Irenæus puer audivit Polycarpum 214. memoria tenacîſsimus ib. Pauca ex ejus monumentis ſuperſunt. 214. Græcè ſcripſit 313. nativa tamen authoris editio interijt. 313.

Iudaiſmum primus aggreſſus Munſterus 387. feliciter eum in ſcenam produxerunt alij Hiſtoricè, alij Elencticè ib. quæ ſtudia jam ab aliquo tempore tractârint. 427.

K.

Kircheri Concordantiæ non ſatis judicioſè collectæ. 171. limâ dignæ. 171.

L.

Lactantij Inſtitutiones omnium primæ per typos Chalcographicos editæ. 294.

Leitingica ſunt ſcripta Symbolica. 343. Leiturgiæ vel veterum ſunt, vel recentiorum ib. magna hujus diverſitas 344. etiam in Papatu ib. libertati Eccleſiaſticæ hic aliquid dandum. 344.

Lexica Biblica eximium ad Scripturæ explicationem conferunt uſum. 169.

Libertiniſmus ſecta furioſa 385. cur latere inter ſuos, quam apertè cum Reformatis communicare Libertini maluerint ib. Libertiniſmo jugulum petijt Calvinus. 401.

Londini ſunt magni nominis Bibliothecæ. 19. Regia ampliſsima ib.

Luberus

Lutherus in Verſione perſpicuitatis majorem, quàm proprietatis habuit rationem. 153. *παροράματα, οἱ γνήσιοι* Lutheri diſcipuli in ea obſervant 155. certum Theologiæ Syſtema non conſcripſit. 402.

Lutherani: cum his amicè vivere mallemus. 378. extorta Helvetijs cum ijs fuere certamina ib. Apologetica fermè noſtratium ad eos ſcripta. 379. Germania hoc pene diſsidio conflagravit 380. nec jam adhuc ſatis pugnatum. ib. de ſtudijs horum in Theologia A. Topica. 402. B. Elenctica in genere, in ſpecie contra Pontificios. 403. Reformatos ib. Anabaptiſtas. 404. Socinianos ib. Vorſtianos ib. contra domeſticos 404. 405. Muhammedanos ib. Judæos ib. C. Hiſtorica 406. D. Caſuiſtica. ib. E. Eccleſiaſtica 407.

M.

Macarius ſenior à veteribus magni habitus. 215.

Manuſcr. penes Authorem Orientalia. varia Græca; Methodij, Cyrilli, Meletij, Metrophanis 98. 99. 100. Latina; Vitodurani, Malleoli, Nidharti &c. 104.

Operibus Petri *Martyris* contrahendis opera inſumenda eſſet. 276.

Mediolanenſis Bibliotheca inſtructiſsima Codicib. Mſc. Orientalibus. 20.

Phil. *Melanchthon* Methodicæ Inſtitutionis in Germania Parens 402. Locos Comm. primus ſcripſit ib. hi ab alijs contracti, ab alijs plenius explicati ib.

Methodij ſcriptum de ijs, quæ à conſtitutione mundi evenerunt, & quæ deinceps eventura ſunt. 98. *στοχαστικὸν* magis eſt, quàm Hiſtoricum. 99. ſuppoſititium cenſetur ib.

Muhammediſmum Bibliander vivis depinxit coloribus 387. major huic detegendo & confellendo opera impendenda ib. hæc autem opera, Anatomia Muhammediſmi Tripartita, & Theatro Muhammedico *πετρασέγῳ* abſolveretur 388. quæ ſtudia jam ab aliquo tempore Muhammedani tractârint 427.

N.

Nebienſis admirandum, ſua ætate; opus in Octaplis edendis tentaverat 135.

Numiſmata ſive uſualia, ſive Symbolica magnum Bibliothecæ decus 114. 115.

O.

Origenis Hexapla & Octapla olim venerationi & pene ſtupori erant 134.

Digitized by Google

Linguarum peritiâ præclarus 215. infelix Theologus ib.
Oxonienſis Bibliotheca ditiſsima.22. Mſcr. excellit.31.

P.

Palatina Bibliotheca ante ferale bellum florentiſsima: 22. hodie habet Heidelberga non contemnendos. Codd.23.179. Codex illius antiquiſsimus magni à Judæis habitus, à Reformatis non truncatus.178.23.
Palinodiæ vel bonæ ſunt vel malæ, vel veteres, vel intermediæ vel novæ. 248.
Papatum feliciſsimè deſtruxerunt ij, qui ſervitutem Babylonicam & libertatem Chriſtianam viderant 376. alij tam Hiſtoricè quàm dogmaticè de eo ſcripſerunt.377. alij Sophiſticis Pontificiorum Scriptis reſponderunt. ib. qui in Elencho contra Pontificios præcedant.401.
Paraphraſticum commentandi genus antiquiſsimum, laudabile, compendioſum.180.181.
Pariſienſe opus ſuos habet nævos.136. multis gradibus Clerus Gallicanus hoc Antverpienſi præfert.137.138. in quibus præcellat.139.
Patres quid circa commentandi genus præſtiterint.181.182. Unde Patrum Nomenclatura.200. magna eorum fuit veneratio, ſed ea ſtricta tamen ib. Criſis veterum, Hieronymi præſertim de ſtylo Patrum ſerie Alphabetica à pag.201. ad 217. quo loco fuerit ſtudium Patriſticum apud Scholaſticos.217.218. quid per Reformationem ei acceſſerit.218.219. Quantum Reformati Patribus tribuant.220. Latini Patres à quibus cum vel abſque notis editi.293.309. cur Latini primùm editi.294. Græcorum verſiones poſt Reformationem & Editiones elegantiæ & fidei gradibus diſtinctæ.311. ordine eorum recenſentur Editiones. 310. ad 324.
Philologia caput noſtro feliciùs effert ſeculo, quàm ſuperiori.96.97.
Piſcatoris Verſio laudem meretur induſtriæ & judicij non contemnendi. 155.
De *Pontificiorum* ſtudijs in Theologia. I. Scholaſtica.408. II. Topica.409. III. Elenctica in genere & ſpecie.409.410.411.412. IV. Hiſtorica.413. V. Caſuiſtica ib. VI. Aſcetica 414.415. VII. Eccleſiaſtica.417.
Præfationum uſus non contemnendus.120. in illis unita virtus ib.

Problematica Theologia quid tradat. 389. hanc Aretius & Altingus feliciter expediunt ib.

R.

Ravanelli Lexicon opus eximium. 170. præſtitiſſet, ſi ſignificationum fundamenta ex fontibus & non ex Tranſlationibus depromta explicaſſet. 170.

Reformatorum Theologorum monumenta, etiam quæ ſeparatis opuſculis prodierunt religiosè cuſtodienda. 94. 95. ſtudia Exegetica feliciter excoluerunt. 183. quibus in Scripturæ explicatione palma deferenda. 192. multum deſudârunt in Patrum ſcriptis edendis. 218. diſcernendis ib. illuſtrandis 219. vindicandis ib. operâ Reformatorum Aſcetica magnas acquiſivit vires. 395.

De Religionis Chriſtianæ veritate alij in genere, idque vel abſolutè vel comparatè, alij in ſpecie ſcripſerunt. 386.

Remonſtrantes ſeu Arminiani ſedem in Belgio & Anglia fixerunt 383. Belgæ potiſsimùm contra hos calamum ſtrinxerunt ib. in Gallia præclarè Molinæus 384. quibus herbam porrexerit Remonſtrantiſmus. 401. de ſcriptis horum Syſtematicis. 422.

Rhythmici Bibliorum verſiones antiquiſsimæ. 146.

S.

Samaritanus Pentateuchus in Europa ignotus ſuperiori ſeculo, nunc ſatis obvius. 128.

Scaliger Hexapla meditatus. 141.

Schindleri Lexicon quo nomine commendandum. 169. formoſus eſt fœtus, qui in obſtetricum manus incidit malefidarum ib.

Schluſſelburgij calumnia notata & retuſa. 154. 155.

Scholaſtici Commentatores non ſatis felices. 182. 183. hos alij commentarijs illuſtrârunt vel purgârunt, vel uſum & abuſum oſtenderunt, vel Hiſtoricè expoſuerunt. 389.

Schvvenxfeldiani, Anabaptiſtarum propago. 385. à Schvvenkfeldio malitioſo & blandiloquo homine dicti, ib.

Socinianiſmus effrene & efferatū humani generis rettimentum. 381. Itali plerique, vel Hiſpani, ib. Tigurini his ſe oppoſuêre primi ib. Poloniam, Hungariam, Tranſſylvaniam, Belgium hi affligunt ib. qui hanc profligent Hydram. 383. 401. de Theologia eorum Syſtematica 422.

Symbolica quæ ſint ſcripta. 325. quæ eorum Authoritas? 326.

Qui de ſymbolis in genere, in ſpecie de Apoſtolico ſcripſerint. 307.

Digitized by Google

Synodi vel Oecumenicæ, vel Nationales, vel Provinciales, 328. Alphabetico ordine enumeratæ. 328. 329.

Syriaca Eccleſiæ antiquiſsimæ. 222. Doctores celebres. 222. 223. ſuperiori ſeculo eorum ſcripta Europæ etiam innotuêre, ſed pauciora. 224. deſcriptio aliquorum Eccleſiæ Syriacæ Doctorum ex Maſio. 225. 229. Syria Bibliothecis abundat. 229. Catalogus Alphabeticus præcipuorum ad noſtra uſque tempora Syriacorum Authorum à pag. 229. ad 237. à Syris ſtudia potiſſimùm culta Theologica. 237. 241. Juridica, Medica, Philoſophica ib.

Syſtematica Theologiæ origo ab Apoſtolis accerſenda 371. culta à Patribus. 372. à Scholaſticis variè corrupta, 372. reſtituta à Reformatoribus, & Theologis Reformatis. 374.

T.

Tertullianus in legibus Romanis verſatus. 217. facundus ib. vehementis ingenij Vir. ib. ſermo ejus obſcurus, hinc multorum in ejus Libros Notæ & Commentaria. 292.

Teſſera aliæ olim hoſpitales, aliæ caſtrenſes, aliæ nummariæ, aliæ frumentariæ, aliæ theatrales. 325.

Codices N. *Teſtamenti* Mſcr. varij, 129. unde & ex quibus noſtri prodierint. 130. magnum in illis examinandis requiritur judicium, 132. magna Criticorum in Codd. N. T. cura. 159.

Ex *Theologis* alij in alio Theologiæ genere eminent. 370.

Theologiæ Syſtematicæ particularis ſpecimine enumerantur authores, qui agunt 1. de Theologia. 2. Scriptura. 3. Concilijs, Patribus. 4. Deo. 5. Cultu Dei & Sanctorum, tum vero, tum falſo. 6. Decretis. 7. Creatione. 8. Providentia generali, & ſpeciali. 9. Peccato Originali, Actuali &c. 10. Libero arbitrio. 11. Lege. 12. Evangelio, promiſsionibus. 13. Perſona & officio Chriſti. 14. Eccleſia, ejus natura, notis in genere, in ſpecie de Orientali & Occidentali. 15. de Sacramentis in genere. 16. Baptiſmo & Cœna Domini, item ſpurijs Sacramentis in ſpecie. 17. de reditibus Eccleſiaſticis, decimis, donatione Conſtantini. 18. de varijs ritibus Eccleſiaſticis, Cantu, horis Canonicis, Feſtis. 19. Sepultura fidelium, cura pro mortuis, Purgatorio. 20. Conjugio, Cœlibatu, votis, divortio, Polygamia. 21. Magiſtratu. 22. Donatione reſipiſcentiæ ac fidei per vocationem. 23. Juſtificatio-

Digitized by Google

ſtificatione, remiſsione peccatorum, Indulgentia. 24. Libertate Chriſtiana. 25. perſeverantia ſanctorum. 26. Glorificatione. à pag. 429. ad fin.

Tigurum gaudet Bibliothecis ſatis, illuſtribus. 25.

Tigurina Biblica verſio variis, decies ſepties, prodiit formis. 153. quarta perfectiſsima. 154. poſteriores veſtigiis inſiſtebant priorum. 154. Dialectum ſæpiùs, non rem mutârunt. ib. in eam bilem evomuit Schluſſelburgius ib.

Translationes Dei beneficio extiterunt quàm plurimæ. 142. Alphabetico enumeratæ ordine. 143. Germanicarum origo eſt à temporibus Caroli M. 146. antiquiſsimæ ſunt Rhythmicæ. 147. Auguſtanæ, Noribergenſes. 150. Authoris de his judicium. 150. 151. magna uſos libertate, ſpecimen ex Eſaj. LIII. probat. 151. pro Translatione per Germaniam Reformatam ſuſcipienda conſilia eſſent ineunda. 155. in ſingulas notæ exeant translationes. 160. ſeq. 168.

Tremulorum deliramentis & Angli & Germani ſe opponunt. 386.

Tridentini Concilii decreta Pontificii ediderunt. 329. Reformati refutârunt. 330.

V.

Vadianus Schvvenkfeldium convulſit primus. 385.

Vatabli Biblia pro Tigurinis puris habenda non ſunt. 167.

Vaticana Bibliotheca omnium eſt princeps, Mſc. maximè nomine. 26. 37.

Vigilius Afer contra Eutycherem & Neſtorium feliciſsimè pugnavit. 217.

Ludovicus *Vives* Aſceticam diligenter urſit. 395.

Vorſtius, ex quo declinavit, impurior Arminio fuit. 384. hunc ſibi Collegam datum, Gomarus queſtus ib. Germani, Belgæ, Angli ejus abſurditatibus reſtitêre. ib. quæ Vorſtii ſcripta. 423.

W.

Weigelius Paſtor Lutheranus ante bellum Bohemicum. 385. ſenſum Scripturæ literalem contemſit. 385.

Z.

Zuinglii Conciones magno exceptæ applauſu. 197. ejus authoritate effectum, ut Tiguri Scholæ Theologicæ in Scripturæ explicatione potiùs occuparentur. 197. Zuinglius feliciſsimè Paparum deſtruxit. 276.

F I N I S.

P.1.l.6. *cuſtodes*. p.6.l.21. *materiarum*. p.8.l.27.1545. p.14.l.5. *diſpoſuerintque*. l.32. *Mancum*. p.16 l.22. *Seculi* 40. p.18 l.11. *Parliamenti*. l.34. *dele*; *hujus Seculi*. p.19.l.2. *Pontificium* p.23.l.8. *novâque*. p.56.l.30. *geminum*. l.22. *ari* p.74.l.25. *eluctari* p.85.l.10. *tum Caſuiſticam ſive exemplarem*. p.90.l. ult *ſumtus*. p.93.l.7. *non repetam*; *de una potiſſimum, quæ agmen ducit*, , ut Media reſpondeant & applicentur fini, *ſolicitus obſervatione*. l.10. *omnia tellus*. p.94.l.20. *Palinodia* p.97.l.24. *adjunximus* p.105.l.18. *è calice*. l.20. *communicat*. p.106.l.antep. *nuncupatum* p.110. l.31. *Fayi* p.113.l.19. *aſcenſionem ſeculorum* p.119.l.4. *Abſolutis Chronologicis &c*. p.119.l.17. *Seculorum* p.122.l.13 *amicus*. 126.l.14.1528. p.127.l.13. ϖεϱιφοϱήτης. p.134.l.25 *eum* p.132.l.34. *libertus* p.136. p.28. *Syriaci* p.139.l.13. *Comparari* p.142.l.11. *nec ab eruditis addiſci facile &c*. p.143 p.2. *del. habent*. l. ult. *in Notis* r. *Vide VValæi Vitam* p.145.l.19. *Suecis*. l.23. *Ebed Ieſu* p.150. l.34. πίναξ *ſeu tabella* p.155.l.28. *Lutheranum miramur* p.157.l.29. *hanc* p. 161. l.35. Συμβίβασις p.165.l. ult. *injurijs*. p.167.l.3. *convictus* p.68.l.7. *inſcriptio* p.169.l.ult. *ſive* p.175.l.15. *Sancta* p.178 l.6. *del. cumque* p.187.l.1. *eum* p.189 l.25. *Hieronymus Pradus* p.196.l.3. *quibusquid &c*. l.5. *hanc enim pauci* p.199.l.15. *del. abuſus* p.202.l.5. *ad Pammach* p.207.l.13. *pungit* p.210.l.6. *rectius* p.217.l.13. *Theodoreti* p.218.l.16. *confuderunt* p.224.l.21. *Andream* p.229.l.22. *Mor Aba* p.230. [illegible] p.243.l.32. [illegible] p.246.l. antepen. *ſive Metropolita*. *Vide Chorograph. noſt. Oriental*. p.271.l.18. *affecit* p.287. l.10. *epit* p.311.l.19. [illegible] p.326.l.14. *exculta* p.327.l.19. *Nomocanonem* p.328.l.13. *Comelinus*. 15.l.20. *Sugillat* p.330.l.5. & D. *Heideggerus de fide* l.19. *Eglini* l.20. *ratione loci &c*. p.331.l.12. *Civitatum* p.335.l. *eam* p.336.l.12. *Venetijs* 1597. *idem Catechiſmus diſtinctus* p.347.l.21. *del. nec* p.351.l.4. *Iunij*. 1519. p.353.l.24. *hunc* p.354.l.24. *Helvici*. l. ult. *Tomanni Poriſmata &c*. p.361.l. *del. Grynæi de uno Deo & Mediatore* p.362.l.11. *in cruce morientis*. *Voetij de agonia &c*. p.363.l.18. *tam* in l.32. *Et Latini, & Græci* p.372.l.7. *Stromat*. p.379.l.37. *auditis* p.380. l.pen. *Confeſſione* p.381. l.14. *auctis translatis* l.24. *Anabaptiſtis* p.383.l.24. *Oceanum* p.385.l.28. *polluant* p.390. l. *utramque conſtituunt, exhibens* v.1. *Alkoranum* p.392.l.32. *ſeculorum* p.394.l.24. *Hiſtoria* l.29 *Theologiæ* p.397.l.18. *ærumnarum* p.398.l.22. *concionumque* l.23. *ratione concionandi* p.401.l.23. *Haſenrefferus* l.27. *diſpari tum animo* p.402.l.34. *Auguſtani* p.405.l.4 1651. p.406.l.3. *VVallichius*. l.21. *accommodatum*, *Avenarij*. l.20. *Capzovius* p.409.l.35. *del. defenſio* p.413.l.1. *pauca præſtita ſunt* l.3. *Baronius* p.414.l.12. *Batavum* p.419 l. *formalis* p.421.l.19. *coactione* p.422.l.2. *tribuitur libro* p.424. l.35. *Cyrillum Alexandrinum* p.426.l.12. *Græciæ* p.427.l.10. *Theod. Balſam* p.430. l.34. *Mornæi* p.433.l.17. *del. Civis, & adde* l.18. *Civis Evangelicus* p.434 l.20. *Anatiae* l.33. *novus Prometheus* p.435.l.13. *D. Stymmelius* p.437.l.18. *de myſterio* p.438.l.6. *Sanno*. p.439 l.16. *Buccani* p.441.l. penult. *patis* p.442.l.21. *Stauffin*. p.445.l.15. *ſidem extanto* p.461.l.18. *del. Sadeel de vero peccatorum*.

Digitized by Google